


= 3 i. Quaderno =

In que se contiene Logue Lapiana signierte =

= Manifestava =

= ~~Logue~~ =

=



C V R S V S

VTRIVSQUE PHILO.

SOPHIAE

TAM RATIONALIS;

QVAM NATVRALIS,

DIALECTICAM;

METAPHYSICAM, PHYSICAMQVE

complectens Disputationibus ac
quæstionibus illustrati,

AVCTORE

R. P. M. Fr. ANDREA DE LA

Moneda Burgensi Sacra Theologia professore;

& in eadem urbe, Regalis Diui Ioannis Baptista

Abtum & Benedicti Monasterij Abate. Panellus &

TOMVS SECUNDVS;

DE RATIONALI SCIENTIA,

seu Metaphysica.

OPVS PHILOSOPHIÆ AC THEOLOGIÆ

candidatis perutile.

Con licencia En Burgos, por Miguel de Azpilcueta. Año 1660.

ILLVSTRISSIMO DOMINO
D. Iosepho Gonçalez, Jacobai Ordinis equi-
ti, Catholici monarcha in secretiori Aula
consiliarii, iam supremi Senatus Regie
Gazæ, nunc indiarum clarissimo
Praesidi.

X temporalis fortè alicui videbitur, aut ex-
tranea inscriptio Nominis Tui, illustrissime
Domine, in opere hoc, cui nec Astrææ, nec
Palladis nomenclatura est; quasi vtriusque
tantum volumina destinari tibi debeant, quâ Consulto
celeberrimo, quâ militiæ Equestris clarissimo Heroi. Sed
cauillator ille, vel Metaphysicæ amplitudinem nescit, vel
miram mētis Tuæ capacitatem ignorat. Illa quidem (te-
ste Philosopho) agit de omni ente. Nihil abditum in pe-
netralibus, abstrusum in fallo, erectum in solo, pennatum
in aëre, sublime in cœlo, quod viuidis nō examinet oculis,
& transcendat. Quare non intra elementarios cardi-
nes cōquiescit: sed (vt potè TRANSNATURALIS)
ad ipsum rerum omnium Opificem irrequieto ascendit
volatu. Tanta Metaphysicæ amplitudo est, quam sub um-
bra nominis Tui in lucem edimus. (sunt enim umbræ
aliquot instar dierum) Nec dissimilis capaeitas mentis
Tuæ **VIR CLARISSIME**, qui non vnius alterius
vè Regni clientelâ fatiscit, sed Nouo quoque orbi leges
& iura das, quasi parum sit vnius Hemispherij ditione
concludi. Etenim post Regij cubiculi consulatum, post
Catholicæ Majestatis fiscum supremâ è sede dispositum
post Hispaniam totam cum Regnis adiacentibus guber-
natam in Veteri Orbe, Nouum quoque Atlantæo robo-
re sustines. Miraculo suere quondam tergemini Geryo-
nes, quid fraterno foedere, quasi identitatis vinculo, im-

perium in longè minorâ spatiâ colligarent. Quid si non
adelphi fuissent, sed unus re ipsa vir, quos natura diui-
nit ad numerum? At quanto mirabilius est utrumq; He-
mispherium, quod neque in celo nimirum sub eodem, sed
geminò puncto ab unius viri nutu, & directione pende-
re? Fabula forsitan Romanis visa est veritas illa, quam
Cordubensis Tragædus poëtico cœstro percitus dicitur
decantasse, de apparituriis Americæ plagiis, & Antartico
polo mortalibus oculis aspiciendo. Quid si non de or-
be ipso longè latèque profuso concineret vates, sed de
vno eodemque viro, cuius ad nutum spatialaxaret Oc-
ceanus, America distenderet plagas, nec vel Tyle ulti-
ma metam apponenteret? Deliramentum crederent, aut
phantasiam.

Sed larua hæc in veritatem abiit, & in Te uno
accepit fabula prisca fidem.

Alius quoque titulus est ad querendum Mœccanistani-
ti patrocinium, quod foetus hic noster velut è matrâ
vulnâ prodeat è Monasterio D. IOANNIS BVR-
GENSI S, quod hospitio Tuo, quamvis abruptè, &
breuiter, nobilitasti, dum ad Principum Christianorum
sedanda bella Caduceator transires. Magnum hoc Rei-
publicæ Orthodoxæ negotium, tam eximio Coreulo,
tam prudenti Sopho committi debuit. Vere etenim, ut
Xenophon siebat Xenophon, ad sapientes spectat bellum dissoluere,
lib. 6. rerum etiam si non parua interuenierit offensa. Nec mirum si pax
Grecarum. ab Euripide appellatur *Musis gratissima*. Sed quid tan-
dem è caduceo Tuo emanauit? Sedata hostilitas, avulsæ
strages, pacata iurgia, & lethifer ille ignis extinctus, quo
tandem exarserant Hispania & Gallia. Heu quousq; per-
In theatro
urbium. venerat laniæna, exundauerat cruor! de Arati Lugdunensi
flumine legimus, quod mutuauerit Saonæ nomē, cum ab
irriguo Martirum plurimorum sanguine labilis purpu-
rasceret vnda. Quot rivi, quot fluenta, quot flumina
nostro sæculo rubere iam poterant à cruento utrinq; pro-
fuso?

fuso? & quæ non ruberent de cætero; nisi inueteratæ animorum diras abegisset procul CONCORDIA ET PAX? Italia, Belgum, & Lalætania, commune utriusque Regni sepulchrum, testimonio sint. Sanguineo tabo sorderent adhuc, & solus hostilis furor audiretur in populis, nisi solemne IVSI VRANDVM, tanquam Herculeus titio, inueteratæ hydræ capita deirancasset. Forsan nec omnino temerè, censeretur neutram Nationem esse membrum Ecclesiæ viuum, aut Spiritus Sancti, qui vita est per essentiam, impulsu, & auris vitalibus animari. Si cui asperum hoc videtur, audiat eadem verba ab Augustino. *Tale*, inquit, bonum est P A C I S, ut in rebus creatis nihil gratiōsius soleat audiiri, vel delectabilius concupisci, aut utilius possideri. Spiritus enim humanus nunquam iuificat membra, nisi fuerint iuita; sic Spiritus Sanctus nunquam iuificat Ecclesiæ membra, nisi fuerint in pace iuita, absēsa vtrāque portio videbatur à corpore Ecclesiæ, donec CONCORDIAE veluti miraculose potenti dexterâ supra naturam facta est rediviva. Quid plura? Iuxta eundem Doctorem in medio tct bellorum à Regno Christi æternâque hereditate videbamur extores. Sic enim habet. Pax est quæ similitates tollit, bella compescit, iras comprimit, superbos verbis Decalcat, humiles amat, discordes sedat, inimicos concordat, cunctis est placida. Tunc, qui acceperit, teneat; qui perdidit, repetat; qui emiserit, exquirat: quoniam qui in eadem non fuerit inuentus, à Patre abducitur, à filio exhaeredatur, à Spiritu Sancto alienus efficitur. Nec ad hæreditatem Domini poterit pervenire, qui TESTIMONIVM P A C I S noluerit obsernare. Nam vero anathema hoc, & veluti damnationis chirographum deletum est, dum P A X postliminio rediit; siquidem amatoribus eius inhabitantem Spiritum Dei pollicetur Apostolus. *Paxem*, inquit, habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum. Numini certè adscribendum tam insigne bonum, & antiquæ

Augustinus
de Cinit.

*Idem de
mini.*

2.Cor.13.

hostilitatis exilium. Mæte vir EXIMIE, quo di-
rigente, consule, & LEGATO PACIS amica trans-
quillitas vtrinque firmato foedere, & vinculo Religio-
nis apparuit. Ergo qualecumque hoc munusculum sus-
cipe ILLVSTRISSIME DOMINE, quod, li-
cet exiguum sit, vel ab ipsa epigraphe, & magnitudine
Protectoris grandescit. VALE ET PERENNA,
TIBI, nobis, omnibus.

ILLVSTRISSIMA E D. TVÆ
Venerator & cliens

M.F. Andraas dela Moneda.

APRO:

APROBATIONES.

A Benedictina Religione.

To mū hunc secundum primæ partis' Cursus utriusque Philosophiæ, &c. R. P. Magister Frater Ioannes de la Riba, Abbas Regalis Cœnobij Sancti Salvatoris Oñniensis approbavit; & Reuerendissimus P. N. Magister Frater Didacus de Sylva, Hispaniæ atquè Angliæ Benedictinorum Generalis facultatem p̄fslitit, quinta decima Februarij 1659.

Ab Ordinario Burgenſis Archiepiscopatus.

Reuerendissimus P. Magister Frater Ioannes Gallo Dominicanus Regius Concionator, ex speciali cōmissione Doctoris D. Didaci de Treuño Vicarij Generalis Burgensis, & laudabit, & approbavit, decima septima Februarij 1659.

Pro supremo Regio Senatu.

Sapientissimus P. Magister Frater Thomas Franco Ordinis Beati Dominici, cui Regius Senatus hunc revisendum librum iussit, illum omni censura carentem decreuit; pridie idus Maij 1660.

IN

IN LAUDEM OPERIS STV-
diſa Amici commendatio.

MIRANDVM sanē quodd in Occiduis Re-
gionibus argentei montes erumpant, nouos
que thesauros parturiat adhuc terra fatigata
diu. Nec facile crederetur, nisi transmarinæ
acies opibus annuatim grauidæ ad incunabula Atlantici
æquoris irrequieto ſœtu procederent, Hispaniæ que no-
ſtræ argenteos ederent partus. At pariter mirandum, quod
post tot erutas sapientiæ gazas è diuite intellectus venâ,
superfit adhuc quid effodiendum. Ita excreuere volu-
mina, ita scripturientis ſæculi ſecretiora disciplinarum
adyta penetrauit ſtylus, ut ne delicato quidem ligoni,
aut acuto vomeri quid eruit, remansisse videatur. Re-
manſit tamen: neq; enim quovis numero ſive exundâ-
tiū fluminum, ſive decurrentium riuorum exſiccatur
Oceceanus. Videre eſt in diuinæ Philosophiæ, *Metaphyſi-
ca* inquā, notiſſimo *Curſu*: vbi quidam ambulant, alij cu-
rrunt, alij non tam pedibus agunt, q;ā n pennis Necta-
men adeō volant, ut totum ſibi aēis ſpatium occupent.
Est & alijs volucribus patens ad euigandum via. Illa
certè, quam aperit nouo ingenij volatu, & ſoli tæ, non
Icariæ litteraturæ pennis R. P. N. MAGIST E R
Fr. ANDRÆAS DE LA MONEDA. Volu-
minis titulum accusabis forſan: quāſi *Curſus* non fit, ſed
pernicioſ motus, qui non in terrâ peragatur, ſed ſupra;
non Bachylididis reptantes apud Alciatum æmuletur
gressus, ſed Pindari eleuatiōres conatus, quibus aura deſ-
ſecata proſphæra eſt. Credes forte alios quaſi Peru-
norū montium theſauros nouam litteris attulif'e opu-

Laertius li. 6. cap. 5. Lentiam. Nec mirum. Nam apud Laertium Crates docebat
philopho nulla re opus eſſe. Eoque pecuniam deponſit apud
traperitam hac conditione, ut ſi liberi eſſent idiots, traderet

eam

eam illis; si philosophi, namm̄os deſtribueret in plebem, quod
in doctis opus eſet pecunia. Certè Græcus ille meliores
ſibi in vnâ Philosophia gazas liberis repositas credidit,
quām in hæreditario censu, ſcrinijsque congeſto auro
diuitibus. Quod ſi in omni Metaphyſicarum opum ama-
tore, & litterarij theſauri philargyriā verum; cur non in
operis huius pretiosam didaſcaliā emedullante? Vel Au-
thoris agnomen preſtat opulentiae nobilioris auſpicium;
quando in aurea Philosophiæ officinâ sub ſygiſlo A N-
S E L M I, & A N G E L I D O C T O R I S ſchema-
te, verē Regio, quia Scholarum Principis, M O N E T A
euditur ac recuditur. Ergo perennet opus, &c, vt ille ce-
cinit, monumentum are perennius; cuius ædificio pro Iu- Hor. carmo
lijs, aureisve indicibus temporis, nobilior ſignatura ſubſ- 1.4. ode vīs.
ternitur.

LE

51

LECTORI.

SN hoc secundo CVRSVS VTRIVS-
QVE PHILOSOPHIAE Tomo,
AMICE LECTOR, paucis te ad-
monitum esse volui. Sane in opere isto
quicunque edendo absque erratorum
næuo, vulgari que typographorum piaculo non teue
desiderium fuit. Sed cum nos opprimeret angustia tem-
poris, & frequentium occupationum molestia, minimè
licuit fidelem autographi imaginē ad vſuras lucis emit-
tere. Neque enim parturientis crimen est, quod ineui-
tabiliem soboles ab obstetricie patiatur iniuriam. Quip-
pè vel nimium ab Authoribus polita volumina, sæpè
alienā incuriā laborant, dum illiteratis oculis, ne dicam
analphabetis, compositio demandatur typorum. In hoc
longè feliciores euadere solent exteri, quam Hispani;
præsertim vbi vernaculo idiomate Auctor non loqui-
tur. Nobis ea sors negata, quibus fas non est cœlo ede-
re alieno, quæ concepimus proprio. Verum quotquot
offenderis errata, imò quæ offendent, seposita ad can-
cellandum inuenies. Ergo vbi occurrit aliquid, vel spe-
culationi plane obnoxium, vel latinitati contrarium, sta-
tim ad errata recurre; cætera, si quæ facilitiora emen-
datu se offerant, absque puluere correctus.

Yale,

ERRA⁵

ERRATAS.

Pagina 7. coluna 2. linea 9. cognitio, lego, cogniti, P. 10. c. 2. l. 12. extrema, lego extre-
mo. P. 13. c. 2. l. 8. analogatis, lego, analogatis. P. 14. c. 2. l. 9. est, lego, esse. P. 15. c. 1. l. 9.
& in analogum attributionis, dele analogum. Ibi. c. 4. l. 9. analogicae, lego, analogiz. P. 17. c. 3.
l. 9. sentis, lego, entis. Ibi. c. 4. l. 15. aliij, lego, ente. P. 19. c. 1. l. 11. adhoc, l. adhos. P. 23. c. 2. l. 8.
stare, lego, statim: & ibi. l. 9. qualicas, lego, qualitas. Ibi. l. 10. ergo ens, lego, ergo si ens.
P. 23. c. 3. l. 12. in talis, lego, in tal. P. 24. c. 1. l. 11. distinctam, lego, distinctam. Ibi. l. 38. vna, lego,
vnam. P. 25. c. 2. l. 1. intellectus, lego, intellectui. Ibi. c. 4. l. v. tuam, lego, suae. P. 26. c. 3. l. 39.
pro terminis praedicata, lego, pro terminis praedicamenti praedicata. P. 28. c. 2. l. 3. respiciuntur,
lego, respiciant. P. 34. c. 1. l. 39. prius, lego, prius. P. 35. c. 3. l. 27. consecuta, lego, consecute.
Ibi. c. 4. l. 29. & lege est. P. 47. c. 3. l. 13. analogicum, lego, analogice. P. 49. c. 2. l. 20. ad ter-
tium, l. ad quinatum. Ibi. c. 4. l. 3. a subiectis, lego, subiectis. Ibi. l. 21. vei, lego, vel. P. 53. c. 1. l. 2.
valeat, lego, valer. P. 54. c. 1. l. 28. culega, vt. Ibi. c. 3. l. 6. esse inhaesse, lego, esse est inhaesse. Ibi.
l. penult. non existit, lego, non inexsist. P. 55. c. 2. l. penult. tribuere, lego, tribueret. P. 58. c.
3. l. 2. in eucharistia, lego, in eucharistia. P. 59. duplicata, c. 1. l. 38. habet, lego, habeat. Ibi. c. 2.
l. 29. vt conotantem manus, lego, vt conotantem quantitatem manus. P. 61. duplicata, c. 4.
l. 19. & partibus, lego, ex partibus. P. 67. c. 2. l. 24. dele, &. P. 71. c. 2. l. 37. regulariter, lego, re-
gularur. P. 74. c. 3. l. 7. distinctis, lego, in distinctis. P. 77. c. 4. l. 25. provt, lego, hoc est provt
P. 78. c. 4. l. 19. per se non ordinatis, lego, per se ordinatis. P. 81. c. 3. l. 10. actione reali, lego,
rationis. P. 87. c. 2. l. 4. ratione, lego, relatione. P. 90. c. 1. l. 4. rationis, lego, relationis. P. 91. c.
2. l. 20. secundum, lego, nam secundum. P. 93. c. 1. l. 14. vsquo, lego, vt quod. P. 95. c. 1. l. 1. est
alia deest, est alia res: in Deo autem non est alia res, sed vna & eadem. P. 97. c. 2. l. 14. in
albedine deest similia. P. 102. c. 2. l. 5. absolute, lego, absolute. P. 105. c. 2. l. 17. v. g. lego, vnde.
P. 106. c. 3. l. 29. fundamentum deest rationis. Ibi. l. 37. relationis, lego, relationes. Ibi. c. 4. l.
11. existentem, lego, existente. P. 107. c. 2. l. 29. ratione, lego, relatione. P. 109. c. 2. l. 2. & 3. 2b
ipsum, cum relatio, lego, ad ipsum, cum relatio. P. 111. c. 3. l. 37. ad aduersarijs, lego, ab aduer-
sarijs. P. 122. c. 3. l. 2. in praesenti speciem, lego, in praesenti hanc speciem. P. 123. c. 1. l. 2. ab-
solute subiectum, lego, absolute tepidum. P. 125. c. 1. l. 3. subea, lego, sub prima. P. 126. c. 3. l. 5.
denominatiuum, lego, denominatum. P. 129. c. 4. l. 27. sensituum, l. sensituum, l. sensituum. P. 133. c. 1. l.
34. cognitio secundum, lego, cognitio attenditur secundum. P. 135. c. 1. l. 24. rectus, lego,
rectius. P. 139. c. 3. l. 23. quartum, lego, quartum. P. 141. c. 1. l. 33. qualiter sunt, lego, quæ taliter
sunt. Ibi. c. 4. l. 7. posterioristica, lego, prioristica. P. 147. c. 1. l. 19. D. Tho. lego, nā D. Thom.

Hic liber inscriptus: *De rationali scientia, seu Metaphysica*, to-
mus 2. demptis his mendis, s. ex exemplari fideliter respondet.
Datum Matriti, die 9. mensis Septembris, Anno 1660:


Licent. D. Carolus Murcia
de la Llana.

C O M -

217A

et adhuc non satis tunc datur. Et si in primis
ad hoc invenimus nullum eum, ut certe etiam
reddimus. A. et hinc per se est. Et cum
ad hanc

etiam C. etiam M. etiam
etiam L. etiam



COMEN-

TARIA IN ALTERAM LOGICÆ PARTEM, SEV IN Aristotelis Metaphysicam.

SECUNDA PARS.

PROOEMIVM.

Absoluta iam quinque predicabilium expositione, Porphyrius necesse est, relinquamus; excellentiorem Magistrum inquirentes, nempe Philosophorum Principem Aristotelem stagyritam, in hac secunda Logicæ parte, quæ à nostris nomine Metaphysicæ condecoratur. Philosophum libri cæthegoriarum auctorem exitisse solus quidam inferioris notæ auctor dubitauit; sed ei aduersatur Peripateticorum omnium auctoritas: tum quia cœteris in operibus maximè sibi consentit Aristoteles: tū quia, styli breuitas, & subtilitas Aristotelem redolent.

Neque obstat, quod ante tempora Philosophi fuerit ens in decem diuisum classes, quia Philosophus reddidit hoc opus illustrius, quam accepit, quare merito tanto gloriatur auctore.

DISPUTATIO I. DE PROOEMIALIBUS METAPHYSICÆ.

IN hac prima Metaphysicæ disputatione ventilanda est obiecta quidditas, quia nihil magis intellectum iuuare potest, (dum quid-

Tom. 2.

A

ditæ-

Disputatio prima. Questio unica.

ditatis scientiae intendit cognitionem) quād sit eius obiectum
inuestigare. Scientia ergo (quæcumque sit) ab obiecto speciem, &
vnitatem sumit: quare sicut esse non potest sine obiecto, à quo in
suo esse dependet; sic nec perfecte cognosci, sine tali obiecti cog-
nitione; nam iuxta commune Philosophorum proloquium; sicut res
se habet ad esse, ita ad cognoscī.

Q V A E S T I O N I C A .

*Quid sub se directe comprehendat
obiectum Metaphysica
specificationum.*

§. I.

*Explicitur in illo, & referantur
sententiae.*

1. **E**X dictis, in prooemialibus rationalis Philosophie, cōf-
rat huius cercaminis propriū iudicium, & etiam constant plura,
quæ dicta sunt de obiecto in com-
muni: nunc pro obiecto in specia-
li, suppono in præsenti non dispu-
tari de ratione formalique, nam
hæc in omnium opinione estens; sed solum de restrictione, vel am-
pliatione huius rationis forma-
lis.

2. Albertus in exordio Meta-
physicæ, & Hurtado, disp. 2. sect.
4. ad ens reale supremum, scilicet
ad Deum obiectum Metaphysi-
cae specificationium coarctant.

3. Magister Aranjo. 1. Metap.
q. 1. conclus. 2. probabilit̄ extē-
dit illud ad ens, quod abstrahit à
creato, & increato; scilicet probabi-
lius (iuxta mentem Dñi Thomæ)
illud coarctet ad ens creatum.

4. Thomistæ vero (cū patre sua
rez, 1. Metap. disp. 1. sect. 1.) illud
amplificant ad omne ens reale.

5. Et denique Magister Zumel
de auxilijs. disp. 3. pag. 59. illud
extendit ad ens, quod abstrahit à
reali, & rationis. In huius Docto-
ris gratiam sit.

§. II.

Conclusio.

6. **R**atio formalis, que, Meta-
physicæ abstrahit, tanquam
a partibus subiectivis directe, &
per se attractis, ab ente reali, & ra-
tionis.

Probatur. Ens, quod abstrahit
à substantia, & accidenti, attingit
tur per se à Metaphysica, etiam si
accidens, ut entis, seu substantiae
ens, sit in ordine ad substantiam; ergo ens, quod abstrahit ab ente
reali, & rationis, erit etiam obie-
ctum per se à Metaphysica attra-
ctum, etiam si ens rationis, ut vni-
bra entis realis, sit in ordine ad
ensem realem.

Explicatur hæc ratio. Tūc at-
tingitur aliquod obiectum per
se primò, & directe, ab aliqua sci-
entia, quando in esse intelligibili nō

Quid sub se comprehendat obiectum Metaph. 2

est in ordine ad aliud, vel non dependet ab alio sed ens rationis in esse intelligibili, hoc est ut spectas ad metaphysicam, non est in ordine ad ens reale, nec est ab isto dependens: ergo directe, ut pars subiectiva primario attachata, spectat ad Metaphysicam. Maiorem probo, ex eo (in opinione Thomistarum, & Patris Suarez) accidens in esse intelligibili non dependet a substantia, quia licet ut ens rationis, hoc est secundum rationem differentialem accidentis, dependeat a substantia, tamē in esse entis non exprimit dependentiam quam transcendentaliter habet; sed ens rationis, licet secundum rationem differentialem, rationis, dependeat ab ente reali, tamen in esse entis non exprimit dependentiam; alias etiam ens reale, ut ens illam exprimeret; ergo ens rationis in esse intelligibili nec est in ordine ad ens reale, nec ab isto est dependens.

7. Roboratur eadem ratio. Ens reale, & rationis, in ratione entis, analogantur analogia proportionalitatis: ergo valet exprimi secundum rationem entis absq; dependentia. Antecedens admititur ab aduersarijs, & consequentia non valet negari, nam omnes Doctores cū Philosopho, & Diuo Thoma distinguunt analogiam proportionalitatis a proportionis analogia in hoc, quod in proportionis analogia vnu extremū in ratione analogata exprimit dependentiam ab alio, at vero in proportionali-

Tem. 2.

tatis analogia vnum ab alio non exprimit dependentiam; ergo ens rationis potest exprimi absque dependentia; ergo ut ens per se in esse intelligibili.

8. Secūdo probatur nostra assertio, Ens rationis directe spectat ad logicū; ergo & ad Metaphysicū. Probo consequentiā, ex eo valet perse ad logicū spectare, quia non spectat ad illū sub ratione entis rationis, in qua exprimit dependentiam; sed sub ratione artificiose dispositionis, in qua non exprimit dependentiam; sed similiter ad metaphysicum non spectat sub ratione entis rationis, sed sub ratione entis, in qua non exprimit dependentiam: alias ens reale (ut dixi) etiam illam exprimet: ergo secundum hanc rationem debet perse primō considerari a Metaphysica, ergo inconsequēter Thomistæ denegat Metaphysicā directā attitionem entis rationis.

9. Dices primō. Cognitio entis rationis terminatur per se primō ad ens reale, rāquam ad obiectum prius cognitum, cum sit entis realis umbra: ergo nequit obtinere rationem obiecti primarij.

Respondetur distinguendo antecedens, terminatur perse primō ad ens reale, quia rationis est, concedo antecedens, quia ens est, nego antecedens: ad probationem distinguo antecedens, ens rationis est umbra entis realis in esse rei, & quia rationis est, concedo antecedens, in esse obiecti, & quia ens est, nego antecedens, & consequentiā

Disputatio prima. Quæstio unica.

propter dicta in logica disp. i. q. i.
§. 10. n. 66, vide quæ ibi dicta sunt.
10. Replicabis. Ens rationis nec
secundum rationem entis valet à
Metaphysica cognosci, nisi per
speciem entis realis: ergo solum
per se secundo, & ratione entis rea-
lis, spectat ad Metaphysicam.

Respondeatur concedendo ante-
cedens, & negando consequen-
tiā, nam cognosci per speciem
entis realis non dimanat ex eo,
quod ens rationis est ens, sed quia
rationis est, & ideo hæc dependē-
tia non est in esse obiecti, sed in
esse rei: non aliter Metaphy-
sica non valet Angelum cog-
noscere nisi media specie entis
materialis, & tamen Angelus (in
omnium opinione) per se spectat
ad Metaphysicam; quia ut dixi in
logica, loco supra citato, num. 7.
hoc, quod est cognosci per speciem
alienam, non dimanat ex imper-
fectione Angeli, sed ex imperfe-
ctione nostri intellectus.

Et ut veritatem nostræ conclu-
sionis radicitus penetres, insta re-
plicam in obiecto logice, quod nō
valet a logica cognosci, adhuc in
esse artificio, nisi medio artificio
reali; & tamen, quia hoc non di-
manat ex obiecto ut artificioso,
sed ex illo ut rationis; ideo in op-
pinione Thomistarum (quos nunc
ut aduersarios habeo) valet a lo-
gica cognosci, aut attingi direc-
te hand aliter in præsenti.

11. Non quiesces. Ens rationis
adhuc secundum rationem entis
est umbra entis realis; ergo ad

huc in esse intelligibili dependeret
ab ente reali.

Respondeatur distinguendo ante-
cedens, est umbra entis realis
materialiter, & in esse rei, conce-
do antecedens, formaliter, & in
esse obiecti; nego antecedens, &
consequentiam; nam (ut dixi) ens,
quod est in ente rationis, ex se for-
maliter non exprimit ordinem, ne
que dependētiam, alijs etiam ens
reale, quia ens, diceret ordinem,
& dependentiam, quam ei non cō-
cedes; si ergo ens rationis est en-
tis realis umbra, non est, quia ens,
sed quia rationis est: non aliter ac
artificiosa dispositio attracta per-
se a logica est umbra artificij rea-
lis, non quia artificiosa est disposi-
tio, sed quia talis dispositio est ra-
tionis.

Dices secundo. Obiectum Meta-
physicæ est ens, quod abstrahit
a partibus subiectivis, abstractio-
ne positiva; sed ab ente rationis
nō abstrahit abstractione positiva;
ergo ens ab ente rationis ab-
stractum non est obiectum Meta-
physicæ.

Ad hoc argumentum, quod est
fundamentū junioris, facile respō-
detur negando maiorem, & ratio est,
nā in ipsis, & fere omniū opinio-
ne, ens, quod abstrahit a Deo, &
creaturis est Metaphysicæ obie-
ctum, & tamen a Deo non abstra-
hit abstractione positiva, sed so-
lum negatiua, ergo inconsequen-
ter procedit, dum ente rationis, &
non Deo denegat rationem obie-
cti per se respectu Metaphysicæ.

Quid sub se comprehendat obiectum Metaph. 3

§. III.

Primum collararium.

12. Ex his colliges primò non solum Deum, sed creaturas esse partes per se attactas à Metaphysica; nam sicut creatura sit in ordine ad creatorem tanquam ad ultimum finem; hoc est, in esse rei, & quia creata, vel creatibilis est; non vero in esse intelligibili, & quia ens est: alijs etiam Deus, quia ens exprimeret dependentiam.

14. Sed dices: (estque fundatum primæ sententiaz.) Deus spectat ad metaphysicum; non ut obiectum partiale; ergo ut ad æquatum. Probo minorem, obiectum partiale debet cū alijs vniuocè conuenire; sed Deus cum creaturis non valet vniuocè conuenire; ergo Deus non est obiectum partiale Metaphysicæ.

Si dicas: Deum non posse cum creaturis vniuocè conuenire in esse rei; secus verò in esse obiecti.

15. Contra est; nam hec ratio in qua obiecta realia conueniunt, in esse intelligibili est realis, & obiectis intrinseca, antecedenter ad cognitionem metaphysicam; at Deus in nullo prædicato reali intrinseco valet cū creaturis vniuocè conuenire; ergo nec in esse obiecti valet cum creaturis vniuocari.

16. Nihilominus ad obiectio-

nem benè ibi.

Tom. 2.

Vt ergo ad replicam, (quæ valde torquet huius sententiaz Patronos, responreas, nota primò vocationem in obiectis expostulatam à scientijs, nō esse in ratione qua, sed solum in ratione sub qua; vt constat in Metaphysica respectu substantie, & accidentis. Vnde optimè stat, quod immaterialitas Dei, per modū rationis que, sit infinita, & quod ratio sub qua Metaphysicæ in Deo reperta tale in infinitatem non exprimat, vt valeat vniuocaricum ratione sub qua in alijs obiectis partialibus reperta.

17. Nota secundò Deum esse in supremo gradu immaterialitatis, omnē excludentem potētialitatem, quia Deus est, seu quia actus purus est; non tamen quia ens est: licet immaterialitas huius entis transcendentaliter sit in supremo immaterialitatis gradu.

18. Nota tertio rationem sub qua non esse absolutam, sed respectuam, in ordine ad scientiam: & sic optimè valet scientia attingere immaterialitatem ab ipsa requisitam, absque eo, quod sit imperfectio obiecti; non verò absq; eo, quod sit imperfectio scientiæ, quæ maiorem non valet attingere immaterialitatem: non aliter ac virtus Dei productua hominis v. g. licet sit specificatiæ infinita, & valeat perfectiores creaturas producere, tamen ut Productua hominis, nō valet perfectiorē producere, ex limitata hominis perfectione, & capacitate.

A 3

19. His

Disputatio prima. Questio unica.

19. His suppositis dico, rationem *sub qua* Metaphysicæ esse realem, & Deo intrinsecam, absque aliqua Dei imperfectione; nam Metaphysica, quia limitata, querit in Deo, non immaterialitatem ex illo ortam, quia Deus est (quia hæc immaterialitas, in qua cum nulla creatura vniuocatur, solum est ad comprehensionem, vel claram Dei visionem necessaria:) sed immaterialitate in ortam ex Deo, quia ens est; in qua acceptione non exprimit supremam immaterialitatem.

Ex hoc non licet inferre, quod Deus possit vniuocari in esse entitatiocum creaturis. Nam hæc imperfectione, & limitatio, non solum caderet supra creaturam, sed supra ipsum Deum, qui in tali causa existeret cum creatura in praedicamento determinato; sed de hoc latius in libris de anima, lib. 2. disp. 2. q. 1. & 2. per totam.

20. Dices, acutè satis. Non implicant Deum, & creaturam vniuocari ut obiectum Metaphysicæ, quia hæc vniuocatio est in esse intelligibili; sed species impressæ sunt in esse intelligibili; ergo non repugnat species creatrix impressa Dei. Probo cōsequentiam, ex eo species repugnat in opinione Thomistarum, quia deberet vniuocè conuenire in eodem gradu immaterialitatis cum Deo, sed per nos (ut constat in præsenti) Deo non repugnat, in esse intelligibili, vniuoca conuenientia cum creaturis, in eodem gradu immaterialitatis;

terialitatis; ergo non repugnat species creatrix impressa Dei.

Respondeatur negando maiorem, nam ratio, quare non repugnat vniuocari cum creaturis ut obiectum Metaphysicæ, non est præcisæ, quia ut sic, spectat ad lineam intelligibilem; sed quia ultra hoc ratio formalis *sub qua*, in qua vniuocatur, est formaliter immaterialitatis inadæquare, & respectivæ, quæ infert imperfectionem non in Deo, sed in Metaphysica, quæ non querit supremam Dei immaterialitatem, sed solum illam, quæ ut ens fundat; at vero species definiens ad claram Dei visionem, cum debet esse obiecti, prout est in se, requirit totam entis infiniti immaterialitatem creaturæ repugnantem; ut docent Thomistæ cum Angelico Magistro 1. part. quest. 12. art. 4.

§. IV.

Secundum Collateralium.

21. C Olliges secundo: entia, tam naturalia, quam supernaturalia, cadere direcțe sub ratione *qua* obiecti Metaphysicæ. Est proxima fidei, nam iudicabitur est, in omni Philosophia, quod potentia non potest extendi extra sphaeram sui obiecti adæquari, & etiam quod Metaphysica se extendit ad rationem *qua* nostri intellectus; sed de fide est, quod intellectus creatus, per vires supernaturales luminis gloriae, se exten-

Quid sub se comprehendat obiectum Metaph. 4

dit ad vi sionem claram Dei : ergo ens, quod sub se comprehendit entia tam naturalia , quam supernaturalia, est Metaphysica obiectum specificatum.

22. Dices (est que fundamētum oppositæ sententiæ) sciētia accipit omnē pefectionē ab obiecto i specificatio; sed Metaphysica est habitus naturalis ; ergo naturalitatem accipit ab obiecto ; ergo ens supernaturale nō est directe à Metaphysica naturali attactus.

Respondeatur distinguendo maiorem, ab obiecto accipit perfectionem essentiale, cōcedo maiorem, modalem, seu accidentalem, nego maiorem ; & distinguo minorem; Metaphysica est habitus naturalis, accidentaliter concedo minorem, essentialiter, nego minorem, & consequentiam, nam naturalitas , vel supernaturalitas habitus non ex obiecto , sed ex obiecto in quo est, accipitur: unde naturalis dicitur habitus, quādo est substantię creatę, vel creabilis connaturalis ; & supernaturalis, quādo est supra naturam subiecti creati , vel creabilis. Ratio huius est, nā naturalitas, vel supernaturalitas habitus non est de essentia habitus, sed modus ipsius; & ideo non debet sumi ab obiecto soecificatio, à quo solum accipit speciem ; sed à subiecto , in quo est ; vt constat in intellectu creato , quinon accipit ab obiecto rationem accidentis, vel qualitatis : haud aliter in præsenti.

Tem. 2.

6. V.

Tertium Corellarium.

23. C olliges tertio accidens, sicut substantiam esse partem subiectuam directe à Metaphysica attactam. Ratio est eadē, nam dependentia accidētis à substantia non est in esse intelligibili, & quia ens est, sed solum in esse rei , & quia accidens ens entis est.

24. Dices (est que fundamētum oppositæ sententiæ) Obiectū cuiuscumque scientiæ, (vt cōdistinctum ab obiecto habitus primorum principiorum) debet habere proprietates à scientia demonstrabiles; sed has non habet ens in his abstractionibus ; vtique quia *verum*, & *bonum*, non distinguntur ab ente ; ergo ens sub his abstractionibus non est Metaphysicæ obiectum.

Confiratur. *Verum*, & *bonum*, vt sunt proprietates ab ente cōdistinctæ sunt nihil , sed vt cōdistinctæ ab obiecto, quod habet rationem essentiæ , seu principij, debent participate proprietatum perfectionem; ergo in nulla acceptione possunt à Metaphysica demonstrari.

Hoc argumentū debet ab omnibus responderi in sacra Theologia , quæ habet pro obiecto Deum, à suis attributis realiter indistinctum.

Vnde ad argumentum respon-
detur
A 4

Disputatio secunda Questio unica.

detur, distinguendo maiorem, debet habere proprietates realiter, vel per rationem distinctas, concedo maiorem; realiter tantum distinctas, nego maiorem, & distinguo minorem eodem modo, nam licet verum sit, quod ens non habeat proprietates realiter distinctas, habet illas per rationem distinctas; quod sufficit ut Metaphysica possit versari circa ens sicut Theologia circa Deum etiam si attributa non sint ab essentia realiter distincta; distinctio enim non est ratio constitutiva proprietatis, sed conditio ad proprietatis perfectionem requisita.

25. Et ne aquivocatione fallaris, nota, in praesenti nos non assertere *verum*, et *bonum* esse proprietates rigorosas entis, cum ad hoc sit necessaria realis distinctio; sed esse affectiones entis, praeclarissime a nobis conceptas, ad modum proprietatum.

26. Per quod patet ad confirmationem, nam licet affectiones entis includant entitatem, tamen non concipiuntur a nobis sub expressione entis; sed veluti affectiones illud qualificantes: v. g. quando concipio ens *verum*, non concipio illud ut habens esse, sed ut individuum in se: & similitet quādo illud concipio *et aliquid explicō illud*, non ut ens; sed ut dividum a quolibet alio: & denique quando concipio illud *et verum*, et *bonum* concipio illud non in ordine ad esse, sed in ordine ad intellectum, & voluntatem.

Vnde in forma respondetur negando maiorem, nam quando concipio Leonem v. g. non concipio expressè rationem entis; & tamē non sequitur, quod nihilum concipiā, etiam si expressè non concipiā rationem entis, quia implicitè est ens, explicans peculiarēm perfectionē: similiter in praesenti, licet *verum*, et *bonum* excludant expressam entis perfectionem, sunt aliquid, quia implicitè sunt entia, quæ explicitè manifestant peculiares entis affectiones.

Si vero velit arguens praecludere explicite, & implicitè rationem entis ab his, quasi proprietatibus, concedenda est maior; sed in hac acceptione non sunt entis proprietates, nam in conceptu latitudi in implicito harum affectionum debet concipi ens ut praeceatum transcendens, & intrinsecum.

27. Dices secundo. Maior est intellectus, quam Metaphysicæ latitudo; sed intellectus habet probiecto ad aquato ens sub omnibus his præcisionibus; ergo Metaphysica, (quæ ut habitus determinat intellectum ad determinatum modum speculandi) non debet habere tantam latitudinem.

Respondeatur distinguendo maiorem, maior est intellectus latitudo in obiecto attracto, nego maiorem, in modo attingendi obiectum, concedo maiorem, & minorem; & nego consequentiam: unde intellectus superat Metaphysicam, non in obiecto attracto, sed in

Quid sub se comprehendat obiectum Metaph. 5

in modo attingēdi illud, quia Metaphysica cognoscit ens sub peculiari, & determinata ratione, at vero intellectus illud cognoscit per plures rationes pluribus habitibus communes, & etiam per media probabilia, erronea, & fallacia.

Hoc argumentum debet etiam responderi hoc modo à Magistro Araujo (si consequenter vult loqui) nam ipse ait, quod si Deus esset obiectum Metaphysicæ, sicut, & Theologizæ, adhuc distinguerentur obiecta utrinque penes diuersas attingibilitates, sed de hoc latius in 2. de anima, dispu. 2. q. 1. & 2. per totam.

§. VI.

Interrogatio prima.

28. Pro complemento quæstionis inquires primò. An Deus sit simul obiectum, & causa obiecti Metaphysicæ?

Respondeatur affirmatiuè. Et constat nostra resolutio ex Diu Thoma, opusc. 70. super Boëtiū de Trinitate, q. 5. a. 4. ubi sic fatur. *Igitur Theologia, seu scientia divina est duplex: una, in qua considerantur res divina, non tanquam subiectum scientie, sed tanquam principium scierie, que Metaphysica alio nomine appellatur, ergo ex mēte Divi Thomæ Deus non solum est obiectum partiale Metaphysicæ (ut probui supra) sed principium, & causa obiecti Metaphysicæ: in qua ac-*

ceptione attingitur etiam à Metaphysica per accidens.

29. Nec valet dicere, quod ex hac auctoritate sequitur, quod Deus non sit obiectum partiale, sed solum causa obiecti Metaphysicæ.

Nō (inquam) valet, nam in presenti Diuus Thomas absolute nō denegat Deo, respectu Metaphysicæ, rationem obiecti, sed rationem obiecti adæquati, quam concedit Deo respectu Theologizæ.

30. Dices, quādō aliquod obiectum adæquatè attingitur ab aliqua scientia, non valet participare respectu alterius rationē obiecti partialis, vt constat in specie quæ nō attingitur a diuersa scientia, ab illa, a qua attingitur genus, atqui Deus est per nos obiectum adæquatum Theologizæ; ergo non valet esse partiale Metaphysicæ obiectum.

Respondeatur negando maiore, nam quantitas continua, & discreta sunt obiecta adæquata Geometriæ, & Arithmetice, & tamen per se sub ratione entis spectant ad Metaphysicam, vt obiecta partialia. Nec instatia speciei aliquid valet, nam licet verum sit, quod cognitio comprehensiva generis sufficiat ad perfectam speciei cognitionem, tamen distincta cognitio, sub diuersa ratione specifica, valet ad speciem terminari, tanquam ad diversū obiectum.

Disputatio prima. Questio unica.

§. VII.

Interrogatio secunda.

31. Inquires secundo. An entia realia per accidens sint directe sub ente, quod est obiectum specificatiū Metaphysicæ? Respondeo negatiuē. Et ratio est in promptu, nam ens reale per accidens, ut aceruns lapidum, non est vnum ensynica definitione definibile, sed collectio pluriū; sed obiectum specificatiū scientie debet esse vnum vnica definitione definibile, ergo entia realia per accidens non cadunt per se, & directe sub obiecto specificatiū Metaphysicæ.

32. Dices. Omnia entia realia attinguntur per se a Metaphysica, ergo entia realia per accidens.

Respondetur distinguendo antecedens, omnia entia realia attinguntur per se, ut habent unitatem sufficientem ad scientię specificationem, cōcedo antecedēs, ut illam non habent, nego antecedens, & cōsequentiam, nam licet ens per accidens ut tale non valeat (deesse unitatis) attingi per se a Metaphysica, tamen qualibet pars entis per accidens valer sub ratione entis attingi per

se. Quare licet Metaphysica respiciat per se omne ens reale, non tamen sub omni consideratione: non aliter ac licet omnipotētia Dei respiciat omne ens possibile; non tamen illud respicit sub omni consideratione, cum illud non respiciat sub ratione, sub qua implicitur a creatura.

§. VIII.

Interrogatio tertia.

33. Inquires tertio. An Deus in ter obiecta Metaphysicæ sit principalitatis obiectum?

Respōdeo affirmatiuē. Et collat hāc resolutio ex dictis in Logica, disp. i. q. 3. conclus. ultima, §. 7. n. 24. vbi dixi demonstrationē inter obiecta partialia logicæ esse principaliatis obiectum.

34. Et amplius probatur: cum quia obiectum principalitatis in scientijs est nobilis. Tum quia est illud, ad quod, *in efferei*, ordinantur alia, ad distinctionē obiecti attributionis, cui omnia, *in esse obiecti* ordinantur, sed inter obiecta partialia Metaphysicæ solus Deus est nobilis, & cui omnia in esse rei ordinantur: ergo solus Deus est principalitatis obiectum Metaphysicæ.

DIS-

6

DISPUTATIO
SECUNDA
PROOEMIALIS DE
ANTEPRAEDICA-
MENTIS.

N hac secunda disputatione Philosophus tres apposuit definitiones, de quibus nunc breui-
ter est agendum, ut nec in ordine vestigia tāz-
ti deseramus Magistri.

QVÆSTIO VNICA.

*De vniuocis, & equiuocis, & De-
nominatiis.*

S. I.

Lxx tituli, & questionis.

I. **P**Hilosophus in antepredicamen-
tis (quæ sunt predica-
mentorum præludia) disputat de
vniuocis, & equiuocis, & denomi-
natiis, ut cognoscas quid sit, &
quod non sit, in predicamentorum
serie collocandum.

Et ut mentem philosophi inter-
illigas, nota in præsenti non dispu-
Tom. 2.

tati de vniuocis, & equiuocis eo
modo quo in parua summa, nam
ibi solum disputauimus de equiuocis
& equiuocantibus, & de vniuocis
& vniuocantibus, quæ equiuoca,
& vniuoca, *alii* appellantur,
hic verò non de equiuocis &
equiuocantibus, nec de vniuocis
& vniuocantibus, sed de equiuocis
& equiuocatis, & de vniuocis vni-
uocatis, quæ equiuoca, & vniuoca,
pessima denominantur, agimus,
licet absolute res equiuocatae, &
vniuocatae non valeant esse, nec
intelligi sine ordine ad nomine,
quod est equiuocans,
& vniuocans.

S. II.

Disputatio secunda. Quæstio unica.

§. II.

Proponuntur definitiones vniuoco-
rum, & equiuocorum.
(...)

2. IN hoc sensu Aristoteles in
præsenti has explicauit quid-
ditates dicens. *AEquinoea dicun-
tur, quorum nomen est cōmāne, ratio
verò substantie nomini accommodata,
diuersa. Uniūoca verò dicuntur, quo-
rum nomen est commune, ratio verò
substantie, nomini accommodata, est
omnino eadem.* Veritas harum defi-
nitionum constat, tum ex au-
toritate definiētis: tum ex communi-
ni Doctorum consensu.

3. Et ideo pro illarum ad æqua-
ra intelligentia suppono, æquiuo-
ca esse à Philosopho in numero
plurali definita, quia rerum æqui-
uocatio non valet dari nisi ad mi-
nus inter duas res per ordinem ad
vnum nomen, quod debet esse om-
nino idem, nam quælibet diauersi-
tas, siue in aliqua littera, siue in
aliquo accentu æquiuocationem
auffert.

4. Nota secundo, nomen *sub-
stantia* in definitionibus apposi-
tum, non stare pro substantia, de-
predicamento substantie, sed pro
essentia rei, nam æquiuocatio, &
uniūoca, etiam reperitur inter
accidentia, quæ sub uno cadunt
nomine.

5. Nota denique, *nomen*, in præ-
senti accipi, propt̄ comprehendit
verbum, participium, & alias ora-

tionis partes, in quibus valet æ-
quiuocatio, & uniūoca repe-
riri.

§. III.

Obijcuntur aliqua.

6. O Bijcies primò. Secundum
Philosophū, uniūoca tan-
tum possunt vnicā definitione de-
finiri, sed æquiuoca omnem exclu-
dunt uniūocationem; vtique quia
sunt uniūocis opposita; ergo Phi-
losophus in prima definitione est
sibi ip̄i contrarius.

Respondetur concedendo ma-
iore, & distinguendo minorem
æquiuoca omnem excludunt uni-
ūocationem, per ordinem ad no-
men, a quo æquiuocantur, conce-
dō minorem; per ordinem ad alia
æquiuoca, nego minorem, & con-
sequentiam, nam æquiuoca, ab
aliо nomine æquiuocata, conueniunt
uniūoce, cum æquiuocis ab
aliо nomine æquiuocatis, in hoc
quod est subesse eidem nomini di-
uersa significanti.

Explicatur hoc in substractis
generū, quæ vnicā definitione va-
lent definiri; etiani si inter se sine
primò diuersa, quia conueniant
in hoc, quod est esse in pluribus,
specie differentibus, haud aliter
in præsenti.

7. Obijcies secundo. Nomen
æquiuocum nō est vnum, sed plu-
ra, ergo male asturis esse vnu. Ante-
cedens probatur, nomen (vt dixi
in summulis, i.e. cap. 3. per totū)
for-

formaliter constituitur in esse talis, per significationem; sed in nomine & equiuoco dantur plures significaciones, vtique quia *canis*, v.g. immediate plura significat, ergo equiuocatio non est in ordine ad idem nomen.

Respondeatur negando antecedens; ad probationem concedo maiorem, & minorem, & nego consequentiam, nam (vt comitat ex summulis, lib. i.c. 19. de appellatione, n. 10. & 11.) conceptum accidentale non multiplicatur ad formarum accidentalium, sed ad subiectorum multiplicitatem, & ideo absolute valet dici nomen unum, etiam si plures habeat significaciones, quia vox, quae est significacionis substratum, est una: non aliter ac licet unus homo habeat plures artes, non dicitur plures artifices, sed unus artifex.

8. Obijcies tertio. Numquam potest dari nomen commune & equiuocis, prout equiuoca sunt: ergo falso assertis unum nomen esse necessarium ad equiuocationem. Antecedens probatur, nomen est signum conceptus interni; sed non potest dari unus conceptus, plurium rerum; ergo neque unum nomen.

Respondeatur negando antecedens. Ad probationem concedo maiorem, & minorem; negoque consequentiam; nam facile est assignare discrimen inter signum ad placitum, & conceptum mentis; nam signum ad placitum, cum a libera hominum impositione de-

pendeat, plura potest significare; in quo & equiuocatio consistit plurius etiam conceptum; vtique quia signum ad placitum (quale est nomen) potest esse plurium conceptum, sicut, & plurium rerum; at vero conceptus est imago, & similitudo naturalis obiecti cognitionis, atque adeo plura representare non valet.

§. IV.

Vnica interrogatio.

9. Inquires (pro complemento vniuocorum) an ratio vniuoca, v.g. animalis, vel hominis, sit eadem in omnibus inferioribus?

Non desunt Doctores, & quidem sapientissimi, qui quamvis vniuocas admittant rationes, assertunt tamen rationem vniuocam non esse unam in inferioribus. Contra quos est (nifallor) Philosopherus in hoc capite: ubi de animali praecise, & in ordire ad differentiam, sic loquitur. *Animal dicitur, & ipse homo, & equus: non ine namque communi, & homo, & equus animalia non cuperantur, & ratio quoque substantie utrisque eadem est.*

Et ut huius difficultati penitus sat is facianus, primò aduertendum est, quod licet in unoquoque individuo omnino identificantur natura, & singularitas, ita ut impossibilis sit separatio realis, facta tamen per intellectum distinctione rationis (ubi per distinctum con-

Disputatio secunda. Questio. unica.

Concepsum intelligit naturā, non cognita singularitate) distinctio inter Placidum, & Maurum non dimanat ex eo, quod homo, sed ex eo quod singularis est uterque, Vnde quamvis a parte rei distinctio inter Placidum, & Maurū, in tota entitate sit, tamen talis distinctio vt dixi ex Caietano in 1. p. logice. disp. 3. q. 2. 6. 7. n. 40. inō dimanat ex principijs specificis, sed ex individualibus.

11. A simili declaratur hæc doctrina, nam quamvis unus effectus à duabus causis efficiatur, & utraque causa ad totam entitatem effectus concurrat, ita vt nulla pars effectus sit, quæ ab utraque causa non producatur; tamen si in effectu sunt due rationes diuersæ, una ratio in unam causam, & alia in alterā refunditur, v.g. in opinione allerente intellectum immediate cum habitu supernaturali fidei producere actuū supernaturale fidei, ratio vitalitatis in intellectum refunditur, & ratio supernalitatis in habitum fidei supernaturalem; quamvis totus actus ab intellectu, & torus à fide procedat: non dissimilitet philosophandum est in nostro casu, nam licet distinctio inter Placidum, & Maurum à parte rei sit in natura, & singularitate; veruntare non refunditur in naturam; sed in singularitatem: vnde si differentias numericas a singularibus abstractamus, non manet inter Placidū, & Maurum principium distinctio- nis, sed unitatis.

12. Secundo aduertendum est, quod in rebus datur duplex esse, scilicet, unum, quod acquiritur per productionem realem, qua extra causas collocatur, & existentiarealis dicitur, obiectuum, est aliud, quod acquiritur per hoc, quod res partcipiantur ab intellectu, secundum aliquid, quod ipsis conuenit, & dicitur esse obiectum intellectus, seu existentia obiectiva rerum.

Et quod hoc duplex esse sit in rebus constat ex diuo Thoma, 1. p. q. 14. a. 4. in corp. vbi sic satur. Sicut enim supra dictum est, intelligere non est a lito pregediens ad aliquid extrinsecum, sed manet in operante, scilicet atque perfectione eius, pro rite est perfectio existentis, sicut ens messe consequitur formam, ita intelligere sequitur speciem intelligibilem, ergo ex mente Doctoris Sancti duplex esse darur in rebus, unum reale, & aliud intelligibile, seu obiectum.

13. Inter has existentias ingēs versatur discriben, quod existentia realis multiplicatur ad individuorum multiplicationem, cū enim unaquaque res, quæ in rerum natura existit, singularis sit, non potest dari aliqua existentia communis pluribus singularibus, sed unumquodque sua propria gaudet existentia, at vero existentia intentionali, seu obiectiva ita pluribus rebus realiter distinctis conuenire potest ratione similitudinis, & unitatis, vt omnes idem esse intentionale, & obiectivum habeant.

14. Ex

14. Ex quibus colligo. quod quāvis a parte rei, prout realiter existent, realiter distinguuntur naturæ Placidi, & Mauri, tamen in esse obiectuo non distinguuntur; & sic quidquid conuenit vni, alterius etiam conuenire necesse est: imo nihil in particulari habent ipiæ naturæ, quia eo ipso, quod abstractatur per intellectum, nō magis respicit abstracta natura singularitatem, à qua præcisa est, quam individua alia naturæ humanae.

Ratio est, quia natura illa abstractio totali, separata est a singularitate; ergo nihil singulare relucet in illa: ergo nihil datur in illa, quod sit magis propriū vnius, quam alterius singularis.

15. Ex quo sit, ut nūquam natura Placidi abstracta a singularitate cognoscatur, quin eadē cognitione cognoscatur natura Mauri, quia in esse obiectuo hæc duæ naturæ non distinguuntur.

Ratio a priori nūlus est, quia intellectio est quedam assimilatio intellectus cum re intellectu; sed abstracta natura Placidi a singularitate manet omnino similis naturæ Mauri, & aliorum individuorum naturæ humanae: ergo eo ipso, quod intellectus assimiletur naturæ Placidi, à singularitate præcisa, assimilatur etiam naturis omnium individuorum eiusdem naturæ humanae: ergo idem formaliter representatur in hac cognitione naturæ Placidi, ac in cognitione naturæ Mauri, & aliorum individuorum naturæ humanae.

16. Qued hoc exemplo declaratur, si aliquis imaginem degingaret, quæ in omnibus duos homines repræsentaret, eo quod ipsi existerent adeo similes, ut in eis nullum dissimilitudinis vestigium appareret; quamuis pictor tantum attenderet ad assimilandum vaum ex his duobus, imago duos illos repræsentaret, quia ex quo primò est utriusque repræsentatio: non dissimiliter in nostro casu, quamvis intellectus abstractus Placido naturam non cognoscendo illius singularitatem, quia hæc natura omnino similis est naturæ Mauri, ex quo primò intellectus utraque obiectetur, & repræsentatur; atque adeo non vallet cognoscere vnam, quin aliam cognoscat; imo ut proprius loquaris iam non est vna, & alia, sed vna in esse obiectuo.

S. V.

Objectiones, que militant contrarefutationem interrogationis.

17. **O**bijecies primò. Non est assignabilis aliqua ratio eadem naturæ respectu Placidi, & Mauri, etiam prout significantur hoc nomine, *homo*: ergo vnicuique correspondet diversa ratio hominis: ergo ratio vniuersa non est eadem.

Et si respondeas non esse eandem in esse reali, secus verò in esse obiectuo.

18. **C**ontra est primò. Si efficiat

alio

Disputatio secunda. Quæstio unica.

aliqua ratio omnino eadem in esse obiectu respectu Placidi, & Mauri, esset de illis ut una prædicabilis; sed non est ut una prædicabilis: ergo non est omnino eadem. Probo minorem, ratio hominis, quæ est in Placido identificatur solum cum singularitate Placidi: ergo solum est de Placido prædicabilis; ergo non est una respectu Placidi, & Mauri, sed una cuique sua natura correspondet.

Contra est secundo. Natura Placidi solum ratione distinguitur a singularitate Placidi; a singularitatibus vero aliorum individuum realiter distinguitur; ergo non valet de his vere prædicari, quia ad prædicationem essentiam, qualis est hæc. *Maurus est homo*, requiritur identitas (ut constat ex dictis, disp. 4. q. 3. per totam, & disp. 5. q. 2. per totam)

19. Ad obiectionem bene ibi. Ad primam impugnationem concedo maiorem, & nego minorem: ad probationem distinguo antecedens, natura Placidi solum identificatur cum singularitate Placidi, secundum esse existentia realis, concedo antecedens; secundum esse existentia obiectiva, nego antecedens; quia secundum hoc esse in differenter se habet ad omnia individua talis naturæ, atque adeo in esse obiectivo talis natura non est magis identificabilis cum Placido, quam cum Mauro, & alijs.

Ad secundam impugnationem solutionis respondetur distinguē-

do antecedens, natura Placidi sola ratione distinguitur a singularitate Placidi, à reliquis vero realiter secundum esse reale, existentia realis, concessa antecedens; secundum esse existentia obiectiva, nego antecedens, & consequentiæ; quia, abstracta singularitate, eodem modo distinguitur à Placido, scut à Mauro: atque adeo equaliter de illis ut una, & eadem est prædicabilis,

20. Obijcies secundo. Siper possibile Deus separaret materiam cœli a sua forma, talis separatio non obitaret, quin materia prima ordine determinato suam formam respiceret: ergo etiam si natura hominis, quæ est in Placido, intentionaliter separetur a sua singularitate, seu per determinate respiciat Placidum: ergo una erit respectu Placidi, non vero respectu aliorum.

Respondetur negando paritatem, ingens enim versatur discrimen inter separationem physicam, & metaphysicam, seu intentionalem; nam physica separatio non tollit singularitatem rei, neque excludit ab illa rationem partis ex se ordinatae ad aliam partem; at vero intentionalis separatio praescindit naturam à sua singularitate; atque adeo ex via cognitionis manet non singularis, & determinata, sed communis, & una.

De uniuocis, aquiuocis, & denominatiis. 9

§. VI.

Denominatinorum explicatio.

21. DE NOMINATIIS (secundum Philosophum) dicuntur illa, que ab alio sumunt appellationem, à quo solo casu differunt. Pro certitudine huius definitionis sufficiat auctoritas Philosophi.

Et pro illius intelligentia nota, quod in quolibet denominatio-
nante dantur tria: subiectum denominatum, forma denominans, & concretum resultans, quod denominativum appellatur, si forma se habeat, vel ut in re adiacēs, vel ut adiacens quoad modum significandi: unde homo non habet rationem denominatiui, quia humanitas hominis constitutiva, nec quoad rem, nec quoad modū significandi, adiacet.

22. Ex quo notabili colliges rectam definitionis intelligentiam, nam denominativum solum differt à forma denominante *casu*; id est, cadentia nominis, nam denominativum conuenit cum forma denominante in principio nominis, & differt ab illa in fine, seu in ultimis syllabis; ut constat in albedine, & albo; in iustitia, & iusto.

§. VII.

Obiectiuntur aliqua.

23. Obiecties primò. Denomi-

nativa sunt valusca; (ut constat in quarto, & quinto prædicabilis ergo male sunt in prælenti distinctione & explicata definitione.

Respondet distingendo antecedens, vniuoca, materialiter, & specificative, concedo antecedens; formaliter, & tenuuplicatiū, nego antecedens, & consequētiam. Ratio distinctionis est, quia iustus v. g. habet formaliter rationē denominatiui in ordine ad iustitiam, à qua nominis appellationem accipit; at vero rationem vniuoci, & quinti prædicabilis solum habet in ordine ad personas, à quibus æqualiter participatur. Solet hoc explicari in relationibus subiectibilitatis, & prædicabilitatis, quæ licet sint in eadem entitate; non tamen in ordine ad eundem terminum: haud aliter in præsenti.

24. Obiecties secundo. Studiosus est denominativum; ergo vel ab studio, vel à virtute: si primū; ergo non solum differunt in cadentia nominis, sed in re per nomen significata; utique quia studium stat pro solicitudine, & non pro virtute: si secundum; ergo nō solum differunt in ultimis, sed etiā in primis syllabis.

Respondet denominativum exposcere conuentientiam cum forma denominante, nedum, quoad vocem, sed quoad rem significatam per vocem; & ideo quando forma denominans solum conuenit cum denominativo in re, vel in voce; tunc concretum resul-

Disputatio secunda. Questio. unica.

tans propriè non est denominatiuum; sed solum impropriè, seu metaphoricè: quare studiosus nec ab studio, nec à virtute est rigore denominatinum; non ab studio, quia studiosus significat subiectum virtute præditum; non à virtute, quia cum illa non conuenit in voce.

25. Obijcies tertio. Denominatiua sunt, quæ solo casu differunt, sed quæ casu differunt sunt nomina, & nō res significatae; ergo definitio Philosophi nō rebus, sed nominibus tantum adaptatur.

Respondeatur concedendo ma-

iorem, & distinguendo minorem, res non differunt casu, secundum se, concedo maiorem, prout nominibus explicantur, nego minorem, & consequentiam, nam sicut hæc nomina, *iustus*, & *injustitia*, inter se casu differunt; hoc est, in cædētia nominis; sic res significata per ly *iustus* differt à re significata per ly *injustitia* cædētia ipsarum rerum, nam *iustus* non solum dicit *injustiam*; sed subiectum, in quo est dicitur autem hæc differentia *casus*. & non rei quia licet res in se habeant distinctionem: nihilominus res accipiunt denominationē à nominibus, sub quibus stante.

DISPUTATIO
TERTIA
PROOEMIALIS DE
Analogia entis.

NI H I L in hac re Philosophorum Princeps Aristoteles statutum reliquit in hoc categoriarum libro: quare difficultas hæc varietate opinionum redditur obscurior; libere enim mentes Doctorum sine duce, ita variè senserunt, ut nullius opera euoluerim, qui alteri consentias: Unde multa tradantur obscura, & difficilia, multa à veritate aliena: quapropter varijs omisis modis dicendi, (quos in vtile imò impossibile esset recensere) quid in hoc puncto probabilius existimo, qua potuero claritate proponam.

QVÆSTIO I.

Quid, & quotplex sit Analogia?

§. I.

Analogia ut sic definitio, & explicatio.

1. **N**ota primò pro intelligentia questionis, quod *Analogia* est nomen græcum significans latine idem, quod *proportionatio*, *correspondentia*, seu *similitudo*, nam *Analogos* græce, latine, *proportionatus*, *similis*, vel *correspondens* dicitur.

2. **N**ota secundo, quod cū ana-

Tom. 2.

gia, seu *proportio*, sit *relatio*, non valet in vna eademque entitate reperiri, sed necessariò expositae duas, ad minus, entitates, ut inter illas possit exerceri.

3. Nota deniq; quod in presenti nō disputamus de analogiis analogiis in nominib; sed de analogiis analogatis in rebus reperiatis, quæ mediāt inter uniuoca vni uocata, & æquiuoca æquiuocata; & ideo debent ex utroq; extrema suā libare essentiam; non quia earum essentia æqualiter, & simpli- citer extremitū possideat essentias, sed quia (saltim inæqualiter) ex utroq; participat extremo; nā ex æquiuocis participat simpliciter

B 2

dixer-

Disputatio tertia. Questio prima.

diuersitatem, & ex vniuocis secundum quid conuenientiam.

Quod autem non debeat participare simpliciter conuenientiam, & secundum quid diuersitatem constat tum ex Philosopho. 4. metap. cap. 2. vbi analogia inter equiuoca à consilio numerauit: tū etiā ratione, nam vnitas simpliciter dicta cum diuersitate secundum quid est vniuocis propria: vtique quia animal, saltim secundum quid, ratione differentiarum, importat diuersitatem: ergo analogia non dicunt vnitatem simpliciter dictam cum diuersitate secundum quid.

4. His suppositis: analogum vt sic, vel ratio analogia, prout abstractur ab omnibus analogiæ speciebus, sic definitur, à Caïetano opusç. de nominum analogia. cap. 1. Analogia sunt, quorum nomen est commune, ratio vero per illud significata, partim est eadem, & partim diversa.

Pro illius intelligentia nota, quod ly, quorum nomes, (in quo conueniunt cum vniuocis, & æquiuocis) ponitur loco generis; ceteræ vero particulae, in quibus ab illis differunt, ponuntur loco differentiæ.

§. I I.

Analogie species quo?

5. C **A**rdinalis Caïetanus opus. supra citato diuisit analogiam vt sic, in triplicem speciem:

inæqualitatis vnam, attributionis aliam, & proportionalitatis alteram.

Inæqualitatis, (quæ propriè est vniuocatio) appellatur à D. Tho. in 1. dist. 19. q. 5. art. 2. ad 1. secundum rem tantum, & à Iunioribus analogia physica, quia inæqualitas non dimanat ex ratione præcisa, sed ex differentijs, illam cum diuersitate perficientibus.

In hoc sensu definitur à Caïetano hoc modo: *Analogia physica sunt, quorum nomen est communne, ratio vero significata per nomen simpliciter est eadem, inæqualiter tamen ab inferioribus perfecta.*

Sed de hac analogia in præsentि non disputamus, quia est propria, & rigorosa vniuocatio. Ratio est, qui animal v. g. inæqualiter participatur ab homine, & equo, neque ab una specie dependenter ab alia; vt ratio entis à creatore, & à creatura; à substantia, & accidenti: ergo ratio simpliciter eadem, inæqualiter ab inferioribus participata, est species analogia vt sic.

6. *Analogia verò attributionis, seu proportionis, quæ analogice cum proportionalitatis analogia, analogiæ nomine sibi vendicat:) sunt illa, quorum nomine est communis ratio vero substantiae, per illud significata, est eadem secundum terminum, & diversa secundum habitudinem ad illū. v. g. animal, pulsus, & medicina, quæ sunt respectu fani huius analogiæ analogata extrema, sunt una secundum terminum,*

Quid, & quotuplex sit analogia?

57

minum, quia omnia eandem sanitatem, & terminum respiciunt, & diversa secundum habitudinem ad illum, quia animal respicit sanitatem per modum subiecti intrinsecis pulsus per modum signis & denique medicina per modum causarum: ecce qualiter habitudines sunt diversae etiam si terminus insperatus sit materialiter, & inesse rei unus.

7. Analogia denique proportionalitatis sunt, quorum nomen est communis; ratio vero substantia, per illud significata, est simpliciter diversa, & eadem secundum proportionem. v. g. principium analogie dicitur de corde, & de fundamento domus: nam sicut se habet fundamentum ad principiandum dominum, sic se habet cor ad principiandum animalis vitam.

8. Hec analogia, (que appellatur à Diuo Thoma loco supra citato secundum esse, & secundum intentionem simul) dividitur in analogia proportionalitatis metaphoricae, & propriam: Metaphorae datur, quando nomen per se primò est impositum ad significandum aliquid analogatum, & translaticie transferrut ad alia analogata significanda; ut risus, qui propriè dicitur de homine, & inpropriè de prati viriditate. Analogia proportionalitatis propria datur, quando res significata per nomen propriè est in omnibus analogatis; ut principium, quod propriè est in corde, & in fundamento domus.

Tom. 29

9. Non pauci, neque indocti, docent analogiam proportionalitatis metaphoricam, esse analogiam attributionis propriæ; quia ratio analogia solum est intrinsecè in principaliori analogato, & in alijs extrinsecè, per extinsecam denominationem à forma, intrinsecè existente in principaliori analogato, desumptam.

10. Verumtamen alij, cū Patre Araujo, contrariam tenent sententiam: cum quia hæc analogia solum valet inter quatuor terminos reperiiri; quod proprium est analogiæ proportionalitatis: cum quia diverso modo se habet pratum respectu risus, ac pulsus respectu sanitatis.

Sed tu in re tam patui momenti elige, quod malueris: & nota nō quācumque proportionalitatem causare analogiam, sed solum reperitam in rebus participantibus rem simpliciter diversam, & secundum quid solum unam.

11. Et ut radicibus penetres huius difficultatis terminos, nota, quod proportio est habitudo unius ad alium; vel plurimum ad unum; unam habitudo pulsus, ad animalis sanitatem, est (secundum Diuum Thomam) unius ad alterum; & pulsus, & medicina, ad animalis sanitatem, vocatur (ab Angelico Magistro) plurimum ad unum.

Proportionalitas vero est proportionis proportionum, vel compositionis proportionum; ut habitudo, seu correspondentia, que datur inter proportiones; ut sicut se

B 3

habet

Disputatio tertia. Questio prima.

habet cor ad principiandam animalis vitam; sic se habet fundamen-
tum ad principiādām domū: vnde clare colliges ad proporcio-
nalitatem esse quatuor terminos
requisitos; etiam si ad proporcio-
nem duo termini sufficient.

§. III. Attributionis analogie condi- tiones.

12. PRO vtraque analogia ali-
quæ assignantur condicio-
nes: pro attributionis, seu pro-
portionis sit prima, quod ratio
analogia principaliter, & simpliciter,
sit in uno extremo analogia,
& secundum quid, seu minus prin-
cipaliter, in alijs extremis: in hac
conditione fundatur illud repeti-
tum analogum per se sumptum sicut pro
famosiori significato, quod solum va-
let verificari de analogia attributionis, vel de analogia propor-
tionalitatis impropria.

13. Secunda, (qua in præsenti
est valde celebris, & ad quā om-
nes alij debent reduci) consistit
in hoc, quod ratio analogia sit in-
trinsicè in principaliori analogia;
in alijs vero extrinsicè per ex-
trinsicam denominationem, de-
sumptā à ratione analogia, in prin-
cipaliori analogato existente: ve-
ritas huius conditionis constat ex
D. Patre Anselmo in dialogo de
veritate, cap. 14. ubi hæc habet
verba. Magister: an habes aliquam
aliam rationem, cur tibi plures esse vi-
decatur rectitudines, seu veritates pra-

ter ipsam rerum pluralitatem? Disci-
pulus: sicut istam, nullam esse cognos-
co, ita nullam aliam invenire posse co-
sidero. Magister: una igitur & ea-
dem est omnium rectitudo. Discipi-
lus: sic me fas ei ne cessum est; sed ta-
men ostende mihi, cur dicimus huius,
vel illius rei veritatem, velut ad dis-
tinguendas veritatis differentias, si nul-
lam ab ijs rebus assumuntur: dñe: sita-
tum? Magister: impropriè huius, vel
illius rei esse dicitur, quoniam illa non
in ipsis rebus, aut ex ipsis, aut per ipsis
in quibus esse dicuntur, habet suum esse;
sed cum res ipse secundum illam sunt,
que semper præstio est his, que sunt, si-
ent debent; tunc dicitur, vel illius rei
veritas; quemadmodum dicitur tem-
pus huius, vel illius rei cum unum, &
idem si tempus omnium, que sunt in
eadem tempore simul: & si non esset
hac, vel illa res, non verus esset idem
tempus: non enim ideo dicitur tempus,
quia tempus est in ipsis rebus; sed quia
ipsa sunt in tempore: & sicut tempus per
se consideratum non dicitur tempus ali-
cuius, sed cum res que in ipso sunt, co-
nsideramus, dicimus tempus huius, vel
illius rei; ita summa veritas per se sub-
sistens nullius res est: sed cum aliquid
secundum illam est tunc eius dicitur
veritas, vel rectitudo. Hucq; Do-
ctor, & Sanctus Anselmus. In qui-
bus aperte constat veritatem, seu
rectitudinem intrinsicè esse in Deo,
seu in principaliori analogato, &
extrinsicè in rebus creatis, nam
secundum Anselmum nostrum eo-
dē modo est veritas in rebus crea-
tis, ac est tempus in rebus sublu-
naribus; sed in his tempus solum
est

est extinsece; ergo in illis veritas solum est extrinsece. Constat etiam ex Divo Thom. 4. Metap. lect. i. vbi disputans de analogis attributionis, sic fatur. Secundum, quod illud unum, ad quod diversae habitudines referuntur in analogiis, est unum numero; et non solum unum ratione.

14. Ex qua auctoritate, (quæ pro tertia conditione huius analogie assignatur à Thomistis, sic est forma rationem pro secunda ex Divo Anselmo desumpta. Forma, per nomen analogum significata (secundum Diuum Thomæ) est una numero in omnibus analogatis; ergo non intrinsecè in omnibus; sed in uno intrinsece, & in alijs extrinsecè; vt docet Anselmus. Probo consequētiā, eadem numero forma naturaliter (in nullius Doctoris opinione) vallet esse intrinsecè in pluribus subjectis distinctis, & non subordinatis, per unionem intrinsecam; sed ratio analogia in analogia attributionis, est (secundum Diuum Thomam) in analogis separatis, & non subordinatis; ergo vt una numero non valet esse intrinsecè in omnibus; ergo solum est intrinsece in uno, & extrinsece in alijs.

15. Secundo probatur ad hominem, contra Patrem Suarez, qui respectu entis contrariam tenet sententiam; nam in huius Doctoris opinione nulla datur implicatio in hoc, quod medicina, quæ est sanitatis causa, sit extrinsecè sana, à sanitate in animali in-

I om. 2.

trinsecè reperta; ergo similitudin nullæ dabitur implicatio in hoc, quod creatura, quæ intrinsecè est ens ab entitate propria, & intrinseca, sit extrinsecè ens ab entitate Dei. Cōsequētia constat primum ex Apostolo ad Ephes. 3. dicentes. Ex quo omnis paternitas in celo, & in terra nominatur: tum à patribus; nō alia ratione (in sententia Patris Suarez) medicina dicitur extrinsecè sana à sanitate animalis, nisi quia medicina ordinatur ad animalis sanitatem; sed creaturæ, vt efficiens Dei ordinantur ad esse Dei; ergo possunt, & debent, ab illa extrinsecè nominari.

16. Dices. Nedum ens, vt analogum proportionis, est intrinsecè in omnibus analogatis; sed etiā sanum est intrinsecè in omnibus suis analogatis; vtique quia medicina est sana, & animal sanum, sed animal non est idem numero sanum, ac medicina: vt ex se constat; ergo ratio analogia, in attributionis analogia, non est eadem numero in omnibus analogatis. Respondetur negando maiorem: ad probationem dico dari plura sana ab eadem sanitate diverso modo applicata; nam (vt dixi in Logica. disp. 2. q. 2. §. 1. n. 5. ex dictis in parva summa, lib. 1. cap. 19. de appellatione. n. 11. pluralitas in adiectu non cedit supra formam; sed supra subiectum; & sic ad multiplicationem subiecti multiplicantur: vide quæ ibi dicta sunt.

Et adde, hanc solutionem con-

B 4

stare

Disputatio tertia. Quæstio prima.

Stare ex Sancto Doctore. 2. 2. q.
20. 1. 2. vbi ait, malitia actus exterioris non distingui à malitia actus interioris, quia eadem malitia numero, quæ intrinsecè est in interiori, est extrinsecè in exteriori; & ponit exemplum in potionem amara, quæ solum est extrinsecè bona à bonitate sanitatis intrinsecè existentis in animali. Quid clarius pro nostra conclusione, & solutione?

§. IV.

Fundamentum Patris Suarez.

17. **E**Ns est analogum proportionis ad Deum, & creaturas; & tamen ens est intrinsecè in omnibus; nam creatura intrinsecè est ens, & non per extrinsecè denominationem ab entitate increata Dei: (ni dicas esse ens in creatum, & per essentiam) ergo ratio analogia, in proportionis analogia, est intrinsecè in omnibus analogatis.

Respondetur concedendo maiorem, & distinguendo minorem; ens est intrinsecè in Deo, & creaturis, ut in illo analogantur, analogia proportionalitatis, concedo minorem; ut in illo analogantur, analogia attributionis, nego minorem, & antecedens probationis inclusæ; nam ex eo, quod creatura extrinsecè denominetur ens, ab entitate increata Dei, nō sequitur, quod denominetur ens increatum, & per essentiam, in re-

cto, sed solum in obliquo, quatenus sunt aliquid entis increati, & per essentiam: non aliter ac accidens extrinsecè denominatur à substantia, absque eo, quod denominetur ens substantiale.

Ratio huius solutionis sumitur ex eo, quod forma non tribuit denominationem, nisi iuxta capacitatem subiecti denominationis; ut constat in subsistencia Verbi Divini, quæ humanitatem Christi Domini infinitè non terminauit, propter humanitatis incapacitatem: haud aliter in praesenti.

18. Dices primò. Creatura, ut effectus Dei analogatur cum Deo analogia attributionis; sed, ut effectus Dei, est intrinsecè ens per participationem; ergo ut extremū talis analogiae participat intrinsecè rationem analogam.

Respondeatur negando antecedens; nam creatura, ut effectus Dei, formaliter, solum analogatur cum Deo, analogia proportionalitatis, non vero attributionis, ad quam ratio entis per participationem, seu ratio effectus, solum se habet de materiali.

Explicatur hoc in medicina, in qua non est idem esse sanitatis causam (quod à se, & a propria entitate habet) & esse extrinsecè sanam (quod non a se, sed à sanitate animalis extrinsecè habet (sic in creatura, non est idem esse entitatem à Deo participatam (quod in se, licet non a se, intrinsecè habet) & esse entitatem entitatem extrinsecè, quod non a se intrinsecè, sed à Dei

à Dei entitate , habet extrinsece.

19. Dices secundo,cum Patre Didaco à Iesu,ens, ut attributio nis analogum, non exprimit entitatem per se, sed entitatem absolute abstrahentem a perse , & in alio, at hæc ratio non participatur ab accidenti per extrinsecam denominationē à substâtia sumptam; vtique quia accidens intrinsece est ens; ergo minus principale analogatum , in attributionis analogia , nondenominatur extrinsece a principaliori : ni dicas substantiam, & non ens esse analogum.

Respondeatur negando maiore, nam in proportionis analogia ana logum non præscindit, nisi solum ex modo significandi, a principali or analogato; & ideo licet substantia non sit analogum , tamen non est ens, ut abstrahit a perse , & in alio; sed est ens, quod in confuso in recto dicit per se realiter distinctum ab accidenti extrinsece , & in obliquo denominato. Ex hac solutione dimanat quarta , & ultima conditio huic analogia, videlicet, quod analogata minus principalia non valeat definiri, ni si per ordinem ad famosius analogatum.

§. V.

Proportionalitatis conditiones.

20. Pro analogis vero proportionalitatis aliae sunt con-

Tom. 2.

ditiones.

Prima, quod absque dependen-
tia valeat hæc analogia causari.

Ex hac dimanat secunda, vide-
licet, quod si in aliquo casu datur
dependentia, non sit ad hanc ana-
logiam *simplieiter* requisita.

21. Tertia, quod ratio analogia
sit intrinseca in omnibus analoga-
gatis.

Ex hac dimanat quarta; scilicet,
quod ratio analogia non sit ea
dem numero. Et quinta; videlicet
quod unum analogatum possit
absque alio definiri.

§. VI.

Aliqua obiectiones.

22. Pater Arriaga plura contra
hanc proportionalitatis
analogiam obijcit. Primum. Pro
portionalitas non solum datur in
analogis, sed etiam in vniuocis, &
æquiuocis; ergo proportionalitas
non est species analogia ut sic. An
tecedens probatur, proportionalita-
tis (ut constat ex dictis) est ha-
bitudo proportionum, sed hæc da-
tur in vniuocis, & æquiuocis, vtique
quia sicut se habet canis ma-
rinus ad suum esse, sic terrestris ad
suum esse, & sicut se habet homo
ad suum animal, sic Leo ad suum
animal, ergo proportionalitas non
solum datur in analogis, sed etiam
in vniuocis, & æquiuocis.

Responderur distinguendo ante-
cedens , proportionalitas da-
tur in vniuocis, & æquiuocis, pro-

Disputatio tertia. Questio prima.

portionalitatis causans analogiam, nego antecedens; causans uniuocationem, seu equiuocationem, concedo antecedens; & nego consequentiam. Ad probationem distinguo antecedens eodem modo, nam non quaevis proportionalitas analogiam causat, sed illa, qua datur in rebus participantibus rem simpliciter diuersam, & secundum quid unam. Nec exempla allata aliquid probant; nam in priori solum relucet conuenientia in nomine, & non in re significata per illud; in posteriori vero omnimoda relucet conuenientia, analogiae oppositi; ut constat ex definitionibus analogiae utriusque.

23. Secundum. Non datur in rerum natura nomen, quod significet proportionem habitudinis; ergo analogia proportionalitatis non debet admitti. Antecedens probatur, principium v. g. non significat habitudines cordis, & fundamenti domus; ergo non datur nomen, quod significet habitudinem proportionis.

Respondeatur, quod licet nomen *principium*, ex prima sua institutione, non sit inpositum ad has habitudines significandas, tamen à Metaphysicis est, ad illas significandas, impositum, ut perfectam, & certam rerum consequamur intelligentiam.

24. Tertium. Proportio non assert analogiam, nisi inter ea, quae proportionantur; sed pro-

portiones, & non termini sunt, quae proportionantur; ergo inter proportiones, & non inter terminos proportionis debet dari analogia: atque hoc est falsum, cum termini, scilicet, cor, & fundatum domus, sint huius analogiae analogata; ergo haec analogia ut impossibilis non est admittenda.

Respondeatur concedendo maiorem, & distinguendo minorem, proportiones, & non termini sunt, quae proportionantur, ut quo, concedo minorem; ut quod, nego minorem, & consequentiam, nam analogia, & proportio versatur inter terminos, scilicet inter cor, & fundamentum domus ut quod, & inter proportiones ut quo, seu ut ratio formalis.

§. VII.

Interrogatio prima.

25. INQUIRES primo: an so-
la transcendentia sit analo-
gia proportionalitatis causa; an
vero ultra illam sit dependentia
necessaria?

Et ut quæsito respondeam, no-
ta primo (ex dictis in Summulis
lib. 1. cap. 8. num. 7.) quod trans-
cendentia est intima inclusio ali-
cuius rationis communis, in om-
nibus differentijs, seu modis, il-
lam contrahentibus.

26. Nota secundo (ex dicen-
dis 2. Physicor. disput. 2. quest.
1. & 2. quod dependentia est or-
do

do secundum prius, & posteriori in participanda aliqua ratione, & ideo ens v.g. ab accidenti participatum, descendit ad illud cum dependentia à substantia, quia per prius exigit ad substantiam, quam ad accidentis descendere.

27. His praetibatis dico, solum transcendentiam esse analogia proportionalitatis causā sufficientem, & adæquatam.

Pro hac resolutione stat *Divinus Thomas*, & cum eo omnes Thomistæ; & licet ab omnibus expresse non defendatur; defenditur tamen expresse à *Didaco Iesu*, in præsenti, & à *Didaco Hortiz*. tract. 4. conferent. 2. §. 1. nu.

496.

Et probatur ratione efficaci. Ens dicitur analogicè, analogia proportionalitatis, de *Petro*, & *Paulo*; & etiam de homine, & leone; sed inter extrema huius analogia non est dependentia; vt ex se constat; ergo transcendentia, absque dependentia, est causa sufficiens proportionalitatis analogia.

§. VIII.

Interrogatio secunda.

28. INQUIRES secundo: Ian ens respectu substantiarum & accidentis; Dei, & creaturarum, sit analogum, nedum ratione transcendentiarum, sed etiam ratione dependentiarum.

Ad hoc respondet *Didacus à Iesu*, disput. 11. q. 4. Logicæ: ens respectu horum inferiorum dici, ratione dependentiarum, attributionis analogum.

29. Sed Magister *Didacus Hortiz*, tract. 4. Logicæ, conferunt. 2. num. 503. defendit, ens respectu horum inferiorum, est, ratione dependentiarum, proportionalitatis analogum.

30. Neutra ran sententia placet: non prima; nam (vt constat ex dictis) ratio analogia, in attributionis analogia, solum debet esse intrinsecè in principaliori analogato, sed in omnibus his inferioribus ratio entis est intrinseca; ergo ens respectu horum inferiorum non est, ratione dependentiarum, attributionis analogum.

31. Non secunda; nam ablata transcendentia, dependentia, que est ratio differendi, non dimanat ex ratione entis, quæ est ratio analogia, sed ex ipsis differentijs analogatis; sed in analogia diversitas simpliciter cum unitate secundum quid debet dimanare ex ratione analogia; ergo ens respectu horum inferiorum, non est, ratione dependentiarum, proportionalitatis analogum.

32. Quare resolutio huius difficultatis duplice adæquatur assertione: Prima: ens, absq; transcendentia, non est analogum: etiam si inter inferiora detur dependentia.

Secunda: Ens, transcendentaliter in inferioribus imbibitum, est, ratio

Disputatio tertia. Quæstio prima.

ratione dependentiæ, formaliter analogum; non proportionis, nec proportionalitatis analogia, sed analogia media inter proportionis, & proportionalitatis analogias.

Constat ex conditionibus variisque analogiæ.

33. Et probatur prima. Ablata transcendentia, ens non est magis imbibitum in suis, quasi differentiis, ac animal in suis; sed animal non est analogum, sed uniuocum; ergo nec ens ablata transcendentia est analogum.

34. Dices, diversitatem stare in hoc, quod differentiæ entis subordinantur inter se; secus vero animalis differentiæ.

Sed contra est primò; nam illa ratio est analogia, quæ habet diversitatem simpliciter, cum unitate secundum quid; sed ratio entis simpliciter abstracta solum, ratione transcendentia, valet habere diuersitatem; ergo diuersitas, seu dependentia differentiarum, per accidens se habet ad analogiam entis si in transcendentia non sit fundata talis dependencia.

Contra est secundò. Animal non esset analogum, etiam si differentiæ essent inter se dependentes; quia hæc dependentia, seu diversitas, non esset ex animali orta; ergo similiter in nostro casu.

35. Secunda assertio probatur. Supposita transcendentia, dependentia formalis differentiarum (etiam si non sint de conceptu en-

tis) dinanat ex ratione entis; (vñ contabit ex dicendis infra. q. sequenti. §. 10. nū. 56.) sed hoc sufficit ad analogiam; ergo supposita transcendentia, dependentia causat formaliter analogiam, quæ à nobis appellatur media inter propositionis, & proportionalitatis analogias; quia ex prima participat ordinem, & dependentiam; & ex secunda habet rationem analogam intrinsecè in omnibus analogatis.

§. IX.

Tertia interrogatio

Inquites tertid: quomodo analogia, ut sic, diuidatur in attributionis, & proportionalitatis analogias? Pater Fonseca in presenti. cap. 2. q. 1. affirmat, analogiam, ut sic, ex equo, & uniuoce, diuidi in proportionis, & proportionalitatis analogias.

37. Sed omnes Metaphysici, cum Cajetano loco supra citato, docent analogiam, ut sic, diuidi in qualiter, & analogicè, in attributionis, & proportionalitatis analogias.

Probatur ratione de sumpta ex Sancto Doctore, i. sent. q. 5. a. 2. vbi sic ait: *Proprie, & in rigore, analogia esse illa, quæ secundum esse, & secundum intentionem sunt analogæ, sed (ut constat ex eodem Dino Thoma) hæc sunt proportionalitatis analogæ; ergo analogum, ut sic, ex equo, & uniuoce non diuiditur in*

in has duas analogias. Consequētia probatur; nam ab uno inferio-ri, quod simpliciter participat rationē communē, & ab alio, quod illam secundum quid solum parti-cipat, nequit præscindere ratio equa-liter una, sed analogia proporcionalitatis simpliciter participat analogum vt sic; & ~~analogum~~ attributionis solum secundum quid: ergo analogum, vt sic, ex æquo, & vniuoce non dividitur in has duas analogias.

Confirmatur hæc ratio. Analogum simpliciter dictum, mediat inter vniuocum, & equiuocum, sed attributionis analogia ita accedit ad equiuocationis extremū, vt ab Aristotele inter æquiuocā numeretur; ergo ratio analogiæ vt sic solum secundum quid, & ab-siuè in attributionis reperitur ana-logia.

S. X.

Obiectiones Patris Fonseca.

38. **O**bijcies primò. Iste duæ analogiæ prædicantur de suis inferioribus, sicut species de indiuiduis; sed omnes species de indiuiduis prædicabiles sunt gene-ri subijcibiles; ergo istæ species analogiæ vt sic, vt generi, & vt prædicato vniuoco subijciuntur.

Respondeatur concedendo ma-iorem, & negando minorem, nam non omnis species subijicitur ge-neri, vel prædicato vniuoco, sed multoties prædicato analogo.

Constat hoc in rationaii, quod vt species prædicatur de hoc, & illo rationali; & tamen non subijcitur differentia vt sic, vt generi, vel vt prædicato vniuoco, sed vt ana-logic.

39. Obijcies secundo. Analogū vt sic, conuertitur cum analogo proportionalitatis, sed omnia ana-лога participant analogum vt sic (vt ex se constat) ergo omnia ana-лога sunt proportionalitatis ana-лога iuxta illud, *dici de omni*. Mai-or, in qua est difficultas, proba-tur, quia sicut se habet analogia proportionalitatis ad analogiam, vt sic, sic attributionis ad analo-giam vt sic, ergo analogum vt sic, conuertitur cum analogo propor-tionalitatis.

Respondeatur distinguendo ma-iorem; analogum vt sic, conuer-titur cum analogo proportionali-tatis, denominatiue, & accidenta-liter, concedo maiorem; essentia-liter, nego maiorem; & concessa minori, nego cōsequentiam, nam licet verum sit; quod analogum vt sic, respectu utrinque analogiæ valeat denominari a secunda inten-tione analogiæ proportionalita-tis metaphorice, & contineri sub illa, tanquam sub specie propriæ sicut vniuersale valet denomina-tia secunda intentione generis, & contineri sub illo; tamen analogū vt sic hanc de nominationem, si-cut vniuersale, nō esse aliter, sed denominatiue solum participat.

40. Obijcies vltimo. Secunda intentio vt sic vnuoce participa-tur

Disputatio tertia. Questio prima.

tur ab utraque analogia, sed hæc secunda intentio vniuoca debet ad inferiora descendere, medio prædicato vniuoco, & equaliter participio; vtique quia sicut secunda intentio analogia non valet descendere per prædicatum vniuocum, sic è conuerso secunda intentio vniuoca non valet descendere per prædicatum analogum; ergo analogia ut sic (media qua, vel in qua descendit secunda intentio ut sic ad duas analogie species) est prædicatum vniuocum.

Respondeatur concedendo minorē, & distinguendo minorem; secunda iacentio vniuoca debet ad inferiora descendere, medio prædicato vniuoco, quando formaliter descendit, concedo minorē: quando materialiter solum descendit, nego minorē; & distinguo consequens, descendit, media analogia ut sic, formaliter, nego consequentiam, materialiter, concedo consequentiam.

Ratio distinctionis est, nā vniuocum patet in analogo, & analogum in vniuoco descendere, quando descensus est de materiali; hoc est medio alio prædicato.

Constat hoc in ente, quod analogie dicitur de homine, & leone; & tamen descendit in animali, quod vniuoce dicitur de homine, & leone.

Et è conuerso in virtute ut sic, quæ vniuoce dicitur de liberalitate, & justitia commutativa, & tamen virtus ut sic descendit multo eis, media justitia ut sic, quæ ana-

logice dicitur de his virtutibus; sic in presenti, secunda intentio, ut sic vniuoce de utraque analogia prædicabilis, valet descendere media analogia ut sic analogice de utraque dicta analogie specie.

Q V E S T I O II.

An obiectuum entis conceptus à suis inferioribus prescindit valens simpliciter.

§. I.

Aliqua notabilias.

1. Inter Doctores certamē hoc sedem obtinet priam; & ideo pro illius luce primō notandum venit, difficultatem hanc nō procedere, de ente, ut est attributionis, sed ut proportionalitatis est analogum.
2. Secundo, duplē esse conceptū formalē vniū, obiectū aliū: formalis, est actus intellectus, & species conceptum obiectuum representantes: obiectū aliū est obiectū tam a conceptu formalī, qui se habet per modum actus, attacatum; quā nā formalī, qui se habet per modum speciei representatum.

Notanter notari conceptum obiectuum esse solum actum, & non representatum, à formalī, qui se habet per modum actus: tū quia representatio solum spectat ad conceptum formalem, qui se ha-

An detur conceptus entis simpliciter praecisus? 16

habet per modum speciei huc impressæ, sive expressæ: tu quia hæc representatio (in præsenti a Thomistis supposita) est ab ipsis omnino relegata in visione beatifica, seu in actu intellectus, quo beati vident Deum in patria.

3. Tertio, duplicitate esse conceptus obiectivæ præcisionem; partiam, seu formalem unam, totalem seu per modum totius potentialis aliam.

Partialis est, quæ una pars separatur; & excluditur a conceptu alterius, & è contra; ut quando ad compositionem metaphysicam separat intellectus animal a rationali.

Totalis est, qua concipitur una formalitas, v.g. animal, seu ens secundum perfectiones essentiales, absque eo, quod excludat a tali conceptu perfectiones identificatas non intrantes ad essentiam ipsius. Dicitur autem hæc præcisio totalis, quia non excludit, sicut partialis, formalitatem alterius comparatis, sed illam includit; licet non immediate, & ut ratio constitutiva formalitatis immediata, seu superioris conceptus, vide, quæ dicta sunt in logica, disp. 4. q. 3. §. n. 9.

4. Inter has præcisiones mediat alia, quæ a Thomistis appellatur secundum quid, expressio, & imperfectio; & est qua concipitur una formalitas explicite, & alia implicite: ut rationes constituting rationis explicitè conceptus.

Inter hæc, & totalem magnum

veratur discrimen; nam licet in veraque abstractione, formalitates omnes identificatae sint conceptæ; tandem in præcisione totali non sunt conceptæ ut rationes constitutivaæ rationis explicite conceptæ; secus vero in abstractione secundum quid.

5. Quarto, quod discrimen, quod versatur inter rationem uniuocam, & analogam, est quod ratio uniuoca non est de conceptu suarum differentiarum, & ideo non valet ab illis abstracti, nec de illis predicatori, at vero ratio analogæ est de conceptu suarum, quasi differentiarum, & sic ab illis valet abstracti, & de ipsis predicatori.

6. Denique notandum venit (ex Philosopho, & ex Sancto Doctori pluribus in locis) inferiora entis non tribuere ei novam formalitatem, sed solum novam expressionem.

His ergo suppositis, quod inquirimus est: an valeat dari conceptus obiectivus entis ab inferioribus simpliciter præcisus, an vero solum secundum quid: itavt in suo conceptu, atque implicitè includat omnes quasi differentias tanquam formalitates intrantes ad propriæ essentiaz constitutionem.

S. II.

Referuntur sententiae:

7. IN hoc certamine prima sententia assertit ens non esse si impliciter a suis inferioribus præcisum,

Disputatio tertia. Questio secunda.

sum, sed includere in suo conceptu omnia inferiora, prout in ratione entis proportionaliter conuenientia; & sic solum secundū quid esse ab inferioribus præcismum.

Pro hac stant fere omnes Thomistæ, Ferrara, Nazarius, Aranjo, Collegium Complutense, Ioannes a Sancto Thoma, Fonseca, Vazquez, & alij relata modernis.

8. Secunda sententia enti simplicem cōcedit præcisionem. Pro hac stant Capreolus, in 1. dist. 2. q. 1. a. 2. §. ad argumenta contra primam conclusionem. Deza ibidem. Magister Sotus in anteprädicamentis, cap. 4. q. 1. qui assertio hanc sententiam esse communem inter Thomistas modernos sui temporis; & nouissime defenditur à Didaco Hortiz, trac. 4. cōferet. 4. §. 2. & 3. n. 5 43.

9. Tertia sententia non solū trahit enti præcisionem simpliciter dictam, sed etiam vniuocationem.

Ita Scotus cum sua schola. Ex his propriam profero mentem.

§. III.

Prima conclusio.

10. Præcisione partiali ens nō valet a suis quasi differentijs simpliciter præscindi.

Hęc conclusio his terminis a nullo Doctore est stabilita, sed ab omnibus debet defendi, & a no-

bis proponitur: tum quia illius notitia non paruni conduit ad præcisionem totaleū entis: tum quia forsam Thomistæ hanc solam præcisionem denegant enti, nam omnes rationes ab illis adductæ solū probant incapacitatem in ente repertam ad hanc præcisionem.

11. Probatur ratione, qua Thomistæ denegant enti omnem præcisionem simpliciter dictam. Præcisio partialis, ad compositionem metaphysicam necessaria, mutuā exposcit exclusionem intellectualem; sed hæc mutua exclusio non valet reperiri inter ens, & per se: ergo eas præcisione partiali non valet a suis quasi differentijs præscindi. Minor probatur, nulla res valet intelligi sine formalitatibus suum conceptum essentialiē cōstituentibus, ut constat in homine, qui non valet concipi absque animalitate, quia est de quidditate hominis, sed licet per se non sit de conceptu entis, tamen ens est de conceptu per se; vtique quia ens essentialiter prædicatur de per se: quo modo ratio generica non prædicatur de ratione differentiali; ergo mutua exclusio ad præcisionē partialeū necessaria, non potest reperiri inter ens, & per se.

Dices cuni Scoto, rationem entis non esse de conceptu essentialiū suatum quasi differentiarum: tu quia in per se non datur ratio entis: tum quia per se non est ens, sed modus entis.

Sed contra: nam ens, & non ens contradictrice opponuntur; ergo

mo-

modus *per se* velet ens, vel non ens: secundum non potest dici; alias nihil esset differentia constitutiva, & distinctiva substantiarum; ergo necessario debes concedere primum, quod est intentum.

13. Dices secundo. *Estens* entitatem; non vero formaliter.

Sed contra est primo: nam tunc aliquod praedicatum intrat formaliter ad constitutionem alicuius rei, quando sine illo non valet intelligi; sed *per se* nequit intelligi sine ente ratione; ergo ens non materialiter entitatem, sed formaliter intrat ad conceptum *per se*.

Contra est secundo. Diuerso modo se habet ens respectu *per se*, & *in alio*, ac animal respectu rationalis, & irrationalis: sed animal est identice, & materialiter in suis differentijs; ergo ens est formaliter in suis quasi differentijs.

14. Dices tertio. Ens valet praescindere à *per se*: ergo *per se* valet praescindere ab ente.

Respondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam ens valet intelligi absque *per se*, & *in alio*: (vt constabit ex rationibus sequentis conclusionis) at vero iste quasi differentiae non possunt absque ente intelligi: non aliter ac licet animal valet praescindi ab homine, cum exclusione alterius compartis; tamen homo non valet praescindi ab animali, quia sine illo non potest concipi.

(...)

§. IV.

Secunda conclusio.

15. **C**Onceptus obiectiuns entitatis simpliciter, abstractione totali, à suis praecindit inferioribus.

Probatur. Omnis res valet concepti sine formalitatibus ad ipsius essentiam non spectantibus: sed modi *per se*, & *in alio*, sunt extra conceptum essentiale entis; ergo valet sine illis concipi; ergo ab illis praescindere. Secunda consequentia constat ex prima: prima ex premissis: ex quibus maior est lumine naturali nota: nam res non dependet, ad sui conceptionem ad exactam, à formalitatibus, que sunt extra ipsius essentia. Minor, in qua est difficultas, probatur: si *per se* esset de conceptu essentiali entis, non posset esse, nec intelligi, absq; tali modo; sed in accidentiū non solum intelligitur, sed est absq; tali modo; ergo *per se* non est de conceptu essentiali entis.

Hac probatio eodem modo convincit de *in alio*, respectu substantiarum; ergo ens, præcisione totali, à suis abstractis differentijs.

Confirmatur. Ex eo probant Thomistæ. (& bene) quod rationale, & irrationalis, non sunt de conceptu animalis; & similiter quod animal valet absque illis intelligi, quia in homine est absque irrationalitate, & in leone absque rationalitate: sed ens est in accidentiū

C

dentis

Disputatio tertia. Questio secunda.

denti absque per se: & in substantia absque in alio; ergo istae quasi differentiae non sunt de conceptu entis; ergo valet absq; illis concipi.

16. Explicatur amplius hec ratio. Modi constituentes substantiam, & accidens, non sunt de essentia entis; ergo potest sine illis intelligi; & consequenter ab illis praescindere simpliciter. Antecedens probatur: ens descendit ad substantiam, quin descendat modus essendi in alio: & ad accidentem, quin descendat modus essendi per se: ergo isti modi non sunt de essentia entis. Patet hanc consequentiam: nam quod de essentia alicuius est, in omni statu debet ei conuenire;

17. Tertio roboratur eadem ratio. Quando aliquid de aliquo predicitur, debet intelligi eo modo, quo predicatur; sed predicatur ens de substantia, quin modus essendi in alio predicetur. Ergo a nobis intelligitur ens, quin intelligatur a nobis modus essendi in alio; ergo talis modus non est de essentia entis.

18. Sindice ens non descendere ad inferiora, nec de illis predicari aequaliter, sicut animal, quod aequaliter descendit ad inferiora, de illisque aequaliter predicatur.

Contra est primo: nam ita aequaliter descendit ens ad sua inferiora, ac animal ad sua; utique quia sicut in omni inferiori animalis datur principium sentiendi, (quod est aequaliter animalis ut sic essentia) sic in omni inferiori entis datur principium essendi, quod est

aequaliter entis sic essentia; ergo quantum ad hos eadem aequaliter datur in predicato uniuoco, & analogo.

Contra est secundum, nam si ens non descendit aequaliter ad inferiora, quia non descendit ad substantiam principium essendi, quod est in accidenti; etiam animal non descendit aequaliter ad inferiora, quia non descendit ad hominem principium sentiendi, quod est in leone: cum de leone non predicitur animal, quod est in homine; ergo haec solutio, vel est petitio principij: vel est supponere quod negamus: videlicet, quod differentiae entis sunt de conceptu quidditativo entis.

§. V.

Objeuntur aliqua contra predictam rationem.

19. Contra predictam rationem objeccies primò. Ens est de conceptu suarum quasi differentiarum; ergo differentiae sunt de conceptu entis; ergo sicut differentiae non valent absq; illi concepti: sic ens absque differentijs.

Respondeur cōcedendo antecedens, & negando utramque consequentiam: nam ex eo, quod ens sit de conceptu suarum differentiarum, non sequitur, quod ipsae sint de conceptu entis, sicut ex eo, quod animal sit de conceptu hominis, non sequitur, quod homo sit de conceptu animalis.

20. Ob-

An detur conceptus entis simpliciter praecisus? 18

20. Obiecties secundo, alsignando disserim, quod versatur inter rationem animalis, & entis; nam illa non est de conceptu suarum differentiarum: & sic differentiae non sunt de conceptu illius, at vero haec est de conceptu per se, & in alio: & sic huiusmodi debet esse de conceptu illius.

Respondeatur negando assumptum: nam paritas a nobis alsignata non est inter rationem genericam, & differentialem: sed inter genericam, & specificam, que proportionali modo se habet respectu speciei, ac ratio entis respectu per se, & in alio.

21. Obiecties tertio. (& est fundatum contrarie sententie) Ratio entis est de conceptu suarum differentiarum; ergo praecisa ab illis est, & non est in illis: est; quia supponitur: non est, quia per nos est praecisa; ergo ne has concedamus contradictiones, tenemur dicere ens non esse a suis inferioribus simpliciter praecisum.

22. Haec obiectio est a Thomistis contraria sententiam tuentibus valde exaltata; sed absque dubio, (ni fallor) debet ab illis responderi: & ideo antequam ad illam respondam, sic ad hominem contra illos insurgo.

Ratio animalis non a differentiis, de quarum conceptu non est, sed ab speciebus, de quarum conceptu est, est simpliciter abstracta: nunc inquiror: an haec ratio animalis maneat post praectionem in speciebus, vel non? secundum non dices, nam species hominis v.g. absq; animaz-

litatis ratione nec esse, nec intelligi valet: si primum; ergo manet, & non manet in illis: manet, quia est de conceptu specierum: non manet, quia est simpliciter praecisa. Responde ergo instantia, & obiectio.

23. Obiectio ergo, & instantia respondeo primò iuxta doctrinam traditam, disp. 3. q. 3. per totā concedendo antecedens, & distinguendo consequens: est, & non est in illis, diuersimodè, concedo consequentiam: eodem modo, nego consequiā: nam nulla datur repugnantia, nec oppositio in hoc, quod eadem ratio animalis, quæ in speciebus est per modū partis, sit in abstractione, per modū totius potentialis: nam oppositio contraria est, affirmatio, & negatio, eiusdem de eodem, circa idem: in presenti autem, licet materialiter sit eadem ratio: tam en formaliter non est eadem: & sic non sequitur oppositio contradictionis.

Secundo (& forsä melius) respondeatur, negando consequiā quoad secundā partem: nam in illo casu non sequitur absolute, quod ratio animalis, seu entis non sit in speciebus: si in casu quo sit abstracta) sed quod sit in speciebus, & in abstractione: non aliter ac ex suppositione, quod idem corpus sit in duplice loco circumscripitione, non sequitur, quod sit extra locum proximum, sed quod sit intra, tam in primo, quam in secundo, ut videbimus, lib. 4. Physic. disp. 1. q. 4. §. 5. num. 20.

Disputatio tertia. Questio secunda.

24. Dices. R̄atio ab inferioribus ab stracta est apta ad esse dūm in illis, & pr̄dicandum de illis; ergo saltim intentionaliter non intelligitur in illis: alias intelligeretur ut apta ad esse dūm in illis, in quo non parua inuoluitur repugnantia.

Idem argumentum fit ad hominem contra aduersarios de ratione generica.

Pro omnibus tamen respondeatur, concedendo antecedens, & distinguendo consequens: non intelligitur in illis, per modum partis, nego consequentiam, per modum totius potentialis, concedo consequentiam: vnde id, quod est in speciebus per modum partis, valet absque repugnantia concipi, ut aptum ad esse dūm in illis, per modum totius potentialis: id est, per modum unius, quantum est ex rationis superioris abstracta.

Constat hoc à simili in corpore Christi, quod etiam si sit ex virginine genitum, est aptum ut sit ex pane, in altaris Sacramento.

§. VI.

Secunda ratio pro nostra conclusione.

25. Secundò probatur nostra conclusio ratione (meo vi-deri) efficacissima, pr̄cipue cōtra Thomistas, contrariam sententiā patrocinantes: nam ipsi admittunt, quod experientia docet:

scilicet, quod intellectus multo-
ties scit euidenter de pluribus re-
bus, quod sint entia, & simul de
illis cum formidine scit, quod sint
substantię, v.g. sed istę duę cogni-
tiones simul non possunt in eodē
reperiri intellectu, absque præci-
sione entis; ergo ens simpliciter
est à suis inferioribus præcīsum.
Minor est certa: nam in opinione
Sancti Doctoris, & Thomistarū,
22. quest. i. num. 5. nec diuinitus
idem obiectum valet ab eodem
intellectu pro eodem instanti esse
scientifice, & opinatiū attractum,
seu attingi, per aquam scientia, &
opinientis: sicut nec per aquā scien-
tia, & fidei.

Cōsequētia, (in qua est diffi-
cultas) probatur: nā si cōceptus ob-
iectus entis nō præscindit à suis
inferioribus, sed est ex illis essen-
tialiter coalescens; ita ut nec cō-
ceptibiliter sit duplex, sed unum
obiectum: ergo iam idem omnino
obiectum esset pro eodem tempore
ab eodem intellectu opinatiū, &
scientifice attractum, quod diuini-
tus repugnat; ergo ne tantū Magis-
trum deseramus, & simul in-
consequentia arguamur, faten-
dum est, conceptum entis obiec-
tum esse ab inferioribus simpliciter
præcīsum.

26. Dices: nullam dāri repugnan-
tiam in hoc, quod idem obiectū,
secundum diuersas expreſſiones,
sit ab eodem intellectu pro eodē
instanti scientificè, & opinatiū
cognitū. Sed contra est nā hęc so-
lutio a Thomistis recte nō intelli-
gitur;

An detur conceptus entis simpliciter praecisus? 19

gitur, ut bene opinentur; nam Diuus Thomas non ignorauit scientiam, & opinionem versari circa idem obiectum, per diversa media & per diversas rationes *sub quibus*; & tamen docet (cū omnibus Thomistis) scientiam, & opinionem non posse versari simul circa idem obiectum; ergo sentit diversitatē in rationibus *sub quibus* non sufficere ad hoc actus inter se contradictoriē oppositos.

Contra est secundo; nam hęc solutio nunc a Thomistis excogitata, est ab ipsis acriter impugnata. 2. 2. q. 1. a. 5. & Diuus Thomas hanc solutionem contrariaam doctrinam obiectit in loco citato, & responderet, diversitatem mediorū, vel rationum *sub quibus*, non sufficere ad scientiam, & opinionem, si ex parte obiecti *quod*, vel rationis *qua*; non datur diversitas.

27. Ex his rationibus colligo ut certum, dari nedum materialiter, & in esse rei (vt volunt Thomistę) sed formaliter, in esse repräsentatio, vnuin conceptum formalem entis ab inferioribus simpliciter præcisum.

Ratio huius corollarij est; nam conceptus formalis, per modum speciei, sumit suam unitatem, & distinctionem representatiuam, à conceptu obiectu; sed conceptus obiectiuus entis est ab inferioribus simpliciter præcisus, ergo formalis, repräsentans obiectuū est etiam ab inferioribus simpliciter præcisus, ergo conceptus formalis entis non solum entitatiue,

sed formaliter repräsentatiuè, est unus.

§. V I I.

Primum argumentum contrariorum.

28. **A** lijs rationibus omissis, primum argumentum, ex entis transcendentia sumptum, sic procedit. Ens est intime imbibitum in omnibus suis differentijs, ergo nequit ab illis simpliciter præscindi. Consequentia probatur: ex eo animal simpliciter præscindit à suis differentijs, quia non est in illis intime imbibitum, vel quia non est de conceptu earum, (quod idem est) sed ens est in differentijs intime imbibitum, & est de conceptu suarum quasi differentiarum; ergo nequit ab illis simpliciter præscindi.

Respondetur concedendo antecedens, & negando consequentiam. Ad probationem distinguo maiorem: quia animal non est intime imbibitum in differentijs præscindit simpliciter, vt vniuocum, concedo maiorem: præscindit, tantum simpliciter, nego maiorem: & concessa minori, nego consequentiam: nam intima inclusio non ad simpliciter præcisionē; sed ad vniuocationem obstat: vt constabit ex infra dicendis in hac questione.

29. Dices cū Scoto, qui ex simplici præcisione infert entis vniuocationem. Ens simpliciter præcisum non includit differentias;

Disputatio tertia. Questio secunda.

ergo est vniuocum. Probo consequentiam, diuersitas ad analogiam necessaria ex differentijs dimanat; ergo si iste non sunt de conceptu illius, manet cum omnimoda unitate; ac per consequens cum vniuocatione.

Respondetur distinguendo antecedens, ens simpliciter praecisum non includit differentias actu, & formaliter, concedo antecedens: radicaliter, seu in potentia, nego antecedens, & consequentiam. Ad probationem nego antecedens, nam diuersitas rationis analogae non ex differentijs, sed ex ratione communi debet oriri: unde ens simpliciter praecisum, ex se petit esse cum diuersitate in differentijs, & in illis causare diuersitatem.

30. Ex his colligo transcedentiam non obstat ad præcisionem simpliciter dictam: nec præcisionem simpliciter dictam inferre vniuocationem, si ratio simpliciter præcisa petit esse in differentijs cum diuersitate: ita ut illa in illis sit principium diuersitatis actualis.

31. Dices secundo, cum Collegio Sancti Cyrilli. Diversitas, seu inæqualitas radicalis non tollit vniuocationem; ergo nec constituit analogiam. Antecedens probatur, nam animal est principium fontale inæqualitatis in speciebus repertæ: utique quia in sua potentia, tanquam in radice, continet differentias; & tamen hæc inæqualitas potentialis non constituit analogiam; ergo hæc non tollit vniuocationem.

Respondetur distinguendo antecedens, inæqualitas radicalis non tollit vniuocationem: inæqualitas radicalis remota, & quæ actualiter est exercita, per aliam formalitatem distinctam, concedo antecedens: proxima exercita per ipsam formalitatem superiorum, nego antecedens, & consequentiam. Ad probationem distinguo maiorem: animal est inæqualitatis principium radicale remotum, concedo maiorem, proximum, nego maiorem & concessa minori nego consequentiam, nam ens ex se, & ex meritis proprijs, exigit in inferioribus causare actualis diuersitatem: at verò animal non ex se, sed ratione differentiarum causat diuersitatem; & ideo dixi in distinctione, quod ens simpliciter præcism radicaliter proxime est principium inæqualitatis, & quod animal solum radicaliter remotè est principium inæqualitatis.

32. Replicabis. Ex eo inæqualitas rationis vniuocæ, videlicet, animalis, non dimanat ab ipsa ratione communi radicaliter proxime, quia actualiter ab ipsis exercetur differentijs; sed etiam inæqualitas rationis analogæ actualiter exercetur ab ipsis quasi differentijs; utique quia accidentis non est à substantia distinctum, quia ens: sed quia entis ens; ergo nec inæqualitas rationis analogæ dimanat ab ipsa ratione communi radicaliter proxime, si ens à suis praescindit differentijs.

Ref.

Respondeatur concedendo maiorem, & distinguendo minorem, exercetur à differentijs, & à ratione communi in ipsis transcendentaliter imbibita, concedo minorem; à differentijs tantum, nego minorem, & consequentiā. Ad probationem minoris dico, accidens distinguiri à substantia, nō solum per modum essendi *in alio*; sed etiam per rationem entis, in modo essendi in alio imbibitam. Ratio huius est ex Philosopho in praesenti, ubi ait: quod ens in accidenti est accidentis; & in substantia, substantia: at verò animal in homine non est homo, nec in rationali est rationale; etiam si entitatiē animal sit homo, & rationale; ergo ens est formaliter in modo proprio accidentis: ita ut non solum modus essendi *in alio*, seu hæc expressio entis, distinguat accidentis à substantia; sed etiam ipsa ratio entis, qua est in accidenti, distinguit actu accidentis à substantia.

33. Ex hac solutione constat discrimen, quod datur inter rationem vniuocam, & analogam: etiā si utraque sit simpliciter praecisa: nam ratio vniuoca, cum nō sit de conceptu differentiarum (ut dixi ex Philosopho) non exigit esse in illis rationem distinguendi: & propter hoc dixi rationē vniuocam non habere ex meritis proprijs inæqualitatem proximā, seu simpliciter dictam; sed solum remotam, seu secundum quid; at vero cum ratio analogia sit de con-

ceptu suarum quasi differentiarū, exigit esse in illis rationem distinguendi; & propter hoc dixi, rationem analogam habere ex meritis proprijs inæqualitatem radicalem proximam, seu simpliciter dictam.

§. VIII.

Secundum argumentum contra rationem.

34. Secundum argumentum sic se habet. Si ens præscindet simpliciter à suis inferioribus, esset prædicatum potentiale faciens compositionem metaphysicam cum supremis generibus, & cum ultimis differentijs; consequens non potest admitti, nam supra genera, & ultimæ differentiæ, sunt conceptus simplicissimi omnem excludentes compositionem; utique quia sunt irresolubiles in duos conceptus: (ut sèpè sapius docent Philosophus, & Diversus Thomas) ergo etiam non potest admitti, quod ens sit à suis inferioribus simpliciter praecisum. Major probat, tunc datur compositione metaphysica, quando vnu prædicatum separatur ab alio, & comparatur ad illud sicut potentia ad actum, sed si ens præscindet à substantia, vel à modo *per se*, compararetur ad illum tanquam potentia per illum determinabilis: ergo si præscindit facit cum differentijs compositionem.

Disputatio tertia. Questio secunda.

Respondeatur distinguendo maiorem, si ens praescinderet, ficeret compositionem, secundum quid, concedo maiorem, simpliciter, ne ego maiorem. Ad probationē distinguo maiorem, tunc datur compositione metaphysica, quando predicatum separatur ab alio, ad illudq; media vniōne comparatur, sicut potentia ad actum, si actus addat perfectionem, seu formalitatem gradualem, & non includat potentiam, concedo maiorem; si non addit, nisi solum expressionem, & sit potentia in actu inclusa, nego maiorem; & eodem modo distinguo minorem; & nego consequentiam: nam ad compositionem metaphysicam non sufficit praeclatio prædicati potentialis, si ultra hoc non datur mutua exclusio; ut datur inter animal, & rationale: quod vero non detur mutua exclusio inter ens, & per se constat ex dictis in prima conclusione: quod verò per se supra ens non addat formalitatem gradualem, ad compositionem necessariam, sed solum expressionem entis determinatiuam, cōstatibit amplius ex dicendis infra §. sequenti.

35. Explicatur hæc doctrina duplicitate exemplo; primum debet ab omnibus ferè contrarijs admitti, nam (in ipsorum opinione) essentia diuina in vi essentia præscindit, nedium expressiū, sed formaliter à relationibus divinis; & tamen non facit compositionē cum illis; quia relationes ita includunt

essentialiam diuinam, vt sit de conceptu essentiali earum.

Secundum exemplum metaphysicum est, & potest nostrā solutionem illustrare, nam (vt constat ex dictis) animal non præscindit à differentijs, sed ab speciebus, de quibus prædicatur, & in quibus est; & tamen non facit compositionem rigorosam cum illis, quia nedium materialiter, & identice; sed formaliter est in illis; atqui ens est de conceptu perfectatis; ergo cum illa non facit compositionem simpliciter dictā.

Nec contra hanc solutionem stat dictum Philosophi; scilicet. *Vltimas differentias esse in duos conceptus irresolutiles*: nam vel loquitur de incapacitate in differentijs reperta, ut in duos conceptus uniuocos resolvantur: vel de conceptibus constituentibus gradualem perfectionem; vel de cōceptibus ad inuicem distinctis, in quibus modus personae est resolubilis.

36. Dices. Ens manet in differentijs, supposita præcisione; ergo non est simpliciter præcisus.

Respondeatur negando consequentiam, nam animal, (vt dixi) supposita præcisione manet in speciebus: & tamen est ab illis simpliciter præcīsum.

37. Replicabis (cum quodam moderno nostræ familie) negando secundum exemplum, nā præcīso animali ab speciebus nō manent species, sed solum differentiae: & sic nec remanet animalis ratio.

Sed

Ad detur conceptus entis simpliciter praecisus? 21

Sed contra est primo, nam ille auctor cōfundit præcisionem totalem cum partiali.

Contra est secundo, nam / ut constat ex Porphyrio prædicabilium Auctore, & Magistro) genus est in quid prædicabile de pluribus specie differentiis; ergo animali abstractio remanent species, de quibus prædicetur.

Contra est tertio: nam ratio superior prædicatur de inferiorib⁹, quæ remanent; sed genus nō prædicatur de differentijs, sed de speciebus; ergo illo abstracto remanent species.

3º. Obſicies. (eritque confiratio argumenti principalis.) Ex eo datur compositio ex animali, & rationali, quia animal est per rationem contrahibile per rationale; sed ens (in nostra opinione) est eodem modo contrahibile per perfectatis modum; ergo ex ente, & per se datur vera compositio.

Respondetur iuxta dicta distingiendo maiorem: quia est cōtrahibile per rationale, & quia rationale addit perfectionem gradualem, & non includit in suo cōceptu animal, concedo maiore, præcise quia est contrahibile, nego maiorem, & minorem: nam ens solum secundum quid est in potestate, & contrahibile per perfectatis modum, scut animal per hominem, cum quo non facit cōpositionem: nisi velis dicere, quod ex homine, & ex animali resultat tertium cōpositum metaphysicū.

Tam. 2.

39. Replicabis. Ens simpliciter præcisum non includit modos; ergo per illos est simpliciter cōtrahibile.

Respondetur concedendo antecedens, & negando consequentiam, nam ad contrahibilitatem simpliciter dictam non sufficit, quod ens nō includat modos: sed ultra hoc requiritur, quod ipsum non includatur.

40. Dices secundo. Contractio, seu compositio simpliciter dicta, sequitur ad præcisionem simpliciter dictam: sed hæc datur in ente respectu differentiarum; ergo & illa.

Respondetur negando maiorem, si loquuntur aduersarij de præcisione simplicitati; scens vero, si loquuntur de partiali ab ente relegata.

§. IX.

Tertium argumentum contra-
riorum.

41. Tertiū argumentum sic procedit. Si cōceprus obiectu⁹ entis esset simpliciter præcisus, esset Deo simplicior, & prior: hoc implicat; ergo & quod ens p̄escindat. Minor quoad primam partem constat ex Sancto Doctore. 1. contra Gentes, cap. 42. ratione 7. vbi ait. *Deo nec secundum secundum rationem posse esse aliquid simplicius.* Quoad secundā etiam constat ex codē Doctore, 1.p.q.3.a.5. in argumēto

C 5

TO

Disputatio tertia. Quæstio secunda.

to sed contra ubi ait. Deo nihil esse prius nec secundum rem, nec secundum rationem; ergo repugnantia tener.

Sequela quoad primam partem probatur, nam ille conceptus est simplicior, qui omnem excludit compositionem, sed cōceptus entis simpliciter præcisus omnē excludit compositionem, quam non excludit Deus in tali opiniōne, si quidem esset ex ente, & ex peculiari modo compositus; ergo in tali opinione est Deo simplicius.

Quoad secundam vero cōstat; nam id est prius altero, à quo non valet consequētia; sed ab eate ad Deum non valet, bene tamen è contra; ergo in tali casu ens est Deo prius.

Respōdetur distinguendo maiorem, esset prius, & simplicius Deo, secundum quid, cōcedo maiorem simpliciter, nego maiorem, & minorem, si loquuntur aduersarij de simplicitate, & prioritate simpliciter: ad Divi Thomæ testimonia dico Angelicū Magistrum afferere nihil esse prius, & simplicius Deo simpliciter; non vero secundum quid, præcipue loquendo de prædicato communī analogo. Ad primam probationē maioris concedo maiorem: & minorem quo ad primam partem; & illam distinguo quoad secundam; Deus non excludit compositionem, secundum quid concedo minorem, simpliciter dictam, nego minorem, & consequētiam. Ad secundam probationē eiusdem

maioris concedo totum; ex quo nō sequitur, quod ens sit, nee per rationem, Deo simpliciter prius; sed quod sit per rationē prius secundum quid. Quod etiam debet ab aduersarijs concedi nā ad hoc vt sit simpliciter prius, opus est, quod prædicatum superius sit ad compositionem rigorosam sufficiens, quod in prædicato analogo non reperies.

Nec obstat, quod Diuus Thomas dicat nullum esse prædicatum, quod sit secundum rationē prius, nam loquitur de prædicato uniuoco; non vero de analogo; vt inuenti constabit.

42. Sed adhuc non quiescit intellectus, nam non valet penetrare, quomodo ex ente simpliciter præciso, & ex differentijs non sit compositio metaphysica simpliciter dicta.

Sed ut veritatis scopum, (in quo intellectus humanus quiescit) attingas, nota, perfectatem v.g. non esse perfectionē gradualem entitatiū condistinctam à perfectione graduallī entitatiū entis; sed esse expressionem entis, per quā ens collocatur in prædicamento substantiæ: vnde ly p̄ se non aduenit enti, sicut rationale animali; sed sicut intensio ut duo v.g. aduenit calor i.vt sic.

43. Secundo notandum venit, quod sicut intensio ut duo est essentialitatē calor, quia non valet absq; calore intelligi; sic p̄ se est essentialitatē ens, quia non valet intelligi p̄ se sine ente.

44. Tertio notandum venit, quod sicut calor valet ab intentione ut duo simpliciter praescindere, etiam si non sit perfectio gradualis, sed expressio perfectionis gradualis; sicut ens potest simpliciter abstrahere a *per se*; etiam si non sit perfectio gradualis, sed expressio ipsius entis. Hanc doctrinam accepit ex Philosopho, i.e. metaphysicorum textu 8. ubi sic ait. *Quod in predicatione unus homo non addit aliquid aliud, quam homo; sicut nec ipsum esse praeferre quod est, aut quale, aut quale, aut quantum, quem locum exponit.* Doctor Aquinas legit, 3. sic, cum dicitur *unus homo non aliam naturam ab humine predicit; sicut nec ipsum quod est ens predicit aliam naturam a decem predicamentis;* ergo ex mente Diuini Thomae modus *per se* non dicit perfectionem gradualis entitatem distinctam a perfectione graduali entis; sed solum expressionem perfectioni graduali entis superadditam.

45. Ex dictis colliges rationem aliam, quare ex ente, & *per se* non sit compositio simpliciter, nam perfectas non aduenit enti, sicut pars parti; vel sicut gradus metaphysicus gradus metaphysico; sed sicut expressio aduenit rei; unde sicut ex intentione caloris (quod ex expressio est caloris) & ex calore, non sit compositio simpliciter; sicut ex ente, & ex *per se* non resultat compositio metaphysica similiter.

(3.)

§. X.

Alique obieciones.

46. IN substantia, vel datur duplex perfectio gradualis, vel una tamen: si duplex; ergo datur vera, & rigorosa compositio: si una; ergo eadem perfectio gradualis praescindit a seipsa.

Si dicas praescindere a seipsa ut affecta distincta expressione.

47. Contra est. Solum praescindit a seipsa ut affecta distincta expressione; ergo distinctio est solum penes explicitum, & implicitum.

Hæc obiectio est ex validissimis oppositorum sententiæ, in qua fundant sua doctrinæ robur, & in consequentiam nostræ, si inferioribus entis distinctam non assignamus naturam, seu perfectionem gradualis.

Sed absque dubio nostra doctrina est ex diametro opposita non solum in modo loquendi (ut aliqui contra Suarez assertunt) sed etiam in re; nam licet contraria sententia cui nostra assertat *per se* non addere supra ens entitatem gradualis, sed solum expressionem, tamen nostra assertat hanc expressionem non esse de conceptu entis, quod contraria negat.

Vnde in forma respondetur distinguendo consequens distinctio est solum penes explicitum, & implicitum: id est, distinctio versatur inter entitatem, & entitatis expressionem, concedo consequentiam,

Disputatio tertia. Questio secunda.

tiam; id est, uterque conceptus entis, & per se dicit entitatem, & expressionem, & solum versatur distinctione in hoc, quod unus dicit implicitè, quod aliud expresse, & è conceca, nego consequentiam, nam sicut calor præscindit, & valet intelligi sine intensione ut duo, etiā si intensione non adueniat calori ut perfectio gradualis entitativa, sed ut expressio perfectionis gradualis; sic ens valet à per se præscindere, etiam si per se non adueniat enti ut perfectio gradualis entitativa; sed solum ut expressio huius perfectionis gradualis.

48. Obijcies secundo. Modus per se non includit aliquid præter ens, ergo non distinguitur ab ente.

Respondetur distinguendo antecedens, non includit aliquid præter ens, aliquid, per modum entitatis, cōcedo antecedens, aliquid per modum expressionis, nego antecedens, & consequentiā, nā unares nō solū est ab alia distinctā per distinctā formalitatē; sed etiā per distinctam expressionem. Ut collat in corpore Christi sub speciebus panis existente, quod ratione diuersae connotationis, seu expressionis distinguitur, a seipso ut ex virginē genito.

49. Obijcies tertio. Ratio entis est contrahibilis à substantia, & à modo per se, sed à substantia contrahitur per modum per se; ergo à modo per se debet contrahi per aliud modum, & sic usque infinitum.

Respondetur concedendo maiorem, & minorem, & negando consequentiam, nam per modum seu expressionem, per quam improprie contrahitor ens à substantia contrahitur à per se; nam (ut optime notat Pater Suarez, disp. 2. de essentia en. 6. vltimo) conceptus obiectui substantiae, & per se non distinguitur, nisi penes explicitum, & implicitum, nā conceptus substantię taliter contrahit ens, ut expresse dicat rationē entis; ut vero conceptus per se solum implicite essentialiter dicat rationē entis, & explicitè expressionem propriam; & ideo potest dici, quod conceptus substantię distinguitur a conceptu per se, sicut conceptus definitionis distinguitur a conceptu definiti.

50. Replicabis, ergo eodem modo distinguitur substantia à per se, ac ens à substantia. Probo consequentiam, conceptus substantię distinguitur a conceptu per se, ratione alicuius expressionis explicata, sed ens etiam distinguitur à substantia, ratione alterius expressionis; ergo eodem modo distinguitur substantia à per se, ac ens à substantia.

Respondetur negando consequentiam. Ad probationem distinguo maiorem; conceptus substantię distinguitur a conceptu per se, ratione alicuius expressionis, à conceptu substantię explicata, & essentialiter inclusa à conceptu per se, concedo maiorem; & distinguo minorem; ens distinguitur à sub-

substantia, ratione expressionis, non explicate nec implicitè essentialiter inclusæ, concedo minorē, ratione expressionis essentialiter inclusæ, nego minorem: & consequentiam.

Ratio discriminis constat ex diuis, nam expressio substantiæ nō est de conceptu entis; at vero ratio entis est de conceptu substantiæ, & per se, & sic per se non valet concipi absque prædicatis substantiæ, nunc concipiatur expresse, nunc vero implicite; at vero ens valet concipi absque per se.

51. Obijcies quarto. Ens, ut trancendens, imbibitur in ultimis differentijs, scilicet in *per se*, & in *alio*: nunc inquirō: an iste differentia addant perfectionem, a nihilo distinguitam, supra entis rationem, vel non? si non; ergo trascēdit nihil, quod implicat: si addūt; ergo ex illa, & ex ente valet resulare compositio metaphysica rigorosa.

Hæc obiectio debet ab aduersarijs responderi, nam in ipsorum opinione *per se* non est perfectione entitativæ distinguita ab entis ratione, & tamen ens illam transcendit.

Pro omnibus tamen dico, *per se* non addere perfectionem entitativæ distinguitæ, supra entis rationem sed solum expressionem, quam ens transcendit; & a quo dicitur ens, & aliquid. Ex hoc non licet inferre, quod ens nihil transcendat, nam transcendere proprie non est imbibiri in alio, sicut gladius imbi-

bitur in vagina, sed solum est esse de conceptu essentiali ipsius rationis differentialis.

52. Obijcies quinto ex Diuo Thoma in 1. dist. 22. q. 1. a. 3. ad 2. vbi ex Philosopho, 8. metap. tex. 16. probat, quod *ens non importat aliquid ad alium*, ut fiat hoc, scilicet substantia; sed statim a principio est substantia, quantitas, vel qualitas; ergo ens à se, hoc est, à principio, est substantia, quantitas, & qualitas, absque dubio includit illa in suo conceptu.

Respondetur Divum Thomam (ut constat ex primis verbis) non afferere ens à principio includere expressionem substantiæ, quantitatis, vel qualitatis, sed esse entitatem, seu perfectionem gradualem substantiæ, & quantitatis, & sic ait non importare substantiam supra ens aliquod additum.

53. Obijcies sexto, est que cum auctoritate fundamentum speciale cuiusdam moderni. Ut aliqua entitas à suis inferioribus prescindat, opus est, ut omni dissimilitudine demudetur: alias non prescindet a differentijs, dissimilitudinem causantibus, sed si cum Deo creature conferatur, nulla est in eis formalitas, quia omni valeat dissimilitudine spoliari; vtique quia non valet prescindere à dissimilitudine radicali, quam haber creatura (principiè cum nō solum differentia, cum qua est ratio entis identificata sed etiam ipsa ratio entis sit dissimilis, idest, sit à Deo dependens) ergo ens non vallet

An detur conceptus entis simpliciter præcisus.

let à differentijs simpliciter præscindi.

54. Et si dicas rationem entis ex proprio conceptu dependentiam non exprimere.

55. Contra insurgit nam ipsa ratio entis ex conceptu suo est à Deo dependens; utique quia (in veriori theologia) omnia attingantur a Deo sub ratione universalissima entis; ergo ipsa ratio entis est formaliter a Deo dependens.

56. Nihilominus bene ibi: nam licet verum sit, quod Deus causet creaturam sub ratione universalissima entis (ut bene docent theologi) nihilominus dependentia non est in ente ut sic: tum quia Deus non causat ens ut sic, sed ens in singulari, tum quia Deus etiam hanc rationem participat; sed est in talis ente hoc est, in ente finito, & limitato, à Deo practice causato, & sic dependentia formalis actualis abhoc conceptu exclusa non est formaliter in ente ut sic sed in ente determinato ratione determinationis.

Neque ex eo, quod ratio entis, quæ est in creatura, sit à Deo formaliter dependens, sequitur, quod ens ut sic sit formaliter dependens nec quod ut sic causetur a Deo: non aliter ac licet essentia hominis in statu possibilitatis, & existentia, sit à Deo formaliter dependens non sequitur, quod secundum se sit etiam formaliter dependens: nec ex eo quod in individuo sit formaliter corruptibilis, sequitur quod secundum se sit formaliter

corruptibilis: haud aliter in praesenti.

Nec ex eo, quod communiter dicatur Deum causare secundum rationem universalissimam entis, sequitur, quod causet ens ut sic; utique quia causalitas singularis, & determinata, debet esse in ordine ad esse etiam singularem, & determinatum (ut dixi in 1. p. logice disp. 3. q. 1. § 4. n. 2. r.) sed tamen quod causet ens determinatum; licet non ut determinatum, vel ut exprimit determinationem.

Nec obstat ad præcisionem inę qualitas radicalis, imo (ut dixi in discursu questionis) est necessaria ad præcisionem prædicatio analogi.

§. XI.

Inferuntur aliqua.

57. Ex dictis colligo primò; diuersitatem, & inęqualitatem, ad analogiam requisitas, non dimanare ex differentijs, sed ex ratione communi simpliciter præcisa.

Ratio est nam ratio analogia, in entis analogia, non est ratio per se sed ratio entis, ergo in ratione entis, & non in ratione per se, seu in alio, debet reperiri diuersitas, seu inęqualitas.

58. Ex hac doctrina non intendo differentijs auferre distinctionem seu diversitatem actualiem, ab ipsis absque dubio causatam, vel ut formalius loquar hab ente,

in

in ipsis, ut in ipsis, reperto, causata; sed dico rationem analogam dari antecedenter ad istam diuersitatem actualem; & consistere in hoc, quod ratio simpliciter praescita exigat esse in inferioribus, cum inaequalitate; vel cum distinctione,

59. Colligo secundo. Vniocationem, seu vniuersalitatem simpliciter distinctam, non dari in predicato, quod caret diuersitate, seu inaequalitate actuali, si vitra hanc non habet carentiam diuersitatis radicalis proximae.

60. Dices primum. Secundum Philosophum unitas est distinctionis carentia, sed ens simpliciter abstractum caret distinctione actuali formalis, ergo est unum, unitate formalis actuali: atque unitas formalis actualis est unitas simpliciter dicta; ergo simpliciter abstractum est vniuocum.

Respondeatur concedendo maiorem, & minorem, & distinguendo consequentes; est unum unitate formalis actuali, analoga, concedo consequentiam; vniuoca, nego consequentiam, & minore in subsumtam, nam non quilibet diuersitatis carentia canat vniocationem, sed illa, quae est carentia diuersitatis tam actualis, quam radicalis proximae.

Ratio est, nam (ut dixi cum omnibus Thomistis ex Philosopho) vniuocum est, quod habet rationem omnino unam; sed predictum, quod proxime exigat esse in inferioribus cum diuersitate, non est

omnino, unum, & idem; ergo carentia diuersitatis, quae causat vni uocationem exigit exclusionem diuersitatis actualis, & etiam radicalis proxime.

61. Dices secundo. Suprema genera sunt primo diuersa; ergo non valent conuenire in ratione simpliciter abstracta: ni dicas conuenire in ratione simpliciter una.

Respondeatur concedendo antecedens, & distinguendo consequens; non valent conuenire in ratione simpliciter abstracta, vnuoce, concedo consequentiam, analogice, nego consequentiam: ex eo autem, quod conueniat analogice in ratione simpliciter abstracta, non licet inferre, quod conueniat in ratione simpliciter una, ut constat ex dictis in discursu questionis.

Q V A E S T I O III.

Constituta in predicamentali serie entia, qui, qualiter que sint?

§. I.

Lux tituli, & questionis:

1. **P**radicamentum (ut constat ex omnibus Doctoribus) est series, seu coordinatio predicatorum superiorum, & inferiorum, sub uno supremo genere, quo nihil est superior, usque ad individuum, quo nihil est inferior.

Ex qua definitione constat prædicamentum esse concretum non pri-

Disputatio tertia. Quæstio tertia.

primæ, sed secundæ intentionis, dicens de materiali, respectu Metaphysicæ, secundas intentiones coordinatæ, res in decem prædicamentis constitutas: & de formali, respectu eiusdem, res, vel naturas in decem prædicamenta partitæ.

2. Præterea notandum est, res tripliciter posse in prædicamento collocari: primò directè, seu in recta linea, secundo indirectè, & ad latus, tertio reduplicatè, tantum.

Primo modo, scilicet, directè, collocantur res, qui habent conditiones infra in §. sequenti assignandas; vel quæ essentialiter, & per se participant supremum genus alicuius prædicamenti.

Secundo modo videlicet indirecte, seu ad latus, collocantur ea, quæ sunt latera linearum rectarum; ut sicut differentiæ tantum in similibus, quam sub alterius: tam diuisiùs, quam constitutiùs.

Tertio deniq; modo, scilicet, reduplicatè, collocantur partes, quæ constituunt, & modi, qui exornant res intra prædicamentum existentes.

§. II.

Quæ sint rectæ linea conditiones?

3. V ergo aliqua res rectam prædicamenti obtineat sedem, has exposcit conditiones: prima est, quod sit uniuersa; secunda, quod sit completa; tertia, quod sit finita; quarta,

quia: quinta, quod sit per se: sexta, quod sit realis: nam ens in decem prædicamentis diuisum, reale est: licet prædicata in illis existentia ad coordinationem exposcat relationem rationis.

4. Ex quo colliges, quod defectu prime conditionis, relegantur à prædicamento entia æquiuocæ, & analogæ: & defectu secundi partis, quæ constituunt, & modi, qui complent res in recta linea existentes: & defectu tertie relegantur orationes, & definitiones: & denique defectu quintæ relegantur entia per accidens.

Quod ergo nunc in dubiâ veritatur, est, an substantia, & accidentia ponantur in prædicamento in abstracto, vel in concreto? & an Deus, & Christus ut homo, sint in prædicamento substantia? & ut certa ab incertis separantur, sit.

§. III.

Prima conclusio;

5. V erbo certum suppono, (contra Nominales) Deū Optimum Maximum non contineri in recta linea prædicamentali. Tú quia constat ex nostro Anselmo in Monologio, cap. 26. ubi sic ait: quomodo aliquis suam naturam in aliarum substantiarum traditum contineri intelligit, que nec in plures substantias se dividit, nec cum aliqua alia per essentialē communionē se colligit? Tum quia ens in decem prædicamentis diuisum, est ens finitum: tum

tum quia id, quod est in infinito non valet claudere in terminis finitis universi praedicamenti: tum (& maximum) quia quidquid ponitur in praedicamento, vel est genus, vel est subiectum, ut species, ex genere, & differentia coalescens; sed Deo repugnat praedicatum, quod habeat rationem generis, & etiam compositione metaphysica rationis: utique quia Deo (etiam per nos) conceptus) repugnat, cum fundamentum in re, praedicatum, quod a suo conceptu aliud excludat, quale est genus; & etiam compositione ex partibus mutuo se se excludentibus, qualis est metaphysica; ergo Deus non continetur in recta linea praedicamentali: ni velis dicere, dari in Deo fundamentum ad hoc, ut noster intellectus concipiatur in illo praedicatum, quod non habeat rationem actus puri; sed potentiae determinabilis, & actualis: quod est absurdum.

6. Obijcies, cum Patre Vazquez: compositione ex genere, & differentia, est rationis; sed compositione rationis Deo non repugnat, cum Deus sit virtualiter multiplex, & valeat a nostro intellectu partiri in diversa attributa; ergo nec compositione ex genere, & differentia est a Deo, ut limitata, releganda: pricipue cum hæc limitatio non se teneat ex parte Dei, sed ex parte intellectus concipientis.

Respondeatur concedendo maiorem, & distinguendo minorem; compositione rationis non repug-

Tom. 2.

nat Deo: compositione rationis secundum quid, concedo minorem; simpliciter, nego minorem, & consequentiam: nam licet compositione metaphysica formaliter sit rationis, habet tamen fundamentum in re, (ne sit chymistica) & ideo non valet in Deo reperiri: quia Deus non potest tribuere fundamentum intellectui, ut concipiatur in illo aliquod praedicatum, quod non habeat rationem actus puri hoc est, non valet tribuere fundamentum ad concipiendum praedicatum determinabile, & contrahibile, ut potentia, per aliud exclusum essentialiter a tali potentia.

Neque instantia de attributis aliquid valet, nam essentia divina, quæ debebat concipi ut potentia ad illa, est in illis essentialiter implicitè inclusa: quo modo genus non est in propria differentia, cum (secundum Philosophum) sit extra conceptum differentiarum adequate: unde ex essentia, & attributis, non sit compositione simpliciter dicta; sed solum secundum quid, ut sit ex ente, & per se.

7. Obijcies secundo, Christus (ut constabit ex secunda conclusione) directe ponitur in praedicamento substantiæ; sed Christus est Deus; ergo Deus directe ponitur in praedicamento substantiæ.

Respondeatur distinguendo maiorem: Christus est in praedicamento, ut individuum naturæ humanae, concedo maiorem; ut Deus, rego maiorem: & distinguendo minorem:

D

rem:

Disputatio tertia. Questio tertia.

rem: Christus est Deus, & homo, cōcedo minorem, Deus tantum, nego minore u, & consequētiā deſerū appellatiōnis, nam in maiori Christus appellat ſupra humānitatem, ut ſupra rationē formalem p̄dicanēti constitutiū; & in conſequentiā appellat ſupra ſignificatum formale Dei; ſcilicet ſupra Deitatem.

8. Inquires: an Deus fit reducibile in angusta ſerie alicuius p̄dicamenti colloquandus?

Respondetur negatiū. Tum quia Deus, / quem totus nō capit, orbis non valet claudi, nec reducibile. ab aliquo p̄dicamento: tum quia nec eſt modus, nec pars rei existentis in p̄dicamento.

9. Nec valet dicere, quod principium efficiens p̄dicamentorum, quale eſt Deus, debet reduci ad iofa p̄dicamenta.

Non (inquam) valet; nā principium, quod propriè reduceitur ad p̄dicamētū, cuius eſt principiū, eſt illud, quod non ſe extendit ad aliud, ut conſtat in puncto, quod ut principium linea reducitur ad p̄dicamentum quantitatis: non vero illud, quod ſe extendit ad omnia p̄dicamenta, quale eſt Deus Optimus Maximus.

§. IV.

Secunda conclusio.

10. C hristus Dominus, ut prima substantia, vel ut individuum naturæ humanae, dire-

&e ponitur in p̄dicamēto ſubstantiæ. Eſt communis.

Probatur. Christus, in ratione hominis, vniuocatur, cū alijs individualiſ naturæ humanae; ſed quidquid eſt directe ſub aliquo genere, vel ſpecie, eſt directe in p̄dicamento; ergo Christus, ut individuum naturæ humanae, eſt directe in p̄dicamento.

Confirmatur: ſicut hæc eſt vera, & formalis p̄dicatio: *Paulus eſt homo*; ſic hæc: *Christus eſt homo*: ſed Paul⁹ direcione ponitur in p̄dicamento, quia eſt formaliter homo; ergo etiam Christus: cum in ratione hominis, vniuocè conueniat cum alijs.

11. Obijcies primò. Christus ut individuum naturæ humanae, includit ſubſtentiam diuinam; ſed ſubſtentia diuina eſt Deus, qui à ſerie p̄dicamentali eſt excludens; ergo & Christus, ut individuum naturæ humanae, debet à tali excludi ſerie.

Reſpondeatur diſtinguēdo maiorem: includit ſubſtentiam diuinam, ut æquivalētem ſubſtentia creative, concedo maiorē: ut Diuinam, nego maiorem; & diſtinguo minorem; ſubſtentia diuina eſt Deus, materialiter, & entitatiter, cōcedo minorē; formaliter: iterū ſubdiſtinguo; ut terminat naturā Diuinam, concedo minorē; ut humanam, nego minoren, & conſequentiā: nam ſubſtentia Diuina potest dupliciter accipi, vel ut terminus naturæ diuinæ, & ſic explicat totam ſuam linea: in-

Quæ entia constituantur in prædicamento? 26

finitatem: vel ut terminus naturæ humanae, & sic solum explicat perfectionem requisitam à natura humana.

Ex hoc non licet inferre, quod Deus ponatur in prædicamento: nam ratio formalis prædicamenti constitutiva non est substantia, quæ solum est cōditio sine qua nō; sed humanitas: vnde vniuoca cōuenientia in ratione hominis, (ratione cuius Christus Dominus ponitur in recta linea prædicamentali) non attenditur secundum conditionem personæ, sed secundum rationem naturæ.

12. Replicabis. Substantia verbi, ut creatæ æquivalens, est Diuina: sed ut æquivalens, saltim indirectè, & ut complementum naturæ, in recto existentis in prædicamento, spectat ad prædicamentum; ergo ut diuina etiā reddituè spectabit.

Respondetur concedendo maiorem, vel illam distinguendo, (claritatis causa) substantia verbi, ut æquivalens creatæ, est Diuina, materialiter, & identice, concedo maiorem: formaliter, & conceptibiliter, nego maiorem; & concessa minori, nego consequentiam: nam esse materialiter aliud nō sufficit, (principiè in propositionibus, quæ sequuntur ad rem ut cōceptam) ad hoc, ut verificantur de illo ea, quæ verificantur de alio: ut constat in rationali, quod etiam si sit identice animal, non est cum illo in recta linea. Ratio omnium est eadem,

Tom. 2.

nam (vt dicam ex Diuo Thoma in Philosophia, lib. 3. disp. 1. quæst. 2. §. 5. num. 17.) res non collocatur in prædicamentis ut sunt in se, sed ut substantia conceptibus nostris.

13. Obijcies secundò. Dicere, in prædicamento substantia directè existente, debet prædicari supremum genus, videlicet substantia: (vt constat ex dictis in exordio quæstionis, §. 1. n. 2.) sed substantia creata de Christo non valet prædicari: (vt constat ex Sancto Doctore 3. p. q. 16. art. 8. vbi docet hanc propositionem esse hereticam: *Christus est creatura*) ergo Christus non valet in prædicamento substantia collocari.

Respondeatur negando substantiam prædicamentalem esse creatam indispensabiliter, tam ex parte rationis formalis, quam ex parte conditionis, tenui substantia; sed solum esse indispensabiliter creatam ex parte rationis formalis: ut dixi supra.

14. Replicabis. Ex eo hæc propositio: *Christus est creatura*, absolute non est admittenda, quia ponit in Christo imperfectionem, sed hæc: *Christus est in prædicamento*, posit in Christo imperfectionem; ergo absolute est neganda, sicut prima.

Respondeatur distinguendo maiorem, hæc propositio: *Christus est creatura*, non est admittenda, quia ponit in Christo imperfectionem. ut Deus est, concedo maiorem: ut homo est, nego maiorem; & dis-

D 2

tin-

Disputatio tertia. Questio tertia.

tinguo minorem; sed secunda propositio ponit in Christo imperfectionem, ut homo est, concedo minorem: ut Deus est, nego iniuriam, & consequentiam: nam prima propositio ponit imperfectionem in supposito diuino, quod est Deus; secunda vero solum in natura humana.

Ratio huius est; nam hoc, quod est fieri, seu creari tam actum, quam passum, verificatur de supposito iuxta illud Philosophi: actiones sunt suppositorum: at vero hoc, quod est ponit in praedicamento, per se primo verificatur de natura, cui per se primo conuenit esse subiectum secundatum intentionum.

15. Obiectio tertio. (cum Izvello in sua Logica, tit. 5. cap. 1.) Individua non ponuntur in recta linea praedicamentali: utique quia Porphyrius cap. de specie numerans terminos, quibus clauditur praedicamentum, dixit: esse supremum genus, et infinitam speciem: ergo Christus, ut individuum naturae humanae, non debet poni in recta linea praedicamentali.

Respondet regando antecedens, nam individuum subiectum omnibus praedicatis, quae sunt in recta linea praedicamentali; & ideo debet in recta linea collocari, ut basis, & fundatum praedicamenti. Ad auctoritatem Porphyrii dico Porphyrium solum numerasse pro terminis praedicata, que valent subire uniuersalitatem, ad praedicabilia requiri-

sitam, quia eius intentum solum fuit disputare de quinque praedicationibus.

16. Substantiae creatae in concreto, directe, & per se spectant ad praedicamentum: in abstracto vero solum indirecte, & reducuntur.

Est communis, & vulgari probatur ratione. Substantiae, per subsistentias, tanquam per terminos intrinsecos, complentur; sed id, quod non est completum non intrat per se in praedicamento; ergo substantiae solum in concreto spectant per se, & directe, ad praedicamentum.

17. Ex hac ratione constat secunda nostrae assertoris pars: substantiae in abstracto non habent completionem, sed partialitatem; ergo in abstracto solum reducuntur collocari in serie praedicamentali.

18. Probatur secundo. Id, quod rectam praedicamenti obtinet sedem, valet denominari genus, species, &c. Sed abstracta substantialia non valent proprias denominationes subire: (ut dixi in Logica disp. 5. q. vlt. §. 2. num. 21.) ergo abstracta substantialia non collocantur directe, & per se in praedicamento.

19. Sed dices: ergo differentiae non collocantur in linea collateralis;

Terteria conclusio.

gali (ut figura prædicamentalis de monstrar) probo hanc consequentiam, differentiæ concipiuntur per modum totius potentialis, atque adeo ut quid completum; sed id, quod est completum in genere substantie, rectam obtinet sedem; ergo differentiæ non existunt ad latum, ut demonstrat prædicamenta lis arbor.

Respondetur negando consequentiam. Ad probationem dicitur quo maiorem, differentiæ concipiuntur per modum totius, totalitate requisita ad prædicabilitatem, concedo maiorem, totalitate requisita ad prædicamentum rectam sedem, nego maiorem, & distinguo minorem, id quod est completum, rectam obtinet sedem, id quod est completum, per modum per se stantis, concedo minorem, id, quod est completum, per modum alteri adjacentis, nego minorem, & consequentiam, nam id, quod directe existit in prædicamento, debet esse genus, vel sub illo existere per modum per se stantis, seu *in quid*, & *non in quale*, & ad latum, sicut differentia.

20. Dices secundo. Genus est pars speciei; utique quia ex genere, & differentia resultat tanquam ex partibus metaphysicis, sed pars recedit a recta linea; ergo, & genus.

Respondetur distinguendo maiorem; genus est pars speciei, & simul totum significans *in quid*, concedo maiorem, est pars tantum, nego maiorem, & distinguo mino-

rem, pars recedit a recta linea, ut pars, concedo minorem, ut totum per se stans, nego minorem, & consequentiam, nam ut dixi in logica, disp. 4. q. 3. per totam, genus non solum est pars speciei, sed etiam totum de illa prædicabile, *in quid*.

§. V I.

Quarta conclusio.

21. **C**oncreta accidentalia (in opinione Thomistarum) nullo modo possunt poni directe, & per se in prædicamento.

Sed antequam conclusionem probemus nota (ex dictis in 1. p. logicæ, disp. 4. q. 1. §. 4. num. 10.) Thomista dupliciter singere constitutionem concreti accidentalis, primo, ut significat aggregatum ex forma accidentalis, & ex subiecto æqualiter resultans, in quo sensu docent esse unum per accidens unica definitione non definibile. Secundo, ut solum dicit in recto formam accidentalem actu inherenter subiecto, quod solum in obliquo est importatum, in qua acceptione dicunt esse unica definitione definibile, quia in illa subiectum tantum ingreditur in obliquo, per modum termini requisiti, non vero per modum partis constituentis.

22. Quod vero in prima acceptione non valeant per se collocari in prædicamento, ab illis admittitur, & probatur prior. Prædicamenta debent esse primò diversa,

Disputatio tertia. Questio tertia.

sed concretum accidentale, ut includit in recto utramque partem, non est primo diuersum; utique quia in opinione aduersariorum, pars materialis ad aliud spectat prædicamentum; ergo ut sic non possunt directe ponni in prædicamento.

23. Secundo probatur ratione efficiaciōti. Quod rectam prædicamenti obtinet sedem debet esse unum per se; ut constat ex Philosopho; sed concretum accidentale, in prima acceptione, in opinione Thomistatum, est unum per accidens, ergo ut sic non debet collocari in recta linea prædicamentali.

Confirmatur. Ressunt in prædicamento ratione formę; ut diximus supra conclusione tertia, sed forma huius concreti, *albus*, non est ut per se stans, sed ut alteri adiacens; ergo concretum accidentale nec ratione formę potest per se collocari in prædicamento.

24. In secunda vero acceptione, in qua pro viribus defenditur a posterioribus Thomistis non valere concreta accidentalia recta prædicamenti obtinere lineam, probatur; nam res in prædicamento per se constitutę debet saltim significare per modum per se stantis, sed albedo ut intrinsece in hanc subiecto significat per modum alteri adiacentis; ergo nec in haec sequitur acceptio sunt per se in prædicamento; ut constat in ratione tertia ab aduersariis excluso à recta linea, quia significat per modum

dum alteri adiacentis.

Confitmatur primò. Albedo, ut actu inhärens subiecto, intelligitur maiori oppositione opposita modo per se standi, cum ut sic, sit actu adiacens, tam in re, quam ex modo significandi, ergo, ut sic non valet collocari directe in prædicamento.

Confirmatur secundo. Denominativa sunt a Philosopho, in antepredicamentis, exclusa a recta linea prædicamentali, sed albū, ex albedine actu inhärente resultans, est denominativum, ergo debet excludi a recta linea prædicamentali,

25. Prepter hanc rationem debent excludi, à recta linea prædicamentali, concreta accidentalia etiam in nostra opinione, nam licet sic sint unum per se unica definitione definibilia, & ex parte aliquo modo accedant ad rectam linneam tamen per se in ipsorum est accidentalis, per modum denominativi, seu per modum alteri adiacentis, & idēo etiam in nostra opinione debent excludi per se à prædicamento.

26. Dices (est que Thomistarum fundamentum) omnis res completa, capax denominationis speciei, est in recto, & per se, collocabilis in prædicamento; at qui forma accidentalis in concreto est completa, & capax denominationis speciei, utique quia ut sic in nostra opinione, est definibilis per genns, & per differentiam, quod est proprium speciei, ergo ut sic,

hoc est, in concreto, est directe co-
llocabilis in praedicamento.

Respondet distingendo nam
iostem, res completa, capax de no-
minationis speciei, est per se collo-
cabilis in praedicamento, si signi-
ficet per modum termini absoluti,
seu per modum per se stantis, con-
cedo maiorem; si significet per
modum denominatiui, seu per mo-
dum alteri adiacentis, nego ma-
iorem, & distinguo minorem, al-
bum in secunda acceptione, est spe-
cies completa per modum deno-
minatiui, concedo minorem, per
modum absoluti, nego minorem,
& consequentiam, nam (ut dixi ex
Philosopho) denominatiua, quae
significant per modum alteri adia-
centis, sunt exclusa per se a praedi-
camento, & etiam per se primò à
denominatione specifica: vnde il-
ta propositiones: *album est colora-
tum, coloratum est quale,* participat
secundas intentiones generis, &
speciei, & spectant ad primum, &
secundum praedicabile solum se-
cundario. Ratio huius desumitur:
tū ex perfectate abstracti: tū quia,
primum in unoquoque genere est men-
sura ceterorum; sed prima ratio in
praedicamentis accidentium est
forma in abstracto, quae maiorem
habet perfectatem per ordinem
ad propria inferiora, ergo concre-
ta debent accipere has denomi-
nationes secundario in or-
dine ad perfectatem
abstracti.

§. VII.

Quinta conclusio.

27. **F**ormae accidentales, nec
in abstracto, vt propria
respinguntur subiecta, sunt directe
& per se, in praedicamento collo-
cande; locus vero, vt sunt ab infe-
rioribus abstracte, vel ut superiori-
bus subiecte.

Est Aristotelis; & Diui Tho-
mæ, & pro viribus descenditur à
Magistro Soto, a Complutensis
& ab alijs Thomistis; licet his ter-
minis à nullo sit Doctore stabilita
constat que veritas nostræ asser-
tionis ex Philosopho, 3. topicor,
cap. r. ubi ait, *iusitiam esse in predi-
camento, non iustum.*

Constat etiam ex eo, quod Phi-
losophus numeravit omnes præ-
dicamentorum species in abstra-
cto.

28. Sed antequam rationibus
nolstram probemus conclusionem
notarum formarum accidentales in ab-
stracto posse bifarie usurpari: pri-
mo in ordine ad propria subiecta,
in quibus aptitudinaliter inhæ-
rent; & 2 quibus accipiunt individua-
tionem: secundo ut abstracte
à proprijs inferioribus, vel ut su-
perioribus subiecte, in quo secun-
do sensu sentio collocari directe
in praedicamento.

29. Nota secundo aptitudina-
lem, & actuali formarum acci-
dentalium in hærentiam, posse ex
duplici capite illis conuenire: pri-

Quæ entia coſtituantur in p̄dicamento.

mō ex ratione communissima accidentis, vt sic, scilicet ex ratione in illis transcendentaliter inclusa: secundo, ex ratione ultima, & differentiali; vt constat in passione, quæ non solum quia accidentis exigit subiectum, sed etiam quia tale accidentis: cum ex propria, & ex differentiali ratione sit in passo ab agente.

30. His suppositis probatur conclusio, quoad utramque partem: In p̄dicamentis accidentium solum debent collocari formæ accidentales, quæ significant per modum per se stantis; sed formæ accidentales, non ut connotant propria subiecta, sed ut abstractæ ab inferioribus, vel ut subiectæ superiori significant per modum per se stantis: ergo solum ut sic, valēt per se collocari in p̄dicamento. Minor quo ad primam partem, probatur, formæ accidentales, in ordine ad subiecta, intelliguntur cum inherentia aptitudinali, ergo ut si non significant per modum per se stantis. Quoad secundam partem probatur eadem minor, ut abstractæ ab inferioribus, vel ut subiectæ superioribus, non explicant inherentiam actualem nec aptitudinalem; ergo ut sic, significant per modum per se stantis.

Confirmatur primo. Significare per modum per se stantis, est significare ut stans per se, id est, ut non dependens ab alio sed formæ accidentales, in ordine ad propria subiecta, intelliguntur: ut ab illis-

dependentes; ergo ut sic non intelliguntur per modum per se stantis.

Confirmatur secundo. Quanto magis accedit forma accidentalis ad subiectum, tanto magis explicat dependentiam, & adiacētiā; & quanto magis recedit à subiecto, tanto magis explicat independentiam, & modum per se standi; sed ut connotat subiectum accedit (s. scilicet aptitudinaliter) ad illud, & ut abstractæ ab inferioribus maximè recedit ab illo: ergo ut sic debet collocari directè in p̄dicamento.

31. Secundo probatur conclusio. In p̄dicamento substantiae non intrant res directæ in abstracto, quia ut sic non habent maiorem persistatem, quam valent habere; sed formæ accidentales, ut connotant subiecta propria, non habent, ex modo significati, maiorem persistatem, usque dum intelligantur in ordine ad inferiora, à quibus sunt abstractæ, vel quibus sunt subiectæ: ergo ut sic debent directeponi in p̄dicamento.

32. Dices primo Aristotelem in præsenti (iuxta translationem Boetii) numerasse p̄dicamenta accidentium in concreto, ergo ut sic debent directe collocari.

Sed contra est, nam in præsenti (iuxta translationem Argiropoli) sunt in abstracto numerata.

Nec obest, quod in topicis sint (iuxta utramque translationem) in concreto numerata, nam ibi lo-

Quæntia constituantur in prædicamento. 29

Etutus fuit Philosophus de rebus, quæ in directe sunt in prædicamen-
tis accidentinim.

Vel secundo dic loqui de illis, ut sunt quædam affectiones substan-
tia, non vero de illis, ut sunt in
prædicamentis.

33. Dices secundo. Albedo, v.
g. ut connotat proprium subiectū
habet rationem abstracti; sed ab-
stracta significat per modum, per
se stantis; utique quia sunt à ter-
minis denominatiis distincta; er-
go ut sic valēt directe poni in præ-
dicamento.

Respondetur concedendo ma-
iorem, vel illam distinguendo, clari-
tatis gratia, ut connotat subie-
ctum est abstractum, significans
per modum alteri adiacentis, co-
cedo maiorem, per modum *per se*,
stantis, nego maiorem, & minorē
nam licet verum sit, quod abstra-
cta sint absolute, tamen non exer-
cent formaliter rationem abfolu-
ti in ordine ad subiectum, sed in
ordine ad inferiora.

Ex quo colliges, abstracta ac-
cidentia significare: & per mo-
dum per se stantis, & per modum
alteri adiacentis; per modum *per se*
stantis, in ordine ad inferiora pro-
pria; per modum alteri adiacentis, in
ordine ad subiecta, in quibus ap-
titudinaliter inherēnt.

Nec valet dicere, quod abstra-
ctum ut tale, significat per modū
per se stantis; nam de ratione ab-
stracti (ut a concreto distincti) so-
lum est significare unum tantum;
nunc sit per modum per se stantis,

nunc vero per modum alteri adia-
centis: in prima acceptione, tran-
sit ad rationem absoluti, & in se-
cunda acceptione sicut in ratione
abstracti tantum cum ordine ad
commodatum, seu denominati-
num.

34. Dices tertio. Accidentia
diversa constituunt prædicamen-
ta; sed hanc diuersitatem habent
ex diuerso modo, quo afficiunt sub-
stantiam, ergo in ordine ad subie-
cta debent constituere prædi-
menta.

Respondetur concedendo ma-
iorem, & minorem, & negando co-
sequentiam, nam licet verum sit,
quod in ordine ad subiecta diuer-
sa accipiunt distinctionem (ut co-
stat in actione, & passione) tamen
in ordine ad alia non collocantur
in prædicamento direcťe; sed in or-
dine ad inferiora, à quibus sunt
abstracta, & de quibus prædicantur.

Ratio primi est, nam res non co-
llocantur in prædicamento ut di-
uersæ; sed ut completæ, & ut
significantes per modū *per se* stanti-
s: alias res, ut rationis, esset in
prædicamento.

Ratio secundi est, quia in præ-
dicamentis solum directe colloca-
tur id, quod denominari valet ge-
nus, species, & individuum, in or-
dine ad id, respectu cuius has va-
let exercere denominations, sed
has denominations non accipiunt
formæ accidentiales in ordine ad
subiecta, sed in ordine ad propria
inferiora: ergo in ordine ad illa-

Disputatio tertia. Quæstio tertia.

collocantur directe in prædicamento.

35. Dices quarto, cum quodam Moderno. Ex eo abstræcta substantialia non collocantur directe in prædicamento, quia sunt entia incompleta, sed abstræcta accidentalia, absque inherētia actualli, sunt incompleta: vtiq; quia talis inherētia perficit illa, intra propriam lineam: ergo absq; inherētia non valent collocari directe in prædicamento.

Respondeatur concedendo maiorem, & negando minorem. Ad probationem distinguo antecedens, inherētia perficit formam accidentalem, intra lineamentis *per se*, nego antecedens: intra lin-
eā entis *per accidens* concedo antecedens; & negando consequētiā: nam abstræcta substantialia, per subſtentias complentur, intra lineam entis *per se*, & sic absq; subſtentia non valent constitue-re prædicamentum subſtantiae: at verò abstræcta accidentalia ex se habent metaphysicè omne complentū proprij prædicamenti, intra lineam *per se*, & sic cum inhērētia, & subiecto solum deseruiunt ad complementum entis *per accidens*: nō vero ad entis *per se* complementum: & ideo non astruunt, sed deſtruunt perfeſitatem ad re-
tiam constitutionem prædicamenti.

Ex quo colliges clare, abstræcta accidentalia in ordine ad propria inferiora esse completa metaphysicè, intra lineamentis *per*

se: licet sint incompleta physicè; intra lineamentis per accidēs, seu perfeſitatis accidentalis insufficiētis ad prædicamenti constitutionem: vt dixi supra concluſione quarta.

36. Replicabis: vt subſtantia directe constituatur in prædicamento, non sufficit, quod constet genere, & differentia, sed ultra hoc exigitur, quod compleatur per subſtentiam: ergo vt accidentia sint directe in prædicamento, opus est, quod compleantur per subiecta.

Respondeatur concedendo antecedens, & negando consequētiā. Ratio disparitatis conſtat, ex solutione obiectionis: nam subſtantia per subſtentiam comple-
tut intra lineam *per se*, & sic illam exigit, vt completa sit; at verò accidentia per subiecta non complentur, intra lineam entis *per se*, imo ab illa extrahuntur, & complentur intra lineam entis *per accidens*, seu perfeſitatis accidentalis, insufficientis ad lineam rectā prædicamenti.

37. Nō quiesces. Subſtantia per subſtentiam terminata, terminatur iterum per existentiam: ergo viisque ad existentiam non ha-
bet completionem omnem requi-
ſitam.

Respondeatur concedendo antecedens, & negando consequētiā: nam res, quæ sunt in prædicamento, abstrahunt ab existentia, sicut ab hic, & nunc: & ideo existentia rei per accidens se ha-
bet

An antepradicamentales regula sint exacte. 30

Bet ad prædicantērum. Ratio est, nam cum prædicamentum sit prædicatorum essentialium coordinatio, & prædicata essentialia præcindant ab existentia: ideo res, quæ sunt in prædicamento ab existentia præcindunt.

38. Dices quinto. Albedo v.g. vt cōnotans subiecta, & vt ab inferioribus abstracta eandem rem significat; ergo in utraqū acceptione debet constituere directe prædicamentum.

Respondetur distinguendo antecedens, eandem rem significat, quantum ad rem significatā, concedo antecedens: quantum ad modum significādi, nego antecedens, & consequentiam: nam in ordine ad subiecta significat per modum alteri adiacentis, & in ordine ad inferiora per modum per se stantis, & sic nō in prima acceptione; sed in secunda debet constituere directe prædicamentum.

§. VIII.

Interrogantur aliqua.

39. Pro complemēto quæstionis inquires primo: an ex partibus physicis valeat constitui prædicamentum directe?

Ratio dubitandi est, nam sicut ex entibus completis valet intellectus humanus abstrahere prædicata metaphysica superiora, & inferiora; ex quibus directe constet prædicamentum: ita ex incompletis, ut constat in anima, quæ-

valet abstrahi ab hac, & illa anima.

Nihilominus respondetur negatiū: nam licet verum sit, quod ex partibus physicis possint abstrahi prædicata metaphysica incompleta, ex quibus possit fieri aliquod prædicamentum incompletum: tamen ex illis non potest fieri completum; de quo insperanti.

40. Inquires secundo: An partes integrales homogeneæ directe possint constituere prædicamentum?

Respondetur affirmatiū, nam licet sub partium expressione intellectu non valeant in prædicamento directe ponī: tamen ratio partialis in homogeneis nō obest ad rationem totius; utique quia quilibet pars aquæ participat prædicata superiora, & inferiora aquæ; ergo partes homogeneæ, non ut explicant formalitatem partis, sed totius, possunt ponī directe in prædicamento, in quo ponitur totum.

QVÆSTIVNCULA prima appendix.

An antepradicamentales regule sint exalte à Philosopho assignatae?

§. IX.

Primer regula expositio.

41. Philosophus in hoc 2. cap. duas tradit regulas, prima est:

Disputatio tertia. Questio prima.

est: cum quidpiam de quopiam, ut de subiecto, prædicatur, que dicuntur de prædicato, dicuntur etiam de subiecto. Hæc regula varie est à Docto-ribus explicata: sed verus sensus, à scè omnibꝫ receptus, est; (quod quando aliquid quidditatine prædicatur de subiecto, quidquid quidditatine dicitur de prædicato, prædicatur quidditatine de subiecto: ut si de hominie prædicatur quod sit animal, & de animali, quod sit viuens, etiam de hominie debet prædicari, quod sit viuens.

Hæc regula sic exposita nullā patitur exceptionem; si alias non detur defectus appellationis; ut datur in hoc syllogismo: *Pater est Deus; Deus est filius; ergo filius est Pater.*

Ex hac regula dimanat modus arguendi, quem Dialectici appellant *de primo ad ultimum* v. g. si Placidus est homo, & homo animal, & animal viuens, & viuens corpus, & corpus substantia; Placidus erit substantia.

§. X.

Secunda regule expositio.

42. Secunda regula à Philoso-
pho in eodem capite assi-
gnata sic se habet: *Diversa genera
non subalternatim perfita, diversas spe-
cificē habent differentias; genera ve-
rō, quorum unum sub altero collocatur,
non inconvenit easdem habere diffe-
rentias.*

43. regula sic est exposita à Cardinali Caietano; quando ge-
nera sunt absque aliquo ordine,
ita ut quodlibet illorum sit in di-
uersa serie: ut animal, & qualitas;
absque dubio diuersas debet ha-
bere differentias: secus vero, quā-
do genera intra idem prædicame-
tum collocantur: ict̄, differētiae
constitutiae, & diuisiōnē, quā dā-
tur in latere dextro superiorum
generum, participantur ab inter-
rioribus generibus, addendo ali-
quam differentiam inferioris con-
stitutuam, & distinctuam.

43. Sed pro complemento dif-
ficultatis inquires: an hæc regula
quoad secundam partem, possit
verificari de generibus intra ean-
dem seriem existentibus, inter se
non subordinatis, & sub aliquo
tertio constitutis?

44. Pro resolutione nota; in
præsenti non disputari de differē-
tijs ultimis: tu n̄ qua iste, absque
controversia, non participantur;
nam certum est, quod animal, &
planta distinguntur in differentijs
ultimis; sicut homo, & equus: tu
quia nec in generibus subordina-
tis differentia inferioris conuenit
superiori: quare lis solum stat cir-
ca differentias subalternas.

45. Ad quod dico: genera, intra
idem prædicamentum alicui ter-
tio subordinata, posse habere eas-
dem differentias subalternas.

Constat hoc in exemplo allato
animalis, & plantæ, quā inter se
non subordinantur: licet sub ali-
quo genere cōtingantur; scilicet,
sub

Quae entia constituantur in predicamento? 31

sub viuenter; & tamen easdem habeant differentias subalternas: utique quia conueniunt in corporeitate, & animatione; ergo quando genera sunt sub aliquo tertio easdem valent participare differentias.

posita, ut homo albus: in complexa
sunt simplicia; ut homo, leo.


47. Rutsus Aristoteles diuisit
in complexa, quæ ad prædicamen-
ta valent spectare dicendo sic:
que valent esse in predicamento, alia
non sunt in subiecto, licet de subiecto
dicantur; ut substantię vniuersales
quæ inhæsiuntur non sunt in subie-
cto, quamvis de subiectis, id est, de
inferioribus prædicentur, alia vero
sunt in subiecto, & de subiecto prædi-
cantur, ut accidentia vniuersalia,
alii vero neq; in subiecto, nec de subie-
cto prædicantur, ut substantię singula-
res, alia denique in subiecto, & de su-
biecto non prædicantur (intellige rā-
quam de inferiori) ut accidentia
singularia: ut ergo hæc differentia
ab omnibus percipiatur præsens
al signatur figura.

Q V A E S T I V N C V L A
secunda appendix.


*Decomplexis, & incomplexis, & de-
dinitione entis in decem pra-
dicamenta.*

6. XI.

46. Philosophus, in ante prædicamentis, distinguit prædicta in complexa, & in incomplexa. Complexa sunt nomina cœ



Disputatio tertia. Quæstioprima.



43. Ut ad secundam partē quæstiūculz deueniamus, dico ens reale, ut analogū, esse adæquate diuisum in decē prædicamenta tāquā in propria analogata: aut enim suppositum estens *per se*, & sic est *substantia*, aut dicitur *extēsum*, & sic habet *quantitatē*: aut dicitur *qualē*, & sic habet *qualitatem*: aut dicitur *Pater*, & sic dicit *relationem*,

aut dicitur *agens*, & sic *actionem*, aut *patiens*, & sic *passionem*: aut in *gymnasio*, & sic *vbi*: aut in *tempore*, & sic *quando*: aut taliter in *loco*, & sic *situm*: aut denique *atmatum*, & sic *habet habitum*: & nō valet assignari aliis modis effendi ergo ens reale diauiditur adæquate in decem prædicamenta,

DIS-

DISPV T A T I O
Q V A R T A
 DE S V B S T A N T I A,
 ET A C C I D E N T I I N
 C O M M U N I.

1. **S**VPPOSIT A entis divisione in decem pradicamenta, disputat Philosophus in 5. cap. de prædicamento, quod est substantia, in quo duplicem assignat substātiā; primam vnam; secundam aliam prima (qua primo, proprie, & maxime dicitur) est, que nec in subiecto est, nec de subiecto aliquo dicitur; ut Petrus. Secunda substantia sunt genera, vel species, que de proprijs substantijs dicuntur: ut animal, homo.

Dicunt autem prima substantia primo, & maxime substantia, quia substantia a substando nomen accipit, & prima substantia secundis, non vero è contra cum Placidus substeret homini, non vero homo Placido.

2. In calce autem capitinis aliquas proprietates substantiae adscribit: prima, quod substantia non est in subiecto, id est, in hæsiue, secunda, quod substantia secundæ vniuersitate dicuntur de primis; id est essentialiter, nam accidentali ter etiam accidentia dicuntur vniuersitate de primis, ut constat in quarto, & quinto prædicabili, terciia, quod prima substantia significet hoc aliquid, id est, naturam singularem; secunda in quale quid, dixit inquit, quia essentialiter. Ut genus, in quale, quia ex modo significandi significat per modum alterius ad iacentis: ut differentia. Quarta, quod substantia non habeat contrarium; id est contrarium rigorosum, quale datur inter qualitates. Quinta

Disputatio quarta. Questio prima.

ta, quod substantia non suscipiat magis, nec minus: id est, non accipit intensionem, vel remissionem: ut qualitas: nam Petrus non est magis homo, quam Paulus. Sexta, quid substantia sit contrariorum substantiarum: id est remittit, & radicaliter, per modum subiecti quod, nam proximè, & formaliter, per modum subiecti quo, etiam quantitas recipit contrarium. His suppositis denuniamus ad substantie prædicamentalis expositionem. Et sit.

QVÆSTIO I.

Transcendentalis, ex prædicamentali substantia constitutus conceptus qualis sit?
(.:)

§. I.

Tituli explanatio.

1. Ver questionis titulum intelligas, nota primo substantiam aliquando usurpatam à Doctoribus pro essentia, in quo sensu fuit accepta à Philosopho in anteprædicamentis in vniuocorum, & equiuocorum definitiōnibus, dum dixit: *ratio vero substantie*: & in quo certum est apud omnes accidens esse substantiam, nam essentia accidentalis vere, & proprie est essentia. In præsenti autem solum loquimur de substantia propter accidenti opposita, & propter prædicamenti substantię constitutię, in qua acceptance procedit lis.

2. Hoc modo accepta est duplex transcendentalis una; prædicamentalis alia; prima est, quæ in omnibus substantijs etiam incō-

pletis, & modalibus invenitur; secunda verò est, quæ complemento ad prædicamentum requiritur indiget. De his duobus procedit questio, & inquirit: quænam sit transcendentalis, & prædicamentalis substantię essentia? 3. Nota secundo duplēm esse ethymologiam huius vocis, substantia, quia substantia dicitur à subsistendo, & à subsistendo: primam adducit Augustinus de Trinitate, ubi inquit: *sicut ab esse appellamus essentiam: ita ab hec, quod est subsistere substantiam dicimus.* Et Diuus Isidorus dicit: *Substantia est, quod propria virtute subsistit.*

Secundam indicat Aristoteles in hoc capite, dicens: *primam substantiam, quia pluribus substantijs.*

Cæterum substantia idem est, quod alijs subesse tanquam proprium sustentaculum: & hæc videtur prima nominis ethymologia: sed non dicitur absolute substantia id, quod est alterius sustentaculū, sed illud, quod est radicale, & primarium: alijs quantitas, & alia accidentia dicerentur substantie: quia immediatè actuantur alijs formis accidentalibus,

libus, & quasi immediate substāt illis; vt intellectu immediate substāt cognitioni; & quantitas immediate substāt figure, & alijs qualitatibus; non dicuntur tamē substātia, quia non substāt, vt primaria sustentaculaz sed indiget ab alio sustentari.

4. Nota tertio: substātiā diuidi in completam, & in incompletam.

Substantia completa est substātia integra, quæ ex natura sua non ordinatur ad complemētum alterius substātia.

Incompleta vero dicitur substātia partialis, quæ ex natura sua ordinatur ad complementum alterius.

Sed in substātijs possamus distinguere duplex complemētum, & incomplementum; nam aliud est complementum per modum naturæ, & essentiaz; & aliud est complementum adæquatum, in ratione substātiaz; v.g. humanitas dicitur natura completa, quia non ordinatur ad constitutionem alterius naturæ, licet ordinetur ad constitutionē suppositi, videlicet hominis; at vero anima rationalis dicitur incompleta, quia ex se ordinatur ad constituendam naturam, videlicet humanitatem: homo vero dicitur substātia absolute completa in ratione substātiaz, quia ex natura sua non ordinatur ad constituendam aliam substātiā. Vnde quod est completum absolute in ratione substātiaz, est etiā completum in ratione naturæ; nō

Ven. 2.

vero ē contra; vt patet in supra-dictis exemplis.

§. II.

Primum refertur, & refellitur placitum.

5. **N**onnulli (absque duce) nō minali fixatione allerūt essentiam substātiaz, vt sic, consistere in accidentium sustentatione.

Fundamentum huius sentētiaz sumitur ex nominis etymologia, nam substātia (vt constat ex secundo notabili) dicitur à substātio; ergo accidentibus substātia est de essentiāl substātiaz cōceptu.

6. Sed hæc sententia omnibus displicet: tū quia substātia est essentiāliter ens per se, vt constat ex Philosopho, & Diuo Thoma pluribus in locis: tum quia si per possibile, vel impossibile datetur entitas creata, quæ esset ens per se, cui accidentia repugnat, absque dubio talis entitas esset substātia, accidenti opposita: tum quia substātia Dei est vera, & propria substātia, etiam si accidentibus non substāt: tum quia si essentia substātiaz transcendentalis consideret in accidentium sustentatione, deberet definiri per ordinem ad accidentia, quod ei repugnat, cum potius accidentia definiantur per ordinem ad substātiā: tum denique quia id, quod prius concipitur in omni re, est de conceptu quidditati-

E

uo

Disputatio quarta. Questio prima.

no ipsius; sed in substantia prius concipitur esse *per se*, & *in se*, quā accidentibus substare; ergo conceptus essentialis substantiæ salvatur antecedenter ad accidentium sustentationem.

7. Nec aduersariorum nominale fundatum aliquid valet; nam (ut constat ex Diuo Thoma. 1. contra Gentes. cap. 25.) multoties nomine accipitur à proprietate magis nota rei, & multoties à re, que est omnino extra conceptum rei nonnaturæ: ut constat in Itoide, qui dicitur à lesione pedis; & in Logica, quæ dicitur sermocinalis ab obiecto secundario per accidens attacto.

8. Dices: (in fauore huius sententia) substantia absque aliquius entitatis superadditione accidentibus substatur; ergo sustentatio radicalis, seu per modum actus primi est de conceptu quidditatiuo substantiæ: non aliter accessibilitas radicalis est de conceptu quidditatiuo hominis..

Fere omnes admittunt sustentationem radicalem esse de conceptu quidditatiuo substantiæ, nam sustentatio radicalis, seu per modum actus primi est ens *per se*, & *in se*, in ordine ad accidentia expressum; sicut accessibilitas radicalis est rationalitas, in ordine ad proprietatem ridendi expressa.

9. Sed hic modus opinandi absque distinctione procedit; nam hi Doctores, vel loquuntur in sensu identico, & materiali; vel informali, & metaphysico: si in pri-

mo; ergo non solum sustentatio radicalis, & per modum actus primi, sed etiam proxima, & per modum actus secundi, est de essentia substantiæ; utique quia ut constat ex dicendis in Philosophia. lib. 2. dis. put. 3. questione 1. §. 3. num. 6. actus secundus caule materialis non est realiter, & entitatiè distinctus à primo ipsius cause; ergo in sensu identico, & materiali ipsa sustentatio actualis est de essentia substantiæ: si in secundo; ergo nec sustentatio radicalis est de conceptu quidditatiuo substantiæ, nam substantia prius concipitur in ordine ad se, vel ut ens *per se*, quam in ordine ad accidentia, vel ut sustentaculum accidentium; ergo in sensu formalis, & metaphysico nec sustentatio radicalis est de conceptu quidditatiuo substantiæ ut sic.

10. Vnde ad argumentum respondetur, concedendo antecedens, & negando consequentiam; nam in sensu formalis ens *per se*; ut est in ordine ad se, seu in ordine ad actum subsistendi *per se*, exercet munus substantiæ, & essentiæ; & ut est in ordine ad accidentia, seu in ordine ad accidentium sustentationem solum exercet munus naturæ ad essentiæ munus expressiuè consecutum; & ideo in primo conceptu subsistendi *per se*, primi praedicamenti consilit essentia.

Nec exemplum allatum aliquid valet, nam rationale, in ordine ad

risibilitatem, nō ie habet per modum essentiaz; sed solum per modum naturaz, & sic illius essentia saluatur anteuertenter ad taliem ordinem.

Et ne æquinoctio fallaris, aduerte, conceptum naturæ solu in esse per rationem inadæquatè, seu expressiue à conceptu essentiaz distinctum; nā eadem formalitas, que in ordine ad se exerceat munus essentiaz, in ordine ad extra exerceat munus naturæ: sic ens per se radicale, quod in ordine ad se exerceat munus essentiaz, in ordine ad accidentium sustentatione exerceat, per modum actus primi, manus naturæ.

Notanter dixi per modum actus primi, nam sūtētario per modum actus secundi, nō solum expressiū per rationem est à sūtētatione per modum actus primi distincta; sed etiā formaliter per superadditionē formalitatis per rationē distincta: non aliter ac singularitas est per rationem, superadditione formalitatis, à natura distincta.

11. Replicabis. Aptitudo radicalis ad substantiam, nō distinguitur realiter ab aptitudine radicali ad essendum per se; ergo si hec est de essentia substantiaz, etiā illa.

Respondeatur concedendo antecedens, & negando consequentiam; nam licet verum sit, quod non distinguitur realiter; tamē prius concipitur ab intellectu ratio existenti per se, quam ratio substantiæ; & ideo illius essentia in

tali primo debet consistere conceptu.

12. Dices secundo. Secundum Philosophum, *substantia prima est magis substantia, quam secunda: quia pluribus substata; ergo munus substantiae est de conceptu substantiaz adhuc per modum essentiaz sumpto.*

Respondeatur concedendo antecedens, & negando consequentiam; nam ex eo, quod substantia prima pluribus substata, nō sequitur, quod substantia constitutatur in sua essentia per munus substantandi; sed solum quod substantia prima exerceat munus substantandi magis substantiaz propriū; vel quod sit magis substantia quoad exercitium huius proprietatis.

§. III.

Secundum refertur, et refellitur, placitum.
(. . .)

13. **A**lij non magnæ notæ, affirmant conceptum substantiaz in communi consistere in negatione essendi in alio.

Fundamentum huius sententiaz sumitur ex eo, quod intellectu modo essendi in alio, intelligitur accidentis conceptus essentialis; ergo similiter intellectu negatione essendi in alio debet intelligi conceptus essentialis substantiaz ut sic, cum contrariorum eadem debeat esse ratio.

Disputatio quarta. Questio prima.

14. Sed hic modus opinandi cōmuniter etiam reiicitur: primō ex D. Tho. i. contra Gentes, cap. 25, ubi docet ens reale, & posituum diuidi in eadem prima genera; ergo nullum primum genus constituitur per negationem.

Secundō, quia cōceptus accidētis est positiuus; ergo substātię debet etiam esse positiuus, cum contrariorum eadem sit ratio.

Tertio, ratio primi generis est de essētia inferiorum, ergo nō est aliquid negatiūm; utiq; quia essētia positiva, qualis est essētia inferiorum, non includit formaliter negationem; licet includat ali quid positivū, ad quod sequatur negatio.

Quarto, negatio sapit accidentis naturam, sed accidens naturaliter fundatur in aliquo positivo; ergo hæc negatio essendi in alio debet etiam fundari in aliquo positivo: tum sic: hoc positivū, quod antecedit negationem, est, quod primō intelligitur in substātia; ergo in hoc positivo debet essentia substātia constitui.

Quinto, essentia substātia est omnibus alijs rebus in predicatione ex istētibus perfectior; sed omnes alijs res habent pro essentiā entitatem positivam; ergo posteriori iure conceperis substātia est in positivo constituendus.

Sexto, nam ex negatione, & aliquo positivo nequit fieri una essentia per se, qualis est inferiorum essentia; ergo ratio constitua-

tina primi generis non potest esse negatio.

15. Nec fundamenū allatum aliquid valet, nam intellectu negatione essendi in alio, nō intelligitur cōceptus quidditatius substantia, si alias præsuppositiū nō concipitur persicitas positiva, ex qua dimanet talis negatio, nam negatio debet positivū supponere; ut constat ex Philosopho, qui multories ait, negationē fundari in affirmatione, hoc est, in aliquo positivo.

16. Dices. Sicut se habet in Deo esse à se; ita se habet in substātia esse per se; sed Deo est ens à se, quia dicit negationem essendi ab alio, tanquam à causa; ergo substātia erit similiter ens per se, per se lām negationem essendi in alio.

Respondeatur concedendo maiorem, & negando minorem, nām sicut esse à se in Deo est aliquid positivū infinitam, quod fundat negationem, essendi ab alio; sic esse per se in substātia dicit persicitatem positivam; ad quam sequitur negatio essendi in alio. Explicantur tamen per negationes hī cōceptus: tum quia nobis sunt magis nota: tu quia per illas pererutamur facilius entitatis positivū essentiam. His ut magis certis suppositis, sit.

§. IV.

Prima conclusio.

17. Conceptus substātia, absrahens

strahens à substantia finita, & infinita, completa, & incompleta (qui communiter appellatur transcendentalis, accidenti oppositus) est ens per se, seu est, esse *per se* positum, ad quod sequitur negatio, nedum actualis, sed aptitudinalis essendi in alio, tanquam in subiecto inhesionis.

Constat ex dictis hęc communis assertio, & brevi, specialique ratione stabilitur.

Sustantia transcendentalis multoties est in linea collaterali prædicamenti substantia, & proprietas accidentium subiectum, sed negatio entis in alio, hoc modo non valet ad prædicamentum spectare nec esse accidentium subiectum, ergo conceptus primarius substantia transcendentalis consistit in persistente positiva, ad quam sequitur negatio essendi in alio. Maior, & consequentia sunt certa. Minorem probo, quoad primam partem. Ens in decē diuisum prædicamenta est ens possituum, (ut dixi ex Philosopho, disp. 3. antecedenti, q. 3. quæst. 2. §. 9. num. 48.) ergo substantia transcendentalis, in prædicamento substantia ad latus constituta, est ens per se positum, & non negatio entis in alio.

Quoad secundam vero partem probatur ; accidens essentialiter est in alio; sed ens in alio non valet fundari in negatione essendi in alio utique quia negatio entis non potest esse entis subiectum; ergo negatio entis in alio non substans accidentibus.

Tom. 2.

18. Respondebis: rationem entis, in decē prædicamentis diuisam, esse posituum, per seitatem veto illam contrahentem esse negatiuum.

Sed contra est primo, nam ratio communis positiuam non valet contrahi per differentiam negatiuum, (ni dicas eadem rem realiter & entitatius esse simul positiuam & negatiuam) ergo nedum ens contractum, sed per se contrahens, habet rationem expressionis positivę,

Sequela probatur: nam (ut cōstat ex vniuersalibus) inter rationē genericam, & differentialem, nulla versatur distinctio realis; ergo implicat rationem genericam positiuam contrahi per differentiam negatiuum.

Hoc argumentum maiorem habet efficaciam in præsenti, quam in alijs materijs, nam inter ens, & *per se*, non datur distinctio rationis, quæ datur inter genus, & differentiam.

Contra est secundo, nam quia in rationalitate fundatur negatio irrationalitatis, ideo res, quæ rationalitatem participat, in dispensabiliter negationem etiam irrationalitatis participat, sed in aduersariorum solutione negatio essendi in alio fundatur immediate in ente positivo; ergo omnia inferiora, quæ illud participant, in dispensabiliter debent negationē essendi in alio participare : quod falso est; ut videre est in accidēti.

E 3

19. Di-

Disputatio quarta. Questio prima.

19. Dices. Quod substantia cōuenit per modum quidditatis, uero modo potest accidenti cōuenire; sed accidentia diuinitus, in venerando Eucharistiae mysterio, gaudent perfectate positiva; ergo substantia transcendentalis nō est ens per se positivum.

20. Sed hoc argumentum à modernis allatum in præsenti nō valet ab aduersarijs adduci in fauorem suæ opinionis; nam eandem vim (nifallor) habet contra ipsorum sententiam, nam ad perfectatem positivam accidentium necessario debet sequi perfectas negatiua, seu negatio essendi in alio, tanquam in subiecto, que (in ipsorum opinione) est de conceptu quidditatiuo substantiæ: tum sic: quid quid conuenit substantiæ per modum essentiæ non valet nec diuinitus cōuenire accidenti, per modum quasi proprietatis, seu rationis consecutæ; sed accidentia in Eucharistia (saltim per modum rationis consecuta ad perfectatem positivam ab illis assignatam) ha-bent negationem essendi in alio; ergo talis negatio non valet assignari pro essentiâ substantiæ.

21. Pro omnibus verò respondeatur, cum peritioribus Thomistis, concedendo maiorem, & negando minorem: nam accidentia in Eucharistia solum habent perfectam negatiuam consistētem in hoc, quod à Deo per extrinsecam manutentionem conseruentur sine subiecto, in quo erant in hæsiue.

Et quod hic modus essendi non sit contra naturam accidentis, constat ex eo, quod inherēntia actualis non se habet ut quidditas accidentium; sed solum ut modus connaturalis, sine quo valet diuinitus esse: sicut substantia valet esse sine termino connaturaliter debito.

§. V.

Secunda conclusio.

22. **S**ubstantia prædicamenta: illis, quæ in recta linea arboris collocatur, non est substantia completa complem ento naturæ; sed est natura incommunicabilis alteri tanquam supposito: vel est natura ultimò termino, scilicet, substantia terminata, ad quam sequitur negatio essendi in alio tanquam in supposito.

Pro conclusionis intelligentia nota, quod tripliciter potest aliqua res esse *in alio*. Primo, tanquam in subiecto inhesionis, quo modo albedo v. g. est in substantia media quantitate. Secundo, tanquam in subiecto informationis, quo modo forma substantialis est in primo subiecto. Tertio, tanquam in supposito, qualiter & humanitas in homine: vel Pauleitas in Paulo.

Similiter etiam potest res esse *per se* tripliciter. Primo, quia non est *in alio*, tanquam in subiecto inhesionis, quo modo forma substantialis dicitur *ens per se*. Secun-

dò,

do, quia non est *in alio*, tanquam in subiecto informationis, quo modo est humanitas ens *per se*.

Tertio, quia non est *in alio*, tanquam in supposito, qualiter homo, & Petrus sunt entia *per se*.

23. Quo supposito probatur primò conclusio. Genus debet esse extra cōceptum differentiarum; sed substantia, prout dicit quādam rationem communem ad cōpletā, & incōpletā, nō est extra cōceptū differentiarū, cū nulla detur differentia, quantumcumque incompleta sit, quæ subterfugiat rationem substantiæ: ergo substantia, quæ abstrahit à completa, & in completa, non est primi prædicamenti substantiæ constitutiva, ergo sola substantia completa per substantiæ terminum cōstituit generalissimum huiusprædicamenti genus.

24. Secundo probatur conclusio. Illa substantia est prædicamentalis, quæ distinguitur à transcendentiali, & in qua omnia individua, quæ in prædicamento sunt, conueniunt; sed substantia, terminus substantiæ terminata, distinguitur a transcendentiali, vtique quia pro ut sic, nequit in modis, neque in partibus substantialibus reperi, & etiam in illa ut sic terminata conueniunt omnia individua, quæ sunt in prædicamento substantiæ; vtique quia omnia conueniunt in hoc, quod est habere naturam ultimo termino terminatam; ergo substantia prædicamentalis, quæ in linea recta arboris ponitur

Tom. 2.

est natura ultima terminata, vel est natura alteri incommunicabili ut supposito.

25. Tertio probatur ratione speciali. In arbore a Doctoribus in secundo prædicibili apposita) non ponitur animalitas, humanitas, Petreitas; sed animal, homo, Petrus; at qui hec omnia includunt naturam substantiæ terminatam, ergo natura per substantiam terminata est, quæ ponitur in recta linea prædicamentali. Probo minorem; tum ex simulacris ubi homo est ab omnibus appellatus terminus concretus, quia constat ex natura, & substantia; tum ex Theologia, nam omnes Catholici uno ore docent, in materia de Incarnatione, verbum diuinum non assumpsisse hominem, sed humanitatem; ergo homo, ultra humanitatem, includit substantiam; ergo in recta linea prædicamentali solum collocantur substantiæ ultimo termino completa.

26. Dices. Sicut substantia cōpletur per substantiam; ita accidens per inherentiam; sed hoc cōplementum de facto consequuntur omnia accidentia etiam incōplete; ergo illud debet ab omnibus adipisci substantijs.

Primò respondeatur negando maiorem quoad primam partem, nam accidens non completur per inherentiam, sed per expressiones diuersas, quæ illud in diuersa constituunt prædicamenta.

Verum tamē, gratis hoc admisso respondeatur secundo, conceden-

Disputatio quarta. Quæstio prima.

do maiorem, & minorem, & negāde consequentiam; nam complementum accidētis (in casu, quo sit in hærentia) est in ordine ad aliquod subiectum existens in alio prædicamento, quod naturaliter querit propter propriam debilitatem, & imperfectionem; & ideo ab accidēti debiliōri, maiori qualitur propensione, & necessitate; at vero substantia complementū est intra idem genus, & nascitur ex substantiæ perfectione; & ideo ab incompletis, & imperfectis non ex poscitur, quia omnes non obtinent perfectionem ad substantiæ exigentiam requisitam.

§. V I.

Enodantur aliqua que conclusione obstant.

27. **O**bijcies primo. Sola substantia subsistens est per se in prædicamento collocanda; sed sola substantia prima est subsistens; ergo substantia secunda non est in prædicamento collocanda, at hoc est falsum, ut ex se constat; ergo substantia non est substantiæ necessaria, ut sit in prædicamento.

Respondetur concedendo maiorem, & negando minorem, nam licet substantia secunda per se primo, & in actu exercito, non sit substantia; hoc est, licet immediate, & exercite non respiciat substantiam, nisi media substantia singulari, vel prima; tamen et abstrac-

ta à primis substantijs valet concipi ut subsistens signata. Doctrinam hanc tradit Diuus Thomas pluribus in locis; sed præcipue, 1. p. q. 29. a. 2. & in 1. distinct. 23. q. 1. art. 1. ubi expresse docet, substantiæ proprius esse in generibus, & speciebus, quam in individuis.

Nec ex hoc licet inferre, contra nostram solutionem, vniuersale Platonicum: nam Plato realiter admissit substantias secundas exercite subsistentes, ut a singularibus separatas; nos vero solum per intellectum, & signata, ut prima exercitum subsistendi consequantur.

28. Replicabis. Substantia, per substantiam terminata, est alteri incommunicabilis; sed per nos suum premium huius prædicamenti genus est substantia, substantia terminata; ergo, ut sic, non est intermedio generi communicabilis.

Respondetur distinguendo maiorem, est alteri incommunicabilis, tanquam supposito, concedo maiorem, tanquam inferiori, nego maiorem, & concessa minori, nego consequentiam; nam licet substantia, per substantiam terminata, nequeat alteri supposito communicari: potest tamen ab inferiori, à quo fuit abstracta, participari.

29. Obijcies secundo. Generallissimum substantiæ genus est in completum metaphysice, utique quia non constat genere, & differentia; ergo non valet collocari in prædicamento, etiam si sit per sub-

sistentiam ultimò terminatum.

Repondet negando antecedens: nam substantia per sistentiam terminata, habet complementum ad genus supremum substantie: etiam si non constet ex partibus metaphysicis; videlicet ex genere, & differentia, quia, ut sic, concipitur per modum naturae per se stantis, ultimò per sistentiam terminatæ.

Nota tamen subsistentiam nō conuenire generi supremo huius prædicamenti in exercitio, sed solum signare: nam in exercitio (ut dixi in solutione primæ obiectonis n. 26.) solum connexit substantijs primis; & secundis, ut realiter sunt in prioris; non vero ut sunt à primis abstracte; plura namque verificantur de prædicatis superioribus, quæ in ipsis nō habent exercitium: ut constat in homine, de quo verificantur, quod sit corruptibilis: etiam si solum in individuo valeat habere corruptionis exercitium.

30. Obijcies tertio. Anima rationalis, à corpore separata, gaudet subsistentiæ complemento: & tamen directè non ponitur in prædicamento; ergo complementum subsistentiæ non est sufficiens, ut res sit in prædicamento.

Respondeatur concedendo maiorem, & minorem, & distinguendo consequens, complementum subsistentiæ non est sufficiens, si aduenit entitati incompletæ, & per se ad alteram ordinatæ, concedo consequentiam: si aduenit

entitati completæ complemento natara, & ad alteram non ordinatæ, nego consequentiam: nam anima rationalis in statu separacionis, etiam si subsistat absque materia, tamen est ad illam per se ordinata, tāquam ad propriam copartem: & ideo excluditur à recta linea prædicamentali, in qua solum entia completa valēt collocari.

31. Replicabis. Genera intermedia sunt incompleta: & tamen pertinent per se ad prædicamentum; ergo ex eo, quod anima sit incompleta, non sequitur, quod non valeat per se in prædicamento collocari. Pro bono a iore, genera intermedia ordinantur ad constitutionem inferiorum; ergo genera intermedia sunt incompleta.

Aliqui Thomistæ respondent, genera intermedia, in ratione speciei subalterna (in qua cōsideratione non ordinantur ad constitutionem inferiorum) esse cōplete, & per se collocabilia in prædicamento.

32. Verum tamen hæc solutio non potest sustineri: nam genus generalissimum non obtinet rationem speciei, sed solum generis ordinati ad constitutionem inferiorum: & tamen directè collocatur in recta linea prædicamentali, & directè attingitur à metaphysico; ergo genera intermedia non solum in ratione speciei, & ut substantiæ, vel superiori subiectibilia, debent per se collocari in

Disputatio quarta. Questio prima.

prædicamento : sed etiam ut ha-
bent rationem generis, ad consti-
tutionem inferiorum ordinata.

33. Sed antequam propriam
proferam solutionem, nota: hanc
objectionem multum probare,
nam si aliquid concordat, certè co-
cludit, individualia sola in prædi-
camentali serie collocari, quia solum
individualium, completum quid est
undequeque : atque adeo Placi-
dus v.g. generalissimum substan-
tiæ constitueret prædicamentum,
quo nihil absurdius.

34. Respondeatur ergo negando
maiorem ; nam genera interme-
dia, licet non habeant totius ac-
tualis, habent tamen totius po-
tentialis perfectionem, quod suf-
ficit, ut per se sint in prædicamen-
to.

Nec obstat quod, ut sic, ordi-
nentur ad constitutionem inferio-
rum; nam non ordinantur ad co-
stitutionem ipsorum, per modum
partis, sed per modum totius po-
tentialis relatiui , constituentis
alias rationes inferiorum.

Norit tamen, totum potentia-
le dicere ordinem ad constitutio-
nem inferiorum : tum ex actuali-
tatis defectu, quem totum actual-
e, ratione propriæ perfectionis,
non importat: tum ex eo quod ex
se est relatum.

Nec obstat, quod genus subal-
ternum respiciat, ut perfectibile,
inferius: nā licet verum sit, quod
pars, etiam ut perfectibilis, si ma-
terialis sit, respiciat aliam cōpar-
tem: tamen genus, ita est perfec-

tibile, ut non excludat perficien-
tem : at vero pars materialis ita
est perfectibilis, ut excludat per-
ficientem.

Vide quæ latè dicta sunt in 1.
p. Logice, disp. 4. q. 3. §. 6. nū. 39.
& disp. 1. q. 3. §. 5. nūm. 13. & 14.
Et adde, totū potentiale esse me-
dium, inter totum actuale, & par-
tem: nam à ratione totius actu-
alis participat completionem, &
continetiam totius perfectionis;
& à ratione partis, hoc , quod est
exprimi per modum perfectibi-
lis, vel perficientis.

35. Et quod ratio totius poté-
ntialis, cum his imperfectionibus,
sit sufficiens ad rectam prædi-
camentalem lineam, constat ex eo,
quod prædicamentum : (ut dixi
ex Philosopho) est coordinatio
prædicatorum superiorum, & in-
feriorum ; sed superius non valet
ordinari ad inferioris prædicatum,
nisi quia est de inferioris concep-
tu per modum perfectibilis, vel
perficientis : ergo istæ rationes:
per quas deficit totum potentia-
le à ratione totius actualis, sunt
indispensabiles ad rectam prædi-
camenti constitutionem.

Q V A E S T I O . II.

Quid supra naturam addat sup-
positum?

§. I.
Lux tituli, & questionis.

I. C Raus hæc difficultas ma-
gis ad Theologum, quā
ad

ad Metaphysicū spēctare videatur. Sed communis consuetudo, (à qua nec vngue huc vlique recessimus) iubet illam in præsenti examinare: & merito quidem, est enim subsistentia (vt læpe diximus) ultimus substantia terminus. Vnde ut huīs prædicamentū completa habeatur intelligentia, oportet de complemento substātiz disputare.

2. Colligendum est primò, ex definitionibus personæ, suppositioni, & hypostasis, discrimen, quod inter has versatur naturas. Nam persona (vt constat ex Boetio) est rationalis natura individua substantia: (vt exponit Riccardus de Sāto Victore) est in seūlū individualis natura incommunicabilis substantia.

Suppositum vero (iuxta hanc expositionem) est irrationalis natura incommunicabilis substantia.

Hypostasis denique proprie est, personalitas, que alienam valet terminare naturam. Vnde suppositum, persona, & hypostasis, habent se quodammodo ut superius, & inferius, nam omnis hypostasis est persona, & suppositum: & omnis persona est suppositum: non tamē omnis persona est suppositum, nec omne suppositum est persona: licet impropriè, & translatiè omnia omnibus conueniant.

3. Pro exācta harum definitiōnum intelligentia, supponendum est secundò, ex materia de incarnatione: personalitatem omnem, sive creatam, sive increatam, esse diuinitus alteri incommunicabi-

lem vel upposito: tum quia saltim hæc independētia, seu incomunicabilitas alij tanquam supposito, est de essentia personalitatis. Tum quia sicut albedo nequit de albari, sic personalitas nequit per sonari. Tum quia ultimus terminus non valet in eadem linea terminari: ni dicas personalitatē habere per essentiam, nēdum actualem terminationem, sed etiam potentialem terminabilitatem.

4. Dices: personalitas creata actu dependet à natura creata: ergo ex se non est independens ab aliquo extrinseco, cum depēdētia independentiæ repugnet.

Respondetur concedendo antecedens, & negando consequētiā: ad probationem nego repugnare idem esse dependens, & independens, respectu diuersiorū: personalitas ego est dependens à natura, cui est communicabilis, & independens à supposito, cui est incommunicabilis: non aliter ac anima rationalis est dependens à Deo, & independens à materia, quam informat.

5. Ex hac certa suppositione dimanat secunda: scilicet, personā, ut personam, non posse terminari alia personalitate, nec assumi ab alia persona etiam increata.

6. Obijcies: humanitas Christi, personata per personalitatem Verbi Diuini, valet personari per personalitatem Patris æterni; ergo personalitas non reddit naturam incommunicabilem alteri tanquam supposito.

Disputatio tertia. Questio secunda.

Respondeatur concedendo antecedens, & negando consequentiam in sensu formalis, & reduplicatio; nam licet verum sit, quod natura, personalitate aliena personata, valeat specificatiæ, & cōcomitanter personari alia personalitate infinita; tamen ex hoc non sequitur, quod destruatur essentia personalitatis; nam hec non consistit in hoc, quod est reddere naturam, speculatiæ, & concomitanter incomunicabilem alteri, tāquā supposito; sed in hoc, quod est reddere illam formaliter, & reduplicatiæ, incomunicabilem.

7. Replicabis. Natura humana v.g. propria personalitate personata, non valet personari personalitate verbi, nec alterius personæ increatae; ergo personalitas nec specificatiæ relinquit naturam communicabilem alteri tanquam supposito.

Respondeatur concedendo antecedens, & consequentiam, si loquatur aduersarij de natura creatæ, propria terminata personalitate; nam hæc tam intensiæ, quā extensiæ illam terminat, non relinquent locum ad ulteriore terminationem; ut latè docent omnes fere scholætici in materia de Incarnatione.

8. Non quiesces. Natura humana terminata per personalitatem Verbi, valet terminari, saltim cōcomitanter, & specificatiæ, per personalitatem Patris; ergo terminata per personalitatem pro-

priam, poterit simul terminari cōcomitanter, & specificatiæ per personalitatem Filii.

9. Patres Suarez disp. 14. sect. 1. & Vazquez disp. 33. cap. 2. respondent concedendo antecedens, & negando consequentiam, nam natura terminata personalitate propria estens *per se*, & *in se*; at vero personalitate aliena estens *in alio*: implicat autem, quod eadem natura sit *per se*, & *in alio*; non verò quod sit *in alio* ratione duplicitis substantiæ extraneæ.

10. Sed contra est, nam non implicat, quod eadem natura sit *in se*, & *in alio*, ratione diversarū potentiarum, in ordine ad diversos terminos; sicut non implicat, quod accidentis sit *in alio* naturaliter ratione propriæ essentiæ; & *per se* supernaturaliter, ratione potentiarum obediencialis; ergo natura poterit esse *per se*, & *in se* ratione propriæ subsistentie, & *in alio*, ratione alienæ; cum esse *per se* cōueniat ratione potentiarum naturalis, & esse *in alio* ratione obediencialis.

11. Quare rationem discriminis tradit Durandus in 1. distinc. 1. q. 3. a. 3. ex eo, quod subsistentia absoluta repugnat cum relativa; neutiquā vero una relativa (qualis est propria) cum aliena, qualis est diuina.

Sed contra est; nam præterquam quod in Deo multi de facto concedunt, præter tres subsistentias relativas, unam absolutam (non probatur, quare absolute subsistentia repugnet, in eadem natura, cum rela-

Quid supra naturam addat suppositum?

39

relativa, si relativa inter se opposita non repugnant.

12. Vnde aliter respondetur concedendo antecedens, & regādo consequentiam, nam natura naturaliter subsistens in propriis persona deberet accipi ad novum subsistere in aliena persona, si ab illa assumeretur; quod absque dubio repugnat: cum natura, ex se adequate incommunicabilis, & subsistens, non valeat postea communicari alteri, ut adequate subsistit, at vero subsistens in persona diuina valet, absque repugnantia, assumi ab alia divina, quia per secundā non assumitur ad nouum subsistere, sed solum ad nouum terminatur: cum in diuinis subsistentia in esse subsistentię sit substātine una. Vide, quæ dicenda sunt in prædicatione relationis, disp. 6. q. 6. §. 8. n. 25.

Et adde hanc solutionem colligiet Sancto Doctore, in 3. dist. 5. q. 3. vbi sic decantat. *Quo i assūtiur trahitur ad aliqnid completius, ipsi sum incompletum existens, et hoc est contrarationē personae, qua maximam completionem importat; ergo ex mente Dini Thomæ natura qua per personalitatem propriam completur ad esse personam, non valet iterum compleri per personalitatem alienam.*

13. His suppositis ad hoc, ut aliquo modo essentiam propriam personalitatis cognoscas: supponendū est tertio, ut (inter Catholicos) indubitatum; suppositum addere aliquid, siue distinctum, si-

ne indistinctum, siue positivum, siue negativum, siue intrinsecū, siue extrinsecum, supra naturam, nam de fide est, quod Verbum Diuinum non hominem, sed humanam solū assumpit naturam, ergo suppositum supra naturam aliquid addit.

Nunc ergo, quod in dubiū veritatis, est, quid sit hoc, quod suppositum addit?

14. Sed antequam sententias proferamus, supponendum est quarto, nos nomine naturę, in hac questione, nō intelligere essentiā, seu formalitatem per definitionem explicatam, quo modo animal rationale appellamus naturam, seu essentiam hominis, sic enim natura nō distinguitur ab eo, cuius est natura, & essentia; ut docet Aristoteles, 7. metap. cap. 10. dicens: id quod est, nullo modo distinguitur ab eocuius est, sed in praesenti intelligimus per ly naturam, naturam substantialem: nomine abstracto significaram; videlicet, humanitatem; & de hac inquirimus, an sola constitut suppositum, an vero requirat aliquid ab illa realiter distinctum?

§. - II.

Iudicia refero.

15. IN hacre prima sententia aliter, suppositum, sola ratione ratiocinata, distinguunt à propria natura: ita ut natura concepta vel habita, exprimat formalitatem naturę,

Disputatio quarta. Quest. secunda.

tur, & concepta ut habens, exprimat formalitatem suppositi, ita Dicandas in 1. dist. 3. q. 1. Heircus quod lib. 4. q. 4. quos sequuntur platonici ex nominalibus.

16. Secunda defendit; suppositum, in re eto, & intrinsecè non addere ipsi naturæ aliquam entitatē, sed distinguere ab ipsa penes aliquid connotatum: unde iuxta hanc sententiam, Placidus, & il. ius humana, quoad omnem entitatem intrinsecam identificantur, & solum differunt in hoc, quod Placidus connotat aliquid extrinsecū, quod non connotatur ab humanitate. Hæc sententia tribuitur Capreolo, in 3. dist. 5. q. 3. a. 3. ad 1.

17. Tertia tenet, suppositum supra naturam solum addere accidentales passiones, quibus quasi contrahitur, & determinatur natura, & constituitur suppositum. Patrocinatur ab Herbœo quod lib. 3. q. 6. & à Lauello 7. metap. q.

18. Quarta affirmit, suppositū nō distinguere a natura, per aliquid positionum superadditum, sed per negationē existendi in alio, tanquam in supposito. Ita Scotus, in 3. dist. 1. q. 1. quem sequuntur Auctolus, apud Capreolum. Gregorius, & est communis in schola Scotitrum.

19. Quinta vero sententia docet; suppositū creatūm, supra natūram creatam, addere modum positionum, realiter distinctum, per quem natura est positione alteri incomunicabilis, tanquam

supposito. & ad quem sequitur cōmunicationis negatio iuxta hanc ergo sententiam distinguuntur à parte rei suppositū, & natura, si-
cū totum, & pars, nam suppositū dicit naturam, & suppositalitatem natura vero solum dicit aliquid, constitutus suppositū, simul cū suppositalitate.

Ita Caietanus, 3. p. q. 3. a. 2. & cum illo omnes Thomistæ. In gratiam huius prodecitione veritatis, sic.

§. III.

Prima conclusio,

20. Suppositum, & natura, in substantijs creatis, plusquam ratione distinguuntur.

Probatur, nam ex opposito se queretur suppositum humanum fuisse à Verbo Diuino assumptum sed talis sequela est falsa, quia Verbum Diuinum tantum assumpsit humanitatem, & non hominem, ut expresse docet noster Anselmus, lib de Incarnatione Verbi, cap. 2. ticens: denique qui non potest intelligere aliquid esse hominem, nisi in diuidum, nullatenus intelligit hominem, nisi humanā personā: omnis enim individuus homo persona est, quonodo ergo iste intellegit hominem assumptum esse à Verbo, non personam? id est aliam natūram, non aliam personam esse assumptam, ergo suppositū plusquam ratione est a natura distinctum. Probatur sequela ex eo quod Verbum Diuinum assumpsit

sit vere iudicium, quod realiter identificatur cum natura.

21. Contra hanc rationem sic insurgit Pater Vazquez. Persona Divina realiter non distinguitur à natura Divina, & tamen de fide est naturam humanam non terminari, nec personari à natura; sed à persona Divina, ergo absque distinctione reali, inter suppositum, & naturam humanam, poterit assumi à Verbo Divino natura humana, & non suppositum.

22. Nihilominus huius solutionis subtilitas non fregit vires nostra rationis, nam licet distinctio rationis cum identitate reali inter naturam, & suppositum Divinum sufficiat ad hoc, ut suppositum, & non natura Divina, terminet naturam humanam, quia natura ex se, & ratione sui non est capax terminandi; tamen natura Divina, realiter indistincta à personalitate, terminat, ratione personalitatis indistinctæ; at personalitas creata, nec ex se, nec ratione naturæ, vallet assumi à Verbo; ut late docent Theologi in materia de Incarnatione; ergo persona creata, plusquam ratione, distinguitur à natura.

Confirmatur primum hæc ratio: si ratio suppositi indistinctū quid est à natura, sequitur in Christo Domino mansisse realiter suppositum humanum; ergo ne hoc absurdum concedamus, admittendū est rationem suppositi realiter distinguī a natura.

Sequela probatur, in Christo

Domino planct tota natura humana, secundum omnem suientitatē ergo si suppositum humanum re ipsa non dilitinguitur a natura, in Christo Domino mansit humanū suppositum.

Secundo confirmatur eadem ratio. Hæc humanitas creata a parte rei est in Christo Domino, non tamen est a parte rei hoc suppositū creatum, ergo à parte rei aliqua distinctio intercedit inter hanc natūram, & hoc suppositum: nam illa quæ à parte rei identificantur, simul sunt, ita ut ubicumque fuerit unum, aliud etiam debeat existere, & quotiescumque unum destruitur, alterum etiam definit esse ut patet in gradibus essentialiter subordinatis.

23. Dicēs; non deficere aliquam entitatem humanitati Christi, nec supposito creato; sed significari alem entitatē diuerso modo in Verbo Divino, ac est in se; videlicet, ut habitam, & non ut habentem, & ideo dicimus naturam, & non suppositum esse assumptam à Verbo.

Sed contra est primò ergo iam suppositum creatum, saltim addit supra naturam creatam negationem actualis communicationis, utique quia supposita actuali communicatione, natura non potest dici suppositum ergo necessaria est negatio talis communicationis, ut dicatur suppositum; sed non est necessaria ut conditionis; ergo est necessaria ut aliquid superadditum naturæ. Major

Disputatio quarta. Questio secunda.

ior probatur, quia si negatio est conditio ad rationem suppositi, iam suppositum est aliquid posterioris negatione; sed natura est aliquid prius negatione; ergo natura est aliquid distinctum à supposito, cum inter naturam, & suppositum mediet, ut conditio, realis negatio.

Contra est secundo: si negatio est conditio ad esse suppositi, deficiere tali negatione, vel deficit, vel non deficit realiter suppositū? si primum; ergo iam suppositum erit aliquid distinctum à natura: cum realiter deficiat, nō deficiēte natura: si secundum; ergo iam manet suppositum, deficiente negatione, & per consequens, talis negatio non est conditio, ad rationem suppositi.

§. IV.

Secunda conclusio.

24. **S**uppositum supra naturam addit aliquid intrinsecum, & non solum extrinsecum connotatum.

Est contra Capreolum, & probatur primò, nam cum opposita sententia defendit suppositum dicere supra naturam existentiam, vel aliquid extrinsecum connotatum, vel in formalitate intrinseca suppositi est aliquid superadditū; vel non? si primum, hibeo intentum conclusionis, cum iam per illud intrinsecum constituantur intrinsecè suppositum, & distinguantur a natura: si secundum; ergo si

cut suppositum, sic natura connotabit illud extrinsecū; utiq; quia si una & eadem est formalitas intrinseca suppositi, & naturæ, una & eadē erit ratio connotationis.

25. Explicatur, & roboratur hæc ratio; quia etiam si terminus connotatus sit extrinsecus cōnotanti: connotatio tamen semper est cōnotanti intrinseca: ut videre licet in potentij, & relationibus, quibus connotationis terminus est extrinsecus, ordo verò ad illū est eis intrinsecus: quo pasto sic insurgo: vel natura includit intrinsecè connotationem, sicut suppositum, vel non? si primum, iam natura, & suppositum nullo modo distinguuntur, quia sicut suppositum, sic natura connotat aliquid extrinsecum: si secundum; ergo suppositum, & natura, non solum distinguuntur, ratione extrinseci connotati, sed etiam ratione intrinsecæ connotationis, quam suppositum, & non natura dicit.

Roberatur secundo, quia cùm dicit Capreolus, suppositum, & non naturam, esse suscepitum actualis existentie, vel intelligit in supposito aliquam formalitatem distinctam à formalitate naturæ, ratione cuius aliqua tribuat supposito, quod non concedit naturæ: vel nullam intelligit formalitatem in supposito, quam non intelligit in natura? si primum, idē, quod nos, affirmas; nam per illam for-

formalitatem distinguimus suppositum à natura: secundum est impossibile; quia non potest intelligi, quod una, & eadem formalitas, sit, & non sit susceptiva eiusdem actus: immo inintelligibile est, quod aliqua distinguantur per connotationem extrinsecam, quin prius distinguantur per formalitates intrinsecas connotates.

26. Dices (pro Capreolo) eadem entitatem, secundum diuersas formalitates, posse connotare, & non connotare aliquem terminum: ut constat in opinione probabili assertentium, relationem nō distingui realiter à proprio fundamento; sed esse unam, & eandem entitatem, qua, in quantum relatio, connotat extrinsecum terminum, & in quantum fundamentum, illum non connotat: utique quia album, fundans similitudinem, nō connotat extrinsecum terminum: simile verò fundatum in albo illum connotat.

Contra tamē est, quia hęc sententia coincidit cum prima; & ideo eodem modo est impugnanda.

27. Replicabis. In opinione Thomistarum eadē natura, secundum diuersos gradus, est similis, & dissimilis: vel (quod idem est) secundum unum connotat aliud simile, quod secundum aliud non connotat; ergo non solum in sententia Jesuitarum familiariz, sed etiā in nostra, valet eadem entitas, secundum diuersas formalitates, connotare, & non connotare eundem

Tom. 2.

terminum extrinsecum.

Respondetur distinguendo antecedens: eadem entitas est similis, & dissimilis, per diuersas relations, corredo antecedens; per entitatem propriam, nego antecedens, & consequentiam; nam in præsenti non negamus, quod eadem entitas, ut quod, non possit secundum diuersas formas, diuersas accipere denominations; sed quod eadem possit ex se connotare, & non connotare eundem terminum.

S. V.

Tertia conclusio.

28. **S**Vppositum nō addit supra naturam accidens aliquod, aut modum accidentale.

Probatur: subsistentia complect substantiam, intra proprium substantię genus: cum sit ultimus substantia terminus, seu cōpletū; ergo non est accidens, cum accidens non perficiat substantiam, intra proprium genus, sed extrahat illam à proprio genere ad aliiquid accidentis genus.

29. Secundo probatur ratione Theologica; nam in Christi humanitate, antevertenter ad uniuersum hypostaticam, suerunt omnia accidentia connaturalia humanae naturae, (in quo sensu sacra Concilia definit, Verbū assumisse humanam naturam cum suis proprietatibus connaturalibus) sed in illa natura non fuit, pro illo

F

prioz

Disputatio quarta. Questio secunda.

priori, personalitas, seu subsisten-
tia propria, & connaturalis; ergo
hęc non est aliquid accidens con-
naturale humanae naturae.

30. Tertiō probatur. Ex natu-
ra humana, & subsistētia sit vnum
per se, per seitatem substantiali, sci-
licet homo; sed vnum per se, per-
seitatem substantiali, (vt dixi in 1.
p. Logice disput. 4. quest. 1. §. 4.
num. 10.) non potest resultare,
tanquam ex partibus, ex substanc-
tia, & accidenti, cum hęc extre-
ma non valeat per se ordinari mutuo
respetu; ergo subsistētia est
intra substantię genus; ergo non
est accidens.

§. VI.

Quarta conclusio.

31. Suppositum supra naturam
saddit aliquid intrinsecum
positiu[m], quod subsistētia, vel
supposititalitas nominatur.

Hanc conclusionem docet Di-
nus Thom. 3. p. quest. 4. art. 3. &
q. 17. art. 2. & eam presupponit
vt certam pluribus alijs in locis.

Et probatur, sana doctrina ex
partibus exhausta docet, Ver-
bum Divinum assumptissime naturā
humanam, consumptissime personā,
& gerente vicē personalitatis crea-
torū; sed omnia hęc non valent in-
telligi, si personalitas non est po-
sitiva, & realiter distincta; tum
quia negatio, cum sit entis care-
tia, non valet à Deo suppleri; tum
quia negatio, seu nihil, non est ca-

pax consumptionis: tū quia si per-
sonalitas esset negatio, unitas per-
sonae, (ab Athanasio in symbolo
fidei decantata) esset unitas ne-
gationis, & sic hęc propositio: ea-
dem personalitas terminat duas na-
turās faceret hunc sensum, eadem
negatio duabus est communis naturis;
ergo suppositum supra naturā ad-
dit aliquid positivum realiter à
natura distinctum.

32. Probatur secundo contra
Scotū: suppositum (in huius Do-
ctoris opinione) est natura, nega-
tione cōmunicabilitatis affecta.
Nunc inquirō: andicat de forma-
li naturam, & de materiali nega-
tionem, vel è contra? vel andi-
cat aggregatum ex natura, & ex
negatione in recto? prīmū non va-
let dici: tum quia negatio nequit
se habere vt subiectum positivæ
entitatis: tum quia negatio sapit
rationem accidentis, & sic quer-
rit subiectū positivum, in quo sit.

Secundum etiam non valet di-
ci, nam suppositum v.g. homo, est
à termino cōnotatiōe essentiāliter
distinctum: sed si de formalī dice-
ret negationē, esset cōnotatiūs,
sicut cœcus: quod ridiculum est.

Nec denique tertium valet di-
ci: tum quia (in opīsione aduersa-
riorum) nec ex accidenti, nec ex
negatione, vt subiecto valet fieri
vnum per se: quale est hoc suppo-
situm; homo: tum quia etiam esset
cōnotatiūs, sicut est album; er-
go suppositum nullo modo est na-
tura, negatione cōmunicabilitatis
affecta.

Con-

Contra iuratur: omnis negatio sequitur ad aliquid positivum; ergo haec: sed non ad positivum natura; cum haec sit communicabilis; ergo ad positivum alicuius termini intrinseci, quod non sit natura: sed aliquid naturae; non aliter ac punctum est aliquid linea, quamvis non sit pars linea.

33. Probatur tertio. In diuinis suppositum pro formalis dicit aliquid positivum; ergo & in creatis, cum creatum sit quoddam in creati suppositi participatio.

34. Probatur quarto. Verbum Diuinum supplet vices personalitatis creatarum per hoc, quod supplet dependentiam, quam natura humana est habitura a propria personalitate: non aliter ac Deus supplet in Eucharistia mysterio subiectum accidentium per hoc, quod supplet dependetiam actualem, quam habitura sunt accidentia a subiecto substantiali; sed in opinione Scoti, nihil creatum assignatur, a quo natura intrinsecè dependeat; ergo in sententia Scoti falsum est illud pronunciatum *Verbum supplet personalitatem humanam*. Minor probatur, nam natura humana non valet dependere a negatione comunicabilitatis, cum potius ex perfectione naturae, & ex perfectitate, seu subsistentia positiva, dimanet talis negatio; ergo absque aliquo positivo naturae superaddito non valet assignari aliquid, a quo talis natura dependeat.

Tom. 2.

§. VII.

Fundamenta Henrici.

35. **N**ihilum Henrici fundatum difficultate parit; nihilominus ex illis aliquaprofero: nam (ut constat ex dictis in Logica disp. vltima, q. vltima, §. 1. n. 5.) entitas, & ens taliter identificantur, ut huiusmodi praedicationes sint legitimæ: *entitas est ens; ens est entitas*; ergo similiter in inferioribus, abstracta, & concreta debent ita identificari, ut illæ propositiones sint veræ, (ad minus identicè, & materialiter) *Petrus est sua humanitas; humanitas Petri est Petrus*; utique quia sicut se habet entitas ad ens, sic se habet haec entitas, scilicet haec humanitas, ad hoc ens scilicet ad Petrum.

Respondeatur concedendo antecedens, & negando consequentiam: ad probationem nego paritatè, quia ens & entitas, cum sint transcendentia, ratione intimæ, & mutua incisionis valent ad invicem praedicari; at verò humanitas Petri, & Petrus, non se habent hoc modo, cum nec Petrus transcendat humanitatem, nec è cōtra, & ideo praedicationes sunt false.

36. Secundum sic se habet. Placidus v. g. nihil aliud est, quam compositum quoddam ex hac materia, & ex hac forma constitutum: sed eodem modo natura Placidi est constituta ex hac materia, & ex hac

F 2

for-

Disputatio quarta. Questio secunda.

forma; ergo realiter identificantur: utique quia ex identitate constitutum optimè colligitur realis identitas constitutorum.

Maior probatur, nam sicut natura Placidi à parte rei est entitas cōposita, & non simplex, sic Placidus à parte rei est entitas composita, & non simplex, sed natura Placidi solum constat ex hac materia, & ex hac forma; ergo similiter Placidus solum constabit ex eisdem partibus, cum non sit assignabilis alia.

Respondetur negando maiorem. Ad probationem cōcedo maiorem & minorē; & nego cōsequentiam: nā licet absolute sit verum, naturam, & suppositum cōstare materiam, & formam: ceterum suppositum ultra has partes includit suppositalitatem, per quam distinguitur à natura: ut constat in humanitate Christi Domini, quæ est compositum quoddam, ex hac anima, & ex hoc corpore: & tamen non habet rationem suppositi, usque dum terminetur à suppositalitate Verbi.

§. VIII.

Fundamentum Caprelii.

37. **P**ro secunda sententia sit hoc leue fundamentum, nā quādo concipimus naturam substantialem proximè aptam ad existendum, concipimus suppositū, quia in substantijs id, quod existit, suppositum est; ergo natura

substantialis habet rationem superpositi præcisè per hoc, quod est suscipere, vel posse suscipere existentiā; seu quod idem est, per hoc, quod illam connotet; ergo ratio superpositi supra naturā solum addit existentiæ connotationem.

Respondeatur negando ultimā consequentiam, nam natura non intelligitur ut susceptiva existentiæ, usque dum sit completa per personalitatem, seu per modum illum essendi per se, sine dependētia ab alio supposito; & ideo superpositum non constituitur per existentiæ connotationem: ni velis dicere, naturam per subsistētiā ultimo terminatam exigere, pro priori causæ materialis, existentiam; quia in hoc casu fateor naturam, ut sic, ultimo cōnotante existentiam esse suppositum.

§. IX.

Herbariū fundamentum.

38. **V**ARIIS Patrum testimonijs suam confirmat sententiam Herbæus; & præcipue adducit quoddam Angelici Doctoris satis difficile, in quo sententiam hanc manifeste docere videtur: habeturque 2. p. ques. 3. art. 3. vbi ait: *Quod in rebus cōpositis ex materia, & forma, distinguuntur suppositū à natura, quia natura tantum sub se comprehendit, quod cadit in definitione species, non verò materialiā individualiā, quam supposi-*

tum incluas. & rāco suppositum à natura distinguitur in rebus compositis, seu materialibus: secus verò in rebus simplicibus, & spiritualibus: ubi ipso forme per se individuantur; nam in his idem est natura, & suppositum; ergo (in opinione Diui Thomæ) suppositum supra naturam solum addit singularitatem indistinctā; ac per consequens, suppositalitas non est realiter à natura distincta.

Respondetur Diuum Thomā non loqui de suppositalitate propria, sed de lata, quae est singularitas, reddens naturam incomunicabilem alteri tanquam individuo; in hac ergo acceptione Diuus Thomas, (non in sua, sed in aliorum loquens opinionē, in qua singularitas rerum spiritualium non distinguitur, nec perrationē, à natura) docet, naturam materialeme incomunicabilem alteri, tanquam singulari, per aliquid per rationem distinctum; spiritualem verò naturam per seipsum. Quod vero Diuus Thomas accipiat individuum pro supposito, & è contra cōstat ex 3. p. pluribus in locis.

§. X:

Fundamenta Scotti.

39. **P**rimū sumitur ex definitione suppositi: nam suppositum est incomunicabilis substantia; sed natura cum negatione essendi in alio, tanquam in supposito, est incomunicabilis substantia;

Tem. 2.

tia: utique quia incomunicabile dicit pro formalī carentiam communicationis, & communicabilitatis; ergo natura, cum negatione essendi in alio tanquam in supposito, absque aliquo positivo est incomunicabilis substantia: ac per consequens suppositum.

Respondetur distinguēdo maiorem; suppositum est incomunicabilis substantia, ratione entitatis, vel modi positivi, concedo maiorem; ratione puræ negationis, nego maiorem, & minorē: nam in definitione suppositi particula *incommunicabilis* accipitur positivè, pro entitate, cui repugnat communicari, & non negatiūè; vt intēdit argumentum: sic uis cum punctum appellamus *indivisibile*, nolumus dicere punctum negationē diuisibilitatis cōstitui, sed esse aliud postiuim, cui repugnat diuisio.

Nec multiplicantur (in nostro casu) entites abique necessitate, quia ad ultimum terminandum, & complendum naturam realem, & positivam, necessarius est terminus realis, & positivus, qui illam ultimò cōpletat: cum hoc tamen stat, quod ad talēm terminū positivum sequatur inseparabiliter negatio essendi in alio, tanquam in supposito: non aliter ac ad substantiam transcendentalē sequitur inseparabiliter negatio essendi in alio, tanquam in subiecto in hæsionis.

Ex quo colliges, negationem incomunicabilitatis esse inseparabilem

Disputatio quarta. Questio secunda.

rabilem ab illo positivo, ad quod sequitur: & consequenter esse naturam incomunicabilem alteri, tanquam supposito, ex se; si negatio communicationis consequitur ad positivum naturae, & non ad positivum suppositi.

40. Et si pro Scoto, cum Scoto dicas, dari aliquas negationes essentialiter non connexas: ac per consequens non fundatas in aliquo positivo inseparabiliter: ut constat in negatione albedinis, quæ non sequitur ad aliquid positivum essentialiter, & inseparabiliter: sed solum accidentaliter, & separabiliter.

Contra est, nam licet verum sit, quod dentur negationes accidentaliter aduenientes subiectis: (ut notaui in §. prædicabili. q. 1. §. 2. num. 8. & §. 4. per totum) tamen istæ non valent separari, nisi per præsentiam formæ positivæ contradictione oppositæ: ut constat in exemplo allato ab aduersarijs: at verò personalitas creata, in humanitate Christi Domini, abest per aduentum personalitatis increatae; ergo debes dicere personalitatem creatam esse negationem increatae, quod falso est; & similiter increataem esse positivam, quod inconsequenter affirmabis, cum assertas creatam esse increatae participationem.

41. Secundum Scotti fundatum sic procedit: quia si suppositum adderet supra naturam aliquid positivum, sequeretur esse aliquid in natura, quod assumi no-

potest a Deo: nempe illud positivum, quo ultimò completur suppositum: consequens est falsum, quia omnis entitas creata subest potentia Dei; ergo suppositum non addit aliquid positivum supra positivum naturæ.

Respondeatur concedendo sequelam: nam nullum incommodum sequitur ex eo, quod concedamus in homine esse aliquid reale; nec pe naturæ complemetum, quod à Divina persona nequeat assumi, nam quamuis omnis natura creata quæ subdita sit potentia Dei, ut assumatur tamen ex se repugnat complemento naturæ creatæ assumptione, cum essentialiter sit incomunicabilis alteri tanquam supposito.

42. Tertium. Si suppositum adderet aliquid positivum supra naturam, illud esset quid substantiale, & essentialie, spe etans ad essentialiam suppositi; ergo cum homo sit suppositum humanum includet essentialiter suppositalitatem; ergo si quis hominum habeat suppositalitatem essentialiter diuersam ab alio homine, erit diuersus homo essentialiter; sed Christus Dominus habet personalitatem increatam, essentialiter diuersam à personalitatibus aliorum hominum; ergo est homo essentialiter ab alijs diuersus; ergo non conuenit cū alijs uniuocē: quod absque dubio est plusquam falso, cum Concilia, & Patres, varijs testimonijs defendant, & doceant, Christum Dominum esse vernum homi-

hominem habente in eandem naturam specificam, quam alij habent.

43. Hoc argumentum duo pete: primum; an subsistentia sit de essentia appositi? Secundum; an sit de essentia naturæ assumptæ in cōcreto v.g. de essentia hominis? Quod primum certum est, suppositalitatem esse de essentia suppositi, ut suppositum est, cum per illam constituantur formaliter in esse talis.

Quod secundum verò, non nulli Nominales in 3. dist. 4. affirmanτ, hominem, & omnem naturam substantiam creataν, sumptā in concreto, significare in re & essentialiter non tam naturam, sed etiam subsistentiam creataν: ex quo inferunt, Christum Dominum non conuenire cū alijs hominibus vniuersitate in ratione hominis, quia nō conuenit cum illis essentialiter in ratione suppositi.

44. Sed mihi, sicut nullo modo placere potest cōsequens, ut pugnans cum omnium Theologorū, & Patrum sententia, afferentium Christum Dominum esse verum hominem nobis consubstantialem, id est, habentem eandem naturam specificam cum alijs, ita nō placet antecedens, nec doctrinæ Nominalium: vnde dicendum est, hominem significare formaliter, & essentialiter in re & non subsistentiam humanam determinatè; sed humanam naturam in habente illam (ut sèpè docet

Tom. 2.

D. Thom.) sive habens talem naturā suppositum sit diuinum, sive humanum.

45. Quod si inquiras: quare subsistentia, vel suppositalitas humana, sicut humanitas, non sit de essentia hominis, cum ex humanitate, & suppositalitate humana fiat vnum per se, videlicet homo?

Respondeo: quod hoc concretum homo ex sua significat determinatam hominis naturam; & ideo intrinsecè, & essentialiter importat humanitatem; at verò determinate non significat aliquod suppositum; sed quodcumque indeterminatè; & ideo licet vnu per se (quale est homo) utrāque partem importet in re & tamen determinatè nullam dicit suppositalitatem.

46. Quartum. Si subsistentia, & natura realiter distinguuntur, spoliata omni subsistentia posset natura (saltim virtute diuina) manere in rerum natura: tūm quia omnia, quæ realiter distinguuntur, possunt virtute diuina manere separata: tūm quia omnis dependet, quam habet humanitas v.g. ab aliquo extrinseco valet à Deo perfectiori, & eminentiori modo (applicari), scilicet, in genere causæ efficientis; consequens est falsum; ergo antecedens, ex quo sequitur.

Quod verò talis sequela sit falsa, probatur primò: quia talis natura, à subsistentia separata, esset per se; ergo haberet rationē formalem essendi per se; ergo & sub-

Disputatio quarta. Questio secunda.

sistentiam sine subsistentia; quod impossibile esse ex eo constat, quod non potest dari effectus forma sine causa formalis.

Secundum: nam humanitas sic per se existens, & ab omni alio independens, esset persona; utique quia esset rationalis naturae individua substantia; ergo esset persona à subsistentia separata; ergo ne tot absurdum concedere cogamus, fatendum est personam solum negatiuè distingui à natura.

Primum respondetur negando sequelam, nam multoties contingit inter rem, & modum esse tam intrinsecam dependenciam, ut res non possit, nec diuinatus, catere omnino modo; ut videre est in quantitate, quæ nequit esse absque aliqua figura; & in materia, quæ (in meliori opinione) nequit esse absque aliqua forma: similis conexio reperitur inter naturam, & subsistentiam, & ideo non valet esse natura, in rerum natura, absque aliquasubstantia. Hanc solutionem non obscurè insinuat D. Thom. in 3. dist. 5. q. 3. ar. 5. ad 3. ex quo obiter intelliges esse aliquos modos ita immediatè oppositos, ut non possit res uno priuari, nisi ratione alterius; ut videre est in exemplis allatis: propter hoc non potest natura priuari propria substantia, nisi constituantur in alijs persona.

Secundo respondetur concedendo sequelam, ex quo nullum sequitur impossibile, nam in tali

calu natura esset ens per se, per seitatem substantie transcendentalis; non verò per seitatem suppositi: unde talis natura diuinitus existens absque subsistentia, esset incomunicabilis alteri tanquam subiecto, non verò tanquam supposito; & ideo non esset subsistens absque subsistentia, ut intendit prima argumentatio.

Nec secunda aliquid conuinicit, nam cum natura à subsistentia separata non sit incomunicabilis alteri tanquam supposito, ideo non est persona, nec rationalis naturæ individua substantia, iuxta communem Doctorum expositionem; ut dictum est ex Ricardo de Sancto Victore, §. 1. n. 2. huius questionis.

47. Quintum. Naturæ, & suppositum, sunt idem, quod existentia; ergo natura, & personalitas inter se sunt idem: utique quia in creatis, que sunt eadem vnde tercio, sunt eadem inter se. Aduersarij supponunt antecedens quoad primam partem, & probant illud quoad secundam, nam existentia substantiae differt ab existentia accidentis; sed non potest in alio differre nisi in hoc, quod existentia substantiae est ratio existendi per se; ac vero existentia accidentis est ratio existendi in alio ergo existentia coincidit per viam identitatis cum personalitate, seu subsistentia, cum idem sit per se existere, ac subsistere independenter ab alio.

Respondetur negando antecedens,

dens quo ad vitamque partem, nā neque natura, neque personalitas identificantur cum existentia; (vt videbimus in physicis, lib. i. disp. 3. q. 2. § 3. n. 8. Verumtamen dato & non concessio, quod natura identificaretur cum existentia, adhuc negandum est antecedens, quo ad secundam partem. Ad cuius probationem concedo maiorem, & nego minorem, si loquuntur adversarij de perfectate, qua natura est incommunicabilis alteri tanquam supposito, nam hæc perfectas nec dimanat à perfectate naturæ, qua est incommunicabilis alij tanquam subiecto, nec ex perfectate existentia, qua existit independenter a subiecto, sed a perfectate personalitatis ab existentia distincta, qua est incommunicabilis alij tanquam supposito. Cōstat in exemplo à contrarijs apposito; nam accidens, non constituitur in tuo esse essentia per esse in alio, quod dimanat ab existentia illius; sed per esse in alio, quod ex se habet.

Adde hoc argumentum nō posse adduci cum consequentia ab Scoto, nam in sua opinione suppositualitas pro formalí dicit negationem, & in hoc arguento est aliquid positivum cum natura, & existentia identificatum, cum negatione non valeat identificari nec cum positivo naturæ, nec cum positivo existentie.

48. Sextum. Si subsistentia esset aliquid positionale, à natura distinetur. Cum esset solum modahiter distinctum; sed hac distinctione non va-

Tam. 2.

lē distingui, ergo nullo modo. Minor probatur; effetus à subsistentia provenientes, videlicet, constituere naturam, vt principiū operationum, reddereque illam omnino incommunicabilem, ita perfectilant, vt non possint à modo dimanare; ergo subsistentia nō est aliquid positivum a natura per modum modi distinctum.

Respondetur concedendo maiorem, & negando minorem. Ad probationem nego antecedens, nam modus substantialis, qualis est subsistentia, est sufficiens ad constituendum suppositum, quod sit vi quod, principiū operationis, ratione naturæ operantis et quo, & similiter ad reddendam naturam incommunicabilem alteri tanquam supposito: non aliter ac existentia etiā si sit modus: extrahit naturam extra omnes causas.

49. Septimum. Si personalitas est aliquid positivum a natura distinctum; ergo Christus Dominus non habet omnem entitatem positivam creatam, quam habet alij homines, quod videtur contra Damascenum, lib. 5. cap. 1. ubi docet Deum assumpisse, quidquid plantauerat in humanitate.

Respondetur negando consequentiam, nam quamvis verū sit, quod Verbum non assumpsit personalitatem creatam, tamē humanitas assumpta habet omnem perfectionem positivam, quam alij homines possident, nam Verbum traxit naturam ad esse personæ, per personalitatem infinitam, &

in

Disputatio quarta. Quæstio tertia.

increatam, eminenter creatæ cōtentiam.

Nec hoc est contra locum Damasceni, nam Damascenus non dixit, Verbum alii nō sisse, quod p̄t auerat in homine: sed quod plana uerat in humanitate; quod (ut s̄pē sepius dixi in dilectissimæ questionis) absque dubio fait assumptum à Verbo.

Nec ex hoc sequitur (ut volūt Scotistæ) quod humanitas Christi Domini sit violēta, aut in statu incompleto; nam per personalitatē increatam est conuenientissimō, & perfectissimō modo terminata, increata enim continet creatam, ratione summæ perfectionis; & ideo superabundanter satiat appetitum naturæ; sed de hoc latius in materia de incarnatione.

QVÆSTIO III.

Vtrum accidens analogice, vel vniuersaliter, de suis predicetur in inferioribus.

§. I.

Referuntur sententiae.

1. Antequam ad singula accidentis accedamus prædicamenta, aliquam doctrinam omnibus communem, ut propria vniuersi cuiusque percipi valeat essentia, tradere studui: & quod primo se offert examinandum est an accidens vniuersale, vel analogice, de suis predicetur in inferioribus?

In hoc certamine aliqui assertores ens analogice prædicari de substantia, & accidenti (ut nentio omittamus constituentes vniuationem in ente, qui idem affirmant de accidenti) defendunt, accidentis vniuersale prædicari de suis inferioribus.

Pro hac stant Sotus in ante prædicamentis, cap. 4. q. 2. in solut. ad 1. Iauellus, 7. Metap. q. 1. disp. 39 Metap. se & t. 3. à num. 12. usque in finem.

Vbit tria affirmat: primum est, quod, accidentis in quantum comprehendit omnia nouem accidentis genera, id est, accidentia intrinseca, & extrinseca, non est vniuersale, sed analogie, respectu suorum inferiorum.

Secundū quod assertit est, quod accidens, in quantum comprehendet accidentia intrinseca tantum, modos scilicet, & formas accidentiales, est vere, & propriè vniuersale respectu illorum (quamvis probabiliter possit oppositum defendi.)

Tertium quod defendit est, quod accidens, in quantum comprehendit solum accidentia intrinseca, quæ habent vere, & propriæ rationem entitatis (in quantum entitas distinguitur contra modum) prædicatur propriè ut vniuersale respectu suorum inferiorum.

2. Oppositam vero sententiam docent grauissimi Auctores Diuinus Thomas 2. contra gentes, cap. 31, & innumeris alijs in locis do-

cet

cet prædicamenta esse primo diuersa, & non dari prædicatum cōmune vniuocum, & essentiale, ad res diuersorum prædicamento-
rum.

Caietanus, opusc. de analogia nominum: & cap. 7. de ente, & es-
sentia: Sencinas, 4. metap. q. 1. Fó-
seca ibidem, cap. 2. q. 2. Ferrara 2.
contra Gentes, cap. 32. est que
communis in schola Thomista.
rum.

§. II.

Notabilia pro resolutione questionis.

3. Pro resolutione questionis
notandum est, quod tunc re-
peritur analogia proportionali-
tatis, quando pluribus attribui-
tur aliquod prædicatum commu-
ne propter proportionalitatem
inter illa repertam.

Consulto dxi propter proporcio-
nalitatum, quia aliquando ea, quæ
habent proportionem, aut pro-
portionalitatem, valent inter se
propriam obtinere similitudinem,
& convenientiam: & tunc prædi-
catum non est analogum, sed vni-
uocum; nā cum intellectus prop-
ter similitudinem, & conuenien-
tiā omnimedā abstrahit prædi-
catum commune; tale prædi-
catum est simpliciter unum, non ob-
stante proportione, aut propor-
tionalitate; at verò cum abstra-
hit prædicatum commune ratio-
ne proportionis, aut propor-
tionalitatis, tale prædicatum nō ob-

stante similitudine omnimedā,
erit analogum.

Hæc doctrina hoc manifesta-
tur exemplo; Placidus, & Maurus
quia habent inter se propriam simi-
litudinem, & conuenientiam, præ-
bent intellectui fundamentum, vt
abstrahat ab illis rationem com-
munem vniuersā hominis; & quia
portionantur ad constituendū
vnicum prædicamentum per mo-
dum primæ substantiæ præbent
intellectui fundamentum, vt abs-
trahat rationem primæ substantiæ
illis communem, & analogam.

4. Ex quo secundo est notandum
quod quamvis aliqua inferiora ha-
beant inter se ordinem prioris, &
posterioris, si similitudo, & non
talis ordo, & habitudo præbet
fundamentum ad prædicatum cō-
mune, quādo abstrahitur, tale præ-
dicatum non erit vniuocum, sed
analogum illis, vt constat in rati-
tate, & potentia admirativa, est
enim ratiabilitas posterior potentia
admirativa, & dicit ordinem, &
habitudem ad illam; cæterum
quia ratio potentie non abstrahi-
tur ab illis propter ordinem, & de-
pendentiam, quam inter se habet;
sed propter veram similitudinem,
& propriam conuenientiam, non
est talis ratio potentie eis analo-
ga, sed vniuoca.

Vnde cum regulariter dicimus
analogum attributionis prius dic-
i de uno extremo, quam de alio,
debet intelligi quasi formaliter,
quia ordo prioris, & posterioris
præbet fundamentum ad abstra-

hen-

Disputatio quarta. Quest. tertia.

hendum prædicatum analogum, & non sufficit, quod in inferioribus reperiatur orto prioris, & posterioris, quasi materialiter; ut prædicatum illis communè prædiceretur ut analogum.

Vt constat in exemplo supra allato, nam aliud est prædicatum dici, & prædicari, de inferioribus, quorum unum est prius, & aliud posterius; & aliud prædicatum per prius dici de uno, & per posterius de alio, primum non obstat ad uniuocationem, cum inæqualitas, & dependentia de materiali se habeat; secas vero secundum, ubi inæqualitas, & dependentia se habet de formalis. His suppositis sit.

§. III.

Prima conclusio.

5. **A**ccidens non valet uniuocatio prædicari de his, quæ ad prædicamenta spectant diuersa.
¶ Probatur; nam illa, quæ ad diuersa pertinent prædicamenta, sunt primo diuersa; ergo non datur illis aliquod prædicatum cōmune uniuocum; vtique quia primo diuersa in nullo assimilantur, & ideo non præbent fundamentum uniuocationi, quia sola propria similitudo, & conuenientia (ut supra dixi) præbet fundamentum uniuocatio-

ni.

6. Explicatur hæc ratio: Prima prædicamenta inter se in nullo conueniunt simpliciter; ergo sunt primo diuersa. Antecedens probatur

si prædicamenta conuenient in parte simpliciter, essent metaphysice compositæ ex ratione communis, in qua absolute aſſimilarentur & ex ratione differentiali, in qua absolute diſſimilarentur, sed hoc primis repugnat gereribus, vtique quia, ut sic, non essent prima genera, sed species ex genere, & differentia compositæ; ergo in illis non datur conuenientia simpliciter.

7. Explicatur amplius eadem ratio, nam ex alio capite etiam se queretur accidentis esse verum genus, respectu suorum inferiorum, esset enim extra essentiam differentiarum, cum idem prædicatum respectu eiusdem termini non posset esse simpliciter principium conuenientiæ, & diversitatis; sed id, quod est extra essentiam differentiarum est secundum Philosophum genus ergo ex hoc capite etiam sequitur (in sententia aduersiorum) accidentis esse genus ad prima genera; quod in terminis implicat.

§. IV.

Secunda conclusio.

Si arebus, & modis accidentiis abstrahamus aliquod prædicatum commune, ratione ordinis, & dependentiæ reperte inter rem, & modum, tale prædicatum erit analogum, analogia media, à nobis in ante prædicamentis nouiter præfixa, disp. 3. q. 1. §. 8. nn. 32. & etiam attributionis analogia. ¶ Hæc conclusio ita stabilitur,

Quomodo accidens prædicetur de inferioribus? 47

tur, quia accidens non abstrahitur ab entitate, & modo accidentali, ratione ordinis, & dependentie; sed ratione proportionalitatis (ut infra videbimus) & ut sit posita probatur, quia non minus dependet modus ab entitate accidentalis, quam accidens a substantia utique quia sicut accidens, alicuius substantiae est accidens; ita modus, alicuius entitatis est modus; sed propter dependentiam accidentis a substantia abstrahimus ab illis prædicatis analogum analogia media, & etiam attributionis; ergo propter dependentiam modi ab entitate possumus etiam abstrahere prædicatum analogum, analogia media inter attributionis, & proportionalitatis analogias; & etiam analogia attributionis.

9. Huic argumento respondet Doctores contrariæ opinionis negando paritatem; quia accidens ad æquate dependet a substantia; ita ut non detur accidens, quod non sit alicuius substantiae accidens; modus vero accidentalis ad æquate non dependet ab entitate accidentalis, quia datur aliquis modus accidentalis, qui non sit entitatis accidentalis, sed substantialis modus: ut videre est in duratione substantiarum. Cæterum ex eplum ab aduersarijs allatum non infert cum consequentia suam opinionem, nam in opinione P. Suar. & aliorum, duratio non distinguitur ab existentia rei duratis, & sic spectat ad prædicamentum substantiarum, & non accidentis: ut late videbimus, lib. 4.

Philosophia, disp. 2. q. 1. §. 3. n. 7.

Sed quamvis pro nunc admittamus, quod huiusmodi præsupponit euasio, non soluit nostrę conclusiois fundamentum. ¶ Primo, quia possumus determinate abstrahere prædicatum aliquod commune à modis entitatum accidentalium, & ab ipsis entitatibus, propter determinatam dependentiam; quia sicut dependentia, quæ absolute reperitur inter rem, & modum, præbet fundamentum ad abstrahendum prædicatum analogum commune rebus, & modis, ita determinata dependentia, quæ reperitur inter rem accidentalem, & modum sibi proprium, præbet fundamentū ad abstrahendum aliquod prædicatum analogum, solum communem respectu illorum; ut contingit etiam in dependentia, quæ reperiatur inter substantiam, & accidens quæ præbet fundamentum ad abstrahendum ens commune substantiarum, & accidenti absolute: & determinata dependentia, quæ reperiatur inter substantiam materiale, & accidentia materialia sibi debitas, præbet fundamentū ad abstrahendum ens materiale quod solum illis est analogice commune.

Secundo, quia ad analogiam attributionis non est opus quod inter extrema particularia secundum peculiares rationes reperiatur dependentia, sed sat est, quod alterum extrellum, vñiter saliter sumptu, dicat habitudinem, & ordinem ad aliud: alias ens non diceretur analogice de substantia hominis, &

Disputatio quarta. Questio tercia.

accidentibus equi; quia accidentia equi non dependent à substantia hominis; ergo quamvis modus accidentalis non dicat determinatè dependentiam ab entitate accidentalit, prædicatum comune entitatibus, & modis accidentalib^s erit analogum attributionis; quia modus univ ersaliter sup^tpus dicit dependentiam, & habitudinem ad entitatem sive substantialem, sive accidentalem.

§. V.

Tertia conclusio.

10. **A**ccidens analogicū, proportionalitatis analogia, prædicatur, & dicitur, de accidentibus intrinsecis eiusdem, vel diuersorum prædicamentorum, quæ analogia hoc modo explicatur: sicut se habet quantitas ad proprium subiectum: ita qualitas ad proprium.

Probatur, quoad secundā partem. In ordine ad res diuersorum prædicamentorum non est assig- nabile prædicatum cōmune uniuocum esse ntiale; sed accidens non dicitur & quiocē de quantitate, & qualitate v.g. (vt ex se constat) nec dicitur analogicē secundum attributionem, quia qualitas non est accidens dependens à quantitate, nec ē contra; ergo accidens analogicē secundum proportionalitatem dicitur de rebus ad diuersa spectantibus prædicamen- ta.

11. Quoad primā partem pro-

batur, eadem ratio accidētis, quæ prædicatur de accidentibus diuersorum prædicamentorum, prædicatur et iā de accidentibus eūdem prædicamenti; sed accidens solum analogia secundum proportionalitatem prædicatur de rebus primo diuersis; ergo eodem modo prædicatur de reb^s sub eodem prædicamento existentibus. Probo maiorem, nam in his prædicationibus: *quantitas est accidens; albedo est accidens; figura est accidens;* non variatur ex parte prædicati modus concipiendi; sed idē prædicatum attribuitur secundū proportionalitatē omnibus his subiectis; ergo cum prædicatur de albedine, & figura, etiam est unum secundum proportionalitatem. Partet consequentia, quia si est idem prædicatum, eadem erit prædicati unitas.

Explicatur hæc ratio, quia inter illa, quæ spectant ad idē prædicamentum, non solum datur vera cōuenientia, & similitudo omnimoda, sed etiam proportio, quæ explicatur in ordine ad subiectū; ergo ratione huius proportionis est ab illis abstrahibile aliquod prædicatum commune; sed hoc prædicatum est accidens, quia propriè dicit habitudinem ad subiectum; ergo accidens, respectu illorum, erit analogum; cum ab illis abstrahatur secundum proportionalitatem.

(..)

§. VI.

§. VI.

*Collorarium ex questione
deductum.*

12. Ex his non obscurè sequitur, accidens prædicari analogicè de accidenti intrinseco, & extrinseco. Ratio est; nam quando aliquod prædicatum respicit aliqua inferiora primario, & alia secundario, tunc analogicè de illis prædicatur; sed accidens primario respicit accidentia intrinseca, & secundario extrinseca, seu que extrinsecè denominant; ergo de illis accidentibus analogicè prædicatur. Minor (in qua est difficultas) probatur; accidentes propriè & perfectè dicitur de accidenti intrinseco, & impropriè, & metaphoricè de extrinseco; ergo primario respicit accidentia intrinseca, & secundario extrinseca. Cösequentia probatur; nam ex eo homo primario dicitur de homine vero, & secundario de homine pieto, quia homo verus propriè, & intrinsecè participat rationem hominis, & pietus solam in propriè, & per metaphoram; sed hoc modo (proportione seruata) se habet accidens respectu intrinseci, & extrinseci accidentis; ergo primario, & propriè respicit intrinsecum, & secundario, & impropriè extrinsecum.

§. VII.

Opposita sententia rationis.

13. Per Rimam Patris Suarez rationem probat secundam suæ sententiae partem, in qua à nostra separatur sententia, sic se habet. ¶ Modus, & entitas accidentalis intrinsece, & proprie participant rationem accidentis; sed modus non est accidens in ordine ad entitatem accidentalem, neque è conuerso; ergo accidens uniuoce dicitur de illis, cum nullum extreum participet rationem accidentis per metaphoram, seu in ordine ad aliud, sed tam modus, quam entitas accidentalis dicantur accidentia in ordine ad substantiam.

Respondetur negando maiorem, nam licet modus accidentis intrinsece participet rationem accidentis, non tamen illam participat proprie; & ideo semper est cum dependentia, & ordine ad accidentes cuius est modus; unde accidentes respectu entitatis, & modi accidentalis est analogum; & analogia illa media à nobis assignata in anteprädicamentis, & analogia attributionis, in quantum denominatur ex trinsece ab entitate, cuius est modus, vide, quæ ibi dicta sunt disp. 2. q. 1. §. n. 30. & sequentiibus.

14. Dices. In eodem prædicamento qualitatis collocantur per se uniuoce figura, & color, utique quia de figura, & colore prædicatur

Disputatio quarta. Quest. tertia.

Est qualitas vniuoce, etiam si figura sit coloris modus; ergo vniuocatio valet reperiri inter rem, & modum; ergo accidens potest dici, & praedicari vniuoce de re, & modo accidentali.

Respondeatur concedendo antecedens, & distinguendo primum consequens; vniuocatio valet reperiri inter rem, & modum, respectu formalitatis omnino similis, concedo consequentiam; respectu formalitatis, solum secundum quid similis, nego consequentiam; nam (ut dixi in notabili 1. §. 2. n. 3.) ad vniuocationem sufficit vera, & propria conuenientia, quae reperiatur inter colore, & figuram; etiam si figura dependeat à colore, cuius est modus, nam praedicatum commune vniuocum sive respicit inferiora, quae maxime distant in perfectione; & praedicatum illud non abstractitur ratione attributionis, & dependentiae, sed ratione perfecte conuenientiae, & similitudinis, at vero accidens, cum sit in differentijs intimè imbibitum, abstractitur ab illis ratione dependentiae: unde accidens abstractum seruat (saltim radicaliter proximè) in qualitate, & dependentiam; ut constat ex dictis in antepraedicamentis, disp. 3. q. 2. §. 7. n. 31.

15. Tertiam suæ sententia par tem sic probat Suarez. Accidens vniuoce dicitur de speciebus eiusdem praedicamenti; ergo accidens non est analogum respectu omnium suorum inferiorum. Antece-

dens probat à simili, nam æquiuoca vniuoce dicuntur de speciebus alicuius æquiuocati; ut videre est in cane, qui vniuoce dicitur de inferioribus canis terretibus; ergo quæuis analogice diceretur de omnibus accidentibus, erit vniuocum respectu inferiorum alicius analogati.

Respondeatur negando antecedens. Ad probationem concedo antecedens, & nego consequentiam nam æquiuoca immediate respectu plures rationes, quæ sola vox conueniunt; & ideo quādō praedicatur æquiuocum de inferioribus alicuius æquiuocati, dicitur de illis vniuoce, quia determinatur ratione subiectorum ad supponendum pro ratione vniuoca, quæ in illis est omnino similis; & rerum analogum semper seruat eandem suppositionem, ratione inequalitatis, & dependentiae, & ideo semper praedicatur de illis analogice.

16. Secunda ratio pro hac tertia parte sic proponitur; nam si accidens comparetur ad quantitatem & qualitatem, & ad alias entitates accidentales, non est analogum attributionis, nec proportionalitatis: ergo est vniuocum. Antecedens quoad primam partem est evidens; quia in analogia attributionis, analogum minus præcipuum debet participate rationem communem cum dependentia ab analogo præcipuo; & qualitas non participat rationem accidentis, cum dependentia à quantitate; nec è cōtra:

§. I.

Notabilia profero.

tra: ergo non est attributionis analogum. Quoad secundam vero partem probatur, nam analogia proportionalitatis solum datur, quando in altero extremo ratio analogia metaphoricè reperitur; sed non datur aliqua metaphora in quantitate, aut qualitate respectu accidentis, utraque enim proprie dicitur accidentis; ergo non est proportionalitatis analogum. Maior, in qua est difficultas, probatur: nam alias praedicata maxime vnuoca essent analogia proportionalitatis: ut videre est in homine, & equo: in quibus possumus proportionalitatem explicare: quia sicut se habet homo ad proprium animal, sic equus, sed non obstante hac proportione animal dicitur uniuoce de illis; ergo ad proportionalitatis analogiam ultra proportionalitatē requiritur metaphora.

Respondetur negando antecedens quoad primam partem. Ad probationem nego maiorem: ad cuius probationem nego etiam maiorem propter rationem diam in anteprædicamentis, disp. 3. quest. 1. §. 6. num. 22. infolutione ad primum argumentum contra analogiam proportionalitatis.

QVÆSTIO IV.

An inherentia sit de accidentis essentias?

(.)

Temp. 23

i. Ex dictis questione praecedenti constat, quomodo se habeat accidentis, respectu suorum inferiorum; nunc consequenter inquirimus, quomodo se habeat in ordine ad substantiam? & an dependentia accidentis à substantia sit ei sic essentialis, ut nullo modo valeat absque illa esse, nec realiter, nec conceptibiliter?

Nota primo duplex esse accidentis, logicū, seu prædicabile unū; metaphysicum, seu prædicamentale aliud.

Primum est omne id, quod est extraessentiam rei, nunc realiter, nunc ratione solum ab illa distinguatur: & ut clarius loquar, est omne id, quod ad tertium spectat prædicabile; siue sit substantia, siue accidentis.

Secundum est, quod distinguitur à substantia: de hoc, & non de illo, prælens procedit certamen.

2. Nota secundo duplicitate unum dependere ab alio: primo actualiter: ad modum, quo nunc defacta forma materialis dependet à materia: secundò aptitudinaliter: ad modum quo forma materialis à Deo diuinitus producita absque materia, esset à materia aptitudinaliter dependens: quia ex natura sua postulat produci in materia quam respicit: hanc

G

alii

Disputatio quarta. Questio quarta.

alicet accidens prædicamentale dupliciter valet à subiecto dependere; primo actualiter, ut quando a se, per modum actus secundi, dependet à subiecto, & huiusmodi dependentia nominatur à Metaphysicis inherentiā actualis: quæ bifarie potest accipi: & in actu signato, & in actu exercito in signato rationem inherendi explicat: in exercito vero ipsam actualē, & exercitam importat inhesionem. ¶ Secundo, aptitudinaliter, ut quando per modum actus primi exigit, ex natura sui, actualē à subiecto dependētiā, quam Metaphysici aptitudinalē appellant inherētiā.

Inter inherētiā autem aptitudinalē, & actualē signata magnū versatur discrimen, nam aptitudinalis, saltim per rationem, distinguitur ab actuali, ne dum exercita, sed signata: nēdū inadēquatē, & ex modo significandi, sed in re significata: non aliter ac forma distinguitur ab informatione actuali: actualis vero signata solum, distinguitur ab actuali exercita inadēquatē, & ex modo significandi: hoc est, ut noua expressio inherētiā actualis signata.

3. Nota tertio: accidentia esse in duplice differentia; nam sunt alia, quæ distinguuntur à subiecto, ut res à re, quo genere distinctionis quantitas, & qualitas sūt in omnium ore à substantia distincte: alia vero sunt, quæ distinguuntur à subiecto, ut modus à

re, quo genere distinctionis figura, punctum, & alij modi sunt à proprijs à subiectis tantum modaliter distincti.

4. Nota quarto, quod duplīciter potest vna formalitas esse in alia: primò essentialiter, quia nec ab intellectu potest absque illa concipi: qualiter animalitas est in humanitate. ¶ Secundo identice, quia licet conceptibiliter valeat absque illa intelligi: tamen in rerum natura absque illa nequit existere: nedū ratione connexionis, sed dependentiæ; qualiter materia absque aliqua prima actualitate non valet nec diuinitus existere; sed etiam ratione idētitatis, qualiter passio non potest esse absque actione, nec animal absque eo, quod sit rationale, vel irrationale. Præ sens ergo certamē in vtro que est excitandum sensu.

5. Nota quinto, vel suppone, inherētiā actualē esse de essentia accidentis completi, & perfecti, quod nomine concreto significatur nam concretum accidētale v. g. album dicit albedinem cum exercitio, & actuali connotatione; sed exercitum idem est, quod actualis inherētiā; ergo inherētiā, cum omni rigore, est de essentia accidentis completi, quod nomine concreto significatur.

Confirmatur hæc ratio: nam licet Deus possit conseruare albedinem absque subiecto, vel extra subiectum: non tamen album; & similiter licet posset intellectus noster concipere albedinem non concipiendo

An inherētia sū de accidentis essētia? 50

cipiēdo illam in subiecto tamen album non valet concipere absq; inhārentia actuali; quia album dicit formam afficiendo intrinsecē subiectum; sed affientia intrinseca formæ accidentalis includit essentialiter inhārentiam actualē; ergo inhārentia actualis est de essētia accidentis completi, quod nomine concreto significa-tur.

§. I I.

Referuntur placita.

6. Prima in hac re sentētia asserit inhārentiam non aptitudinalem, sed actualē esse de essētia accidētis. ¶ Hec fuit cōmuni inter Ethnicos antiquos; vt videre est apud Nymphū 7. met. q. r. pro eaque citant Aristotele, & eius commentatorem.

7. Secunda sententia (extremē opposita) asserit, neutram inhārentiam esse de essētia accidētis.
¶ Ita Scotus cum sua schola; qui consequēter affirmat aptitudinalem inhārentiam esse relationem ad essētiam accidentis consecutam, ad modū quo risibilitas ad hominis sequitur essētiam.

8. Tertia docet, inhārentiā aptitudinalem esse de conceptu primario accidentis. ¶ Ita D. Thomas in 4. dist. 12. quæst. 1. ar. 1. & cum illo omnes Thomistæ. ¶ Hec sententia valde confona est principijs fidei. Verumtamen non est vndequaque vera, si absolute loquatur; nam accidentia, quæ per

modum modi sunt à subiecto dis-tincta, solum exigunt per modum essētia inhārentiam actualē signatam; etiam si physice nō sint absque exercitio: vt constabit ex questionis decisione.

9. Pro qua supponendum est primò: inhārentiam, aliam esse propriam, & realem, & aliam metaphoricam, seu secundum rationem: Inhārentia propria, & realis, est actualē exercitium, quod formis competit accidentalibus, quæ actualiter, & intrinsecē informant subiectum, quod denominant; vt cum albedo denominat parietem album, habet verā, & realem inhārentiam, quia intrinsecē, & realiter est in pariete.

¶ Inhārentia verò impropria est illa, quæ (nistro modo concipiēdi) conuenit formis accidentalibus, quæ extrinsecē denominant aliquod subiectum, seu terminum, cui realiter non inhāret, sed propter fundamentum, quod in rebus reperitur, cōcipiūtur à nobis cum exercitio, & inhārentia; vt enim visio denominat parietem visum, visio enim non habet veram, & realem inhārentiam intrinsecam in pariete, sed propter realem, & extrinsecam denominationem, intellectus noster concipit visionem, vt aliquid existens in parte. ¶ Sed in præsentis non loqui-mur de inhārentia rationis, cum hæc non sit substantia reali opposita; nec de impropria extrinseca, in qua fundatur rationis, cum hæc valeat repetiri in subs-

Disputatio quarta. Questio quarta.

rantia, quæ essentialiter est ens per se.

Nec valet dicere eandem entitatem posse esse , secundum unam formalitatem ens per se; & secundum aliam, ens in alio. **¶** Nō (inquam) valet, quia esse per se, & esse in alio, sunt rationes adeo oppositæ, ut eidem entitati non possint conuenire , cum esse per se inferat negationem essendi in alio.

10. Sed dices. Nō minus repugnat rationes intrinseci, & extrinseci accidentis identificari, quam rationes essendi per se ; & in alio; sed primum est possibile, etiam si intrinsecum, & extrinsecum ita se habeant, ut unum inferat negationem alterius; ergo & secundum, etiam si per se inferat negationem essendi in alio.

Respondeatur negando maiorem: quia intrinsecum, & extrinsecum, ita se habent, ut unum inferat negationem alterius; nō absoluē, sed respectu eiusdem; quia forma, quæ est intrinseca respectu alicuius subiecti, licet respectu eiusdem non sit extrinseca, respectu tamen alterius potest esse extrinseca; ut cōstat in visione; substantia verò cum absolutè sit ens per se, absolutè infert negationem essendi in alio; & ideo absolute implicat substantiam identificari cum accidenti, quod vere, & propriè habet rationē accidentis.

11. Cæterum inherentia realis, & propria, (de qua est difficultas)

aliquando est immediata respectu substantie : & aliquando media ta: unde forma accidentalis alia est, quæ afficit substantiale subiectum immediate, & alia mediate: ut videre est in intellectu, qui immediate recipit in substantia Angelis intellectio vero solū mediatè, in quantum recipit in intellectu, qui immediatè recipit in substantia Angelis: idemq; affirmant Philosophi de quantitate, & alijs accidentibus materialibus; nam quantitas immediatè recipiatur in substantia: calor verò figura, & alia accidentia materialia solum recipiuntur mediatae, hoc est, media quantitate.

12. Supponendum est secundò accidens diuidi in completum, & in incompletum iuxta sensum in quo substantia diuiditur in completam, & in incompletam vide, quæ dicta sunt in hac disputatio ne, q. i. §. i. n. 4.

§. III.

Prima conclusio.

13. Inherentia aptitudinalis est de cōceptu essentiali, & primario formæ accidentalis, à substantia ut res à re distinctæ.

¶ Probatur. Accidens, quod habet rei perfectionē, valet à substantia diuinitus separari: ut demonstrat Eucharistia mysterium; sed id, quod primò intelligitur in quantitate v. g. à substantia separata, est aptitudo ad essendum in alio,

Tanquam in subiecto; ergo inhærentia aptitudinalis est de cōceptu essentiali, & primario formæ accidentalis, à substantia ut res à re distinctæ. Major, & consequentia sunt certæ. Minor probatur; id, quod primò debet intelligi, in quātitate separata, est id, per quod distinguitur à substantia; sed per in aptitudinale distinguitur; utiq; quia ablato in aptitudinali, & actuali, non remanet in ea aliquid per quod constituatur, & distinguatur; ergo in aptitudinale est, quod primò intelligitur in quātitate separata.

Confirmatur. Omnis forma accidentalis ex natura sua ordinatur ab subiectum, ut ei tribuat propriam perfectionem media inhærentia actuali; ergo aptitudinalis inhærentia, respicieus actualem, est de essentia accidentis, quod se habet per modum rei.

14. Probatur secundo. Secundum Philosophum *accidens est ens*; hoc est, ens substantia; ergo essentialiter respicit substantialiam, media aliqua inhærentiam; nō actualis (ut dixi in prima ratione) ergo aptitudinali: ni velis dicere definitionem dicere id, quod non est de essentia definiti.

Confirmatur à simili. Ex eo colligunt Doctores informationem aptitudinalem, seu per modum actus primi, esse de essentia formæ substantialis, quia media informatione actuali, seu per modum actus secundi, respicit cōstitutionem unius per se substantialis: sed

forma accidentalis, media inhærentia actuali, relipit constitutionem unius per se accidentalis; ergo inhærentia aptitudinalis est de essentia accidentis.

15. Probatur tertio. Ens adiquatè dividitur in *per se*, & in *alio*; sed accidenti non cōpetit esse *per se*: cum hoc sit proprium substantiaz; ergo esse in *alio*: non actuale (loquendo de accidentibus perfectis, quæ se habent per modum rerum) cum evidens sit, quod accidentia in Eucharistia maneat absque in actuali; ergo aptitudinale.

15. Dices. In opinione probabilissima, (quæ asserit inhærentiam actualem esse formaz; accidentalis unionem, à formaz; accidentalis indistinctam) inhærentia actualis valet à subiecto separata conseruari in rerum natura: saltim divinitus; ergo ut à nobis percipiat, ut evidenter credibile, quod accidentia sunt in Eucharistia, absque subiecto, nō est opus, quod eius essentia consistat in aptitudinali inhærentia.

Respondetur in opinione (quæ asserit inhærentiam actualem esse unionem) distinguendo antecedens: inhærentia actualis valet à subiecto separata conseruari, idēticè, & materialiter, concedo antecedens: formaliter, & secundum proprium munus, nego antecedens, & consequentiam: nam licet verum sit, quod inhærentia actualis signatè valeat esse divinitus sine subiecto in inhærentia ap-

Disputatio quarta. Questio quarta.

titudinali, cum qua identificatur; tamen ex se, seu ratione sui, inherentia actualis, si non esset in aptitudinali, non posset esse sine subiecto, ratione imperfectionis propriæ: ut constabit ex dicendis infra conclusione sequenti: unde ut maius mysterium fidei percipiat, ut euidenter credibile, opus est, quod accidentis perfecti essentia in aptitudinali consistat inherentia.

§. IV.

Secunda conclusio

16. **A**ctualis inherentia, non exercita, sed signata, est de essentia accidentis, quod se habet ut modus, vel ut ultimum exercitium rei; realiter tamen, propter nimiam debilitatem, non vallet à subiecto mediato, vel immediato separari. ¶ Probatur quo ad primam partem, nam id, quod in genere accidentis distinguitur à substantia, per modum modi, seu ultimi exercitij, est essentialiter de genere actus secundi, veles actus secundus; ergo de essentia accidentis, quod distinguitur à substantia, per modum modi, seu ultimi exercitij, est inherentia actualis; vtique quia aptitudinalis non explicat rationem actus secundi, sed primi; ut probauit in discursu prime conclusionis.

Confirmatur, & explicatur hec ratio. In genere accidentis datur aptitudinalis inherentia, que ha-

bet rationem actus primi, & actualis, quæ habet rationem actus secundi; ergo id, quod in tali genere habet rationem actus secundi, non valet transcendentaliter participare in aptitudinale, sed actualiter. ¶ Confirmatur secundum à posteriori. Huiusmodi formæ accidentales ita sunt à subiecto dependentes, ut nec diuinitus valeant à subiecto proprio separari; ergo essentialiter non aptitudinalem, sed actualē participant inherentiam. Probo consequentiā: ex eo accidentia, quæ se habent per modum rei, valent diuinitus à subiecto separari, quia essentialiter participant inherentiam aptitudinale; ergo id, quod diuinitus non potest à subiecto separari essentialiter, non aptitudinalem, sed actualē debet participare inherentiam.

17. Quod verò horum accidentium essentia non dicat actualē exercitam, sed actualē signatā inherentiam, probatur: nam hæc ultima exercitia, secundum se, sicut ultima substantiae exercitia, non habent exercitium exercitum, sed signatum; vtique quia existentia secundum se, seu essentialiter, solum est ratio existendi, & extrahendi rem extra omnes suas causas; & similiter punctum solum est secundum se, ratio terminandi lineam; ergo similiter essentia horum accidentium in exercitio signata, & non in exercitio inherendi, debet constitui.

18. Ex his colliges: essentiā ac-

ciden-

An inherentia sit de accidentis essentia? 32

cidentis, ut sic, abstrahere ab inherentia actuali, & aptitudinali, mediata, vel immediaata. Ratio corollarij est, nam plura sunt accidentia, quæ secundum se aptitudinalem, plura, quæ actualē servant inherentiam: ut visum est in conclusionibus; ergo essentia accidentis ut sic ab utraque abstrahit inherentia.

19. Dices. Inherentia actualis habet rationem unionis: sed non omnis modus, vel ultimum exercitium accidentis, habet rationem unionis: cum potius ad illos, & ad illa sit unio actualis necessaria: utique quia inherentia in subiectis proprijs, sicut accidentia, quæ habent munus rei; ergo inherentia actualis non debet assignari ut essentia alicuius accidentis.

Sed admissa, & non concessa, maiori responderetur, distinguendo minorem: omnis modus non habet rationem unionis, formaliter, cōcedo minorem: formaliter, vel transcendentaliter, nego minorē, & consequentiam; nam licet non omnis modus accidentalis sit formaliter inherentia: tamen nullus est, qui illam non participet, per modum prædicati transcendentalis.

§. V.

Argumenta prima sententia.

20. Primum desumitur ex Philosopho 7. Met. cap. 1. ubi dicit: accidentis esse est inesse; sed hec
Tome. 3.

propositio non potest exponi de existentia accidentis: cum hec sit ab inherentia distincta; ergo debet exponi de essentia accidentis, ergo essentia accidentis in actuali consistit inherentia.

Respondetur, Philosophum hoc qui iuxta hunc sensum de esse, seu de inherentia aptitudinali, non verò de actuali. ¶ Si verò velis asserere (cum alijs) Philosophum accepisse esse pro existentia, dico: accidentis existentiam esse inesse causaliter; non verò formaliter: non aliter ac rationale est risibile causaliter.

21. Secundum à ratione sic procedit. Esse per se actuale est de essentia substantiæ; ergo esse in alio actuale debet assignari pro essentia accidentis.

Respondetur negando antecedens; nam esse per se, quod est de essentia substantiæ, ut sic, est esse per se transcendentale, quod est in potentia ad esse per se prædicamentale: & ideo potest, cū omni proprietate, dici essentiam substantiæ consistere in perfectate aptitudinali: licet transcendentalis, seu radicalis perfectas, quæ aptitudinalis à nobis appellatur, actualis sit: non aliter ac essentia accidentis est aptitudinalis inherentia, etiam si haec actualis sit. ¶ Ratio huius est, nam respectu diuersorum eadem res valet munera potentia, & actus obtinere: ut vide re est in intellectu, qui respectu animæ est actus; licet respectu intellectus sit potentia. Hæc so-

Disputatio quarta. Quæstio quarta.

lucio constat ex Angelico Do-
ctoris in 4. dist. 12. q. 1. a. 1. q. 1. ad
1. vbi ait: *quod substantia est res,
eius debetur esse per se.*

§. VI.

Argumenta secundo sententia.

22. Primum sic se habet; nec
quantitas in abstracto, nec
in Eucharistia aliquam importat
inherentiam; ergo neutra est de
essentia accidentis, etiam si apti
tudinalis sequatur ut proprietas.

Respondeatur negando antece
dens, nam accidens in omni con
sideratione includit inherentiam,
saltim aptitudinem, quam qua
titas habet in Sacramento: licet
ibi sit *per se* negativa.

23. Dices. Substantia, neque
diuinitus valet esse in alio, tanquam
in subiecto inhesionis; ergo nec
accidens *per se*: cum cōtrariorum
eadem sit ratio, & disciplina.

Respondeatur concedendo antece
dens, & distinguendo conse
quens; ergo nec accidens *per se*,
per se propriæ substantiæ, cō
cedo antecedens; impropria, &
negativa, cōsistente in hoc, quod
mutatur, vel conseruetur à
Deo, absque actuali inherentia,
nego consequiam. Antecedens
autem fuit absolute concessum,
quia loquitur de subiecto inhesionis
accidentis proprio, quod nullo modo valet conuenire sub
stantiæ: sicut nec *per se* substantiæ,
accidenti: attamen sicut aliqua

accidentia possunt esse *per se* im
propriæ: ita dantur aliquæ sub
stantiæ, quæ impropriæ sunt in alio:
nam forma partialis est in mate
ria, & totalis in supposito, & li
cer hi modi essendi in alio non
sunt de essentia accidentis: tamen
aliqualiter sapiunt ipsius essen
tiam.

Nec contra hoc est, quod sup
positum, nec impropriæ valeat es
se in alio: nam etiam dantur ali
qua accidentia in rerum natura,
ita imperfæta (ut dixi in secunda
conclusione) quæ nec impropriæ
possunt esse *per se*.

24. Secundum sic procedit Ma
thematicus disputat de figura tria
guli, absque ordine ad substantiam:
Imo & plura sunt accidentia, quæ
secundum rationem propriam, &
specificam, non exprimunt ordinem
ad substantiam: ut constat in
actione, relatione, & alijs; ergo
de ratione essentiali accidentium,
neutra est inherentia.

Respondeatur concedendo antece
dens, & negando consequentiam: quia in illa variatur appella
tio: ut intuenti constabit: nā ante
cedens solum ait, quod accidēs
peculiare, secundum aliquam ex
pressionem, non exprimit inher
entiam, & consequentia absolu
tè infert, quod accidens, secun
dum rationem accidentis, nō ha
bet inherentiam, quod falso est
nam licet ex modo concipiendi
possit accidens, secundum pecu
liarem rationem, concipi inada
quatè, absque eo, quod exprimat
ratio-

rationem accidentis: tamen ad quæ non valeat concipi, absque inhærentia sua essentia constituta, per modum prædicati transcendentialis: difficultas enim non procedit de accidentibus, ut exprimunt proprias essentias, sed ut exprimunt rationem accidentis, in qua acceptione nec inadæquatè valent absque inhærentia concipi.

25. Tertium sic se habet. Inhærentia accidentis, ut sic, vel est absoluta, vel relativa; si primum: ergo non conuenit accidentibus relativis: si secundum; ergo non conuenit absolutis; ergo neutra est de essentia accidentis ut sic.

Respondeatur, inhærentiam, ut sic nec dicere unum, nec aliud: nō aliter accens ut sic nec dicit *per se*, nec in alio; etiam si in accidenti sit in alio: & in substantia *per se*, ratione transcendentie.

26. Dices. Accidens, ut sic, est entis ens; ergo accidens, ut sic, respicit aliquo ordine substantiam; ergo accidens, ut sic, est relatinū.

Respondeatur respicere subiectum, vel substantiam, ordine trascendentiali; non verò prædicamentali, entitati absolutæ opposito.

27. Replicabis. Accidens rationis, quod quintum constituit prædicabile, adhuc quatenus accidens est, respicit, ordine quasi prædicamentali, substantiam; ergo accidens reale debet respicere subiectum, ordine reali prædicamentali, & non transcendentiali.

Respondeatur distinguendo an-

Tom. 2.

tecedens, quintum prædicabile ordinatur ad subiectum, ordine quasi prædicamentali, quatenus accidens relatum rationis est: concedo antecedens; quatenus accidens physicum est: iterum subdit: stinguo antecedens; ordinatur ad subiectum sub expressione subiecti, ut accidens physicum est, concedo antecedens; ut rationis est: nego antecedens, & consequentiam: nam in albo v.g. quinto prædicabili, duplex tendentia debet distingui: una realis, & physica accidentis, ut sic, quæ transcendentalis est; & alia rationis, respectiva, & logica in prima fundata, quæ prædicamentalis est: prima scilicet, transcendentalis, respicit subiectum, ut subiectum, & in hac consistit essentia accidentis: secunda, scilicet, prædicamentalis, respicit subiectum, nō ut subiectum, sed ut purum terminum; ut constat ex dictis in prima parte Logica, disp. 1, q. 1. §. 13.

28. Quartum sic procedit: ex eo inhærentia assignatur ut accidentis essentia, quia in esse, fieri, & conseruari dependet à substantia, seu à subiecto; sed etiam forma materialis substantialis equi. v.g. dependet à materia, in esse, fieri, & conseruari: ergo inhærentia non est de essentia accidentis: alijs alteri non conueniret.

Respondeatur distinguendo maiorem: ex eo inhærentia est de essentia accidentis, quia in esse, fieri, & conseruari dependet à subiecto alterius prædicamenti, abs-

Disputatio quarta. Quæst. quarta.

que mutua dependentia, concedo maiorem; præcisè, quia dependet hac triplici dependentia, nego maiorem: & distinguo minorem: forma materialis substantialis equi dependet à materia, in eodem prædicamento existente, & cum mutua dependentia, concedo minorem; dependet à materia, in alio prædicamento existente, & absque mutua dependēt, nego minorem, & consequētiam: nam ex eo accidens dependens à subiecto habet pro essentia inhærentiam, quia subiectum est alterius prædicamenti, & quia ita accidens dependet à subiecto, ut subiectum ab accidenti non dependeat; at verò forma equi est in eodem prædicamento cum materia, quæ etiam est à forma dependens, & ideo informatio, & non inhærentia, debet assignari ut essentia formæ substantialis.

29. Et si inquiras: In quo distinguantur esse in alio per modum inhærentie, & esse in alio per modum informationis? Respondeo discrimen colligi ex effectibus formalibus: nam quando forma aliqua ita est in subiecto, ut simul cum illo constituit unum per se, tunc unitur illi per modum informationis; quia non unitur subiecto, ut sic in illo sed unitur, ut constituit cum illo unum per se; at verò quādo unitur subiecto ad constitutionem unius per accidentem, tunc non unitur subiecto per modum informationis, sed per modum inhærentie: sed in hac sicut

in alijs difficultatibus potius debemus attendere ad rem significatam, quam ad terminorum significationem: quia forma substantialis, & accidentalis, informant, & sunt in tubecto; sed modum informationis, & alterius inhærentiam, ob indigentiam nominū; & non est attendendum ad vocum significationum, nec ad proprietatem nominum, cum diuersitas appareat rerum.

30. Quintum. Aptitudinalis inhærentia nihil aliud est, quam aptitudo ad actualiter inhærendum: sed hæc aptitudo non est de essentia accidentis; ergo essentia accidentis non consistit in aptitudinali inhærentia. Minor probatur, aptitudo presupponit entitatem, cuius est aptitudo; ergo aptitudo ad inhærendum, que conuenit accidentibus, presupponit entitatem eorum; ergo hæc non est de essentia accidentis: illud enim, quod presupponit aliud iā constitutum, non est de essentia illius, quia essentia non presupponit aliquid; sed est primum in qualunque entitate.

Respondetur concedendo maiorem, & negando minorem. Ad probationem nego antecedens, loquendo de aptitudine causæ formalis: nam hæc non est aliquid accidentibus superadditum, sed est ipsum accidens, in quantum ex natura sua ordinatur ad inhærendum subiecto: unde hæc aptitudo non speget determinatè ad aliquod

An inherētia sit de accidentis essentia? 54

quod p̄dūcētū, sed est trāſcēntialis, vt explicatur per ordinem trāſcēntialem, quē dicunt formæ accidētales ad subiectum.

31. Dices. Aptitudo ad exercitium cause efficiētis est aliquid superadditum caule efficienti, quod per se pertinet ad aliquod p̄dūcētū; scilicet, ad p̄dūcētū qualitatis, & ad speciem potentiarū; ergo aptitudo ad exercitium cause formalis est etiā aliquid superadditum formis accidentalibus; atque adeo non est de essentia illarum; sed per se spectat ad p̄dūcētū qualitatis.

Respondetur concedendo antecedens, & negando consequētiam. Ratio discriminis est, quia causa efficiens, cum sit substātia, non potest immediate operari: & ideo indiget aliqua potentia superaddita, per quam constituantur immediate operativa; causa vero formalis, cum cauet communicando seipsum intrinsecè effici, ex natura sua ordinatur ad constituendum effectum, non indiget aliquo superaddito, vt possit in suo genere immediate causare: sed de his plura in Philosophia.

§. VII.

Primum collarium ex doctrina illatum.

32. Ex huius questionis decisione constat, accidentis inexistentiam non esse accidentis

actualem inherētiam: sed modum ab accidentis essentia, & ab eius actuali inherētia realiter distinctum. ¶ Probatur. Accidentis inherētia se habet ut vno, vel ut causalitas aptitudinalis inherētia, sed vno, & causalitas causæ substancialis, siue formalis, siue materialis, sunt ab existētia substātiae distinctæ; ergo inherētia actualis accidentis, quæ se habet per modū vniōnis, & causalitatis, est ab illius inexistentia distincta. Tum sic. Inherētia actualis non est realiter distincta ab aptitudinali; ergo inexistentia ab actuali inherētia distincta debet esse ab aptitudinali etiā distincta.

Confirmatur: nam (ut constabit ex dicendis in Philosophia libro 1. disputat. 3. quest. 3. §. 3.) in creatis omnis existentia est ab essentia realiter distincta; ergo inexistentia accidentis debet ab utraque distingui inherētia: appellatur autem *inexistētia*, quia accidentia existunt non per se, sed in alio.

33. Probatur secundo. Accidentia in Eucharistia absq̄ue inherētia actuali inexistenti per existentiam, per quam in proprio subiecto inexistebant: vt confitat ex Sancto Doctore. 3. p. q. 77. art. 4. in corpore ubi ait: quod quamvis accidentia sint sine subiecto; remaneat tamen esse, quod habebant in subiecto: ergo inexistentia accidentium est ab actuali inherētia distincta.

Disputatio quarta. Questio quarta.

34. Dices primo. *Accidentis esse secundum Philosophum est inesse; ergo accidentis inexistentia est in haerentia.*

Respondeatur (iuxta dicta in in §. 5. nū. 20.) distinguendo antecedens: accidentis esse inesse, formaliter, nego antecedens: causaliter, & illatiue, concedo antecedens; & nego consequentiam; nam inhaesse accidentis exigit inexistentiam; ad modum, quo potentia exigit actum; vel ad modum, quo rationale exigit risibile.

35. Dices secundò. Inhaerentia est ultimus actus accidentis; sed existentia rei est ultimus actus rei; ergo inexistentia accidentis est inhaerentia. ¶ Respondeatur distinguendo maiorem: inhaerentia est ultimus actus, in linea essendi, nego maiorem: in linea formalis, concedo maiorem, & distinguo minorem: existentia est ultimus actus, in linea essendi, concedo minorem, in alia linea, nego minorem, & consequentiam: nam si-
cuit informatio, vel unio formæ substantialis v. g. est ultimus actus formæ in genere formalis, absque eo, quod sit ultimus in genere essendi; sic inhaerentia, que est accidentis unio, est ultimus actus accidentis, in linea formalis, absque eo, quod sit ultimus in linea essendi.

36. Dices tertio. Quantitas in Eucharistia existit per se; ergo non existit. ¶ Respondeatur distinguendo antecedens: existit per

se, actualiter negatiue, concedo antecedens: actualiter, & aptitudinaliter, nego antecedens, & consequentiam; nam ad hoc, ut propriè dicatur inexistentis, sufficit, quod habeat existentiam in ordine ad subiectum; quamvis actu non sit in illo.

37. Replicabis. Quantitas in Eucharistia non habet subiectum; ergo non existit per ordinem ad illud. ¶ Respondeatur concedendo antecedens, & negando consequentiam, nam (ut constabit ex dicendis infra in praedicamento relationis, disp. 6. q. 2. §. 4. nū. 18. 19. & 20.) relatio transcendentialis, quæ est in accidenti secundum expressionem in, non exigit terminum actu existentem.

§. VIII.

Secundum corollarium.

38. Inquires secundo. An acci-
dens inexsistat per existen-
tiā subiecti, quod afficit? ¶ Res-
pondeatur negatiue, nam accidē-
tis essētia est realiter distincta ab
essentia subiecti, in quo est; ergo
existentia accidentis est ab exis-
tentia subiecti distincta: cum dis-
tinctus actus debeat potētia di-
stincte correspondere.

39. Secundo probatur. Existē-
tia subiecti est in praedicamento
substantiæ; sed substantia nō va-
let accidens actuare: alijs substā-
tia esset in accidenti, & non acci-
dens in substātia; ergo existentia
acci-

An inherentia sit de accidentis essentia? 55

accidentis, quæ illud actuat, est
accidentalis, distincta ab existen-
tia subiecti, in quo inhæret.
¶ Confirmatur. Modus (secun-
dum mentem Diui Thomæ opus.
40.) est adiacens rei determinatio;
ergo existentia, quæ est modus rei
existentis, debet modificare rem
existentem; sed accidens est exis-
tens; ergo per existentiam ab ipso
dependentem: atque existentia
substantia, ut substantialis; non
valerat accidenti dependere; er-
go per illam non existit.

40. Dices primo. Materia, &
forma sunt duæ entitates partici-
les realiter distinctæ; & tamē exi-
stunt per eandem existentiam; er-
go licet substantia, & accidens, sint
entitates realiter distinctæ vale-
bunt per eandem existere existē-
tiam. ¶ Respondetur distinguendo
antecedens; materia, &
forma sunt duæ entitates realiter
distinctæ intra idem prædicandum,
concedo antecedens; in di-
uersis prædicamentis, nego ante-
cedens, & consequētiā; nam ex
materia, & forma sit una essentia
completa, intra idem prædicandum.

tum; & sic valent eadem existere
existentia: at vero ex accidenti,
& substantia rigorosè non fit una
essentia; sed solum unum unitate
per se accidentali, ex diversis præ-
dicamentis resultans, & sic diuer-
sas exposcent existentias.

41. Dices secundo contra secū-
dam rationem, ingeniosè satiſ.
Quantitas non dependet ab al-
bedine; & tamen tribuit ei pro-
prium effectum: utique quia illa
reddit extēsam; ergo ex eo, quod
existentia substantia non depen-
deat ab accidenti, non sequitur,
quod ei non valeat proprium tri-
buere effectum. ¶ Respondetur
concedendo antecedens, & ne-
gando consequētiā; nam se-
cunda ratio non probat existen-
tiam substantia non posse tribue-
re proprium effectum accidenti,
ex eo, quod est ab ipso indepen-
dens; sed quia existentia, ut mo-
dus rei existentis debet à re ex-
istente dependere; & sic deberet
substantialis existentia ab acci-
denti dependere, casu, quo ei
proprium tribueret effe-
ctum.

DIS

DISPV TATIO QVINTA DE QVANTITATE.

1. **N** præsenti sermonem instituit Aristoteles de quantitate; non quia sit perfectione prior alijs prædicamentis: nam perfectione (iuxta communem sententiam) qualitas quantitatem superat; sed quia quantitas, natura sua, ex genere suo immediatè afficit substantiam: reliqua vero, ratione quantitatis: ideo Philosophus immediatè post substantiam constituit quantitatis prædicamentum.

2. Hoc caput in duas diuidit partes: in prima adducit Auctor tres divisiones illius; & in secunda eius enumerat proprietates. Ad primam deueniendo inquit: Quantum aliud perse, aliud per accidens: primum est, quo lex se, & ratione sui habet extensionem: ut linea, superficies. Secundum est, quod extensionem accipit ab alio: ut substantia, qualitas. ¶ Secundo diuidit quantum in continuum, & discretum: primū est, cuius partes, medio termino communi copulantur. Ut linea, superficies, corpus, locus, & tempus. Secundum est, cuius partes termino communī non copulantur. Ut numerus, & oratio, terminus autem communis est omne indivisiibile, quod est finis unius partis, scilicet anterius, & principium alterius, scilicet posterioris: dicitur autem communis, quia virumque copulat extremum. ¶ Tertio diuidit quantum, in quantum, quod habet partium positionem, & in quantum, quod non habet partium positionem. Primum est linea, superficies, corpus, & locus: secundum est, numerus, & oratio.

3. Pro hac divisione nota, quod partium positio stat bifariè: primò in ordine ad locum, que positio appellatur à Complutensibus situalis; hoc est, prædicamenti situs constitutiva. ¶ Secundo in ordine ad se, quaratione dicitur, quod digitus est in manu, & quod manus est in brachio: de hac secunda

Quæna sit ratio constitutiva prædicam quant. 56
cundam partium positione docent aliqui Philosophum locutum esse in præ-
sentii. ¶ Alij alij terminis docente partium positionem dupliciter stare;
radicaliter, & formaliter: primò modo stat pro aptitudine, quæ datur in
partibus lineæ, ut hanc, vel illam positionem habeant; secundò modo stat
pro diuersa situatione in partibus, in ordine ad locum comparatis, reperta:
hoc secundo modo dicunt, quantum pertinere ad prædicamentum situs, &
primo modo ad hoc prædicamentum.

4. Denique in secunda parte Philosophus tres assignauit quantitatis
proprietates: prima, quod non habeat contrarium; secunda, quod non sus-
cipiat magis, vel minus; tertia, (que propria est quantitatis in quarto mo-
do dicendi per se) est, quod secundum illam res dicantur æquales, vel inæ-
quales.

5. Sed contra primam proprietatem sibi obiecit, quod magnum, & mul-
tum spectant ad hoc prædicamentum. & contrariantur parvo, & paucō.

¶ Ad quod respondet non esse absolute contraria; sed solum relatiæ op-
positæ; quia idem, non respectu unius termini, sed diuersorum, dicitur mag-
num, & parvum. Hæc de littera textus, ex quo talis excitatur difficultas.

QVÆSTIO I.

*Quenam sit formalis, & essentialis
ratio prædicamenti quantitatis
constitutiva?*

S. I.

Veriora suppono.

1. Certeum est (apud omnes) prium genus cuiuscumque predicamenti importare rationem aliquam formalem, & essentialē, quæ intrinsecè, & essentialiter in omnibus reperiatur, quæ per se pertinent ad tale prædicamentum; verum cum aliqua, quæ non per modum essentiæ, sed per modum proprietatis, illis cō-

uenient, reperiatur etiam in omnibus, quæ per se ad tale spectant prædicamentum, difficile semper apparet, primam, & essentialē rationem prædicamenti explicare. Pro illius tamen captu, & intelligentia, nota primò in presenti non disputari de quantitate virtutis, quæ est perfectionis augmentum, de qua locutus fuit Regius Vates Psalm. 47. dum dixit: *Magnus Dominus, &c.* & de qua etiam locutus fuit noster Parenz Anselmus in Monologio, cap. 2. his verbis: *quoniam quaecumque magna sunt, per unum aliquid magna sunt, quod magnū est per seipsum: deo autem non magnus spacio; ut est corpus aliquod; sed quod quantum maius, tan-
to melius, aut dignius; ut est sapientia;*

Disputatio quinta. Questio prima.

nam h̄c per omnia diuagatur prædicamenta; sed solum de quātitate nolis, quæ est proprietas substantiæ corporeæ.

2. Nota secundò: omnem quātitatem partibus distinctis, & extensis cōstatere; nam quantitas cōtinua habet partes distinctas, & extensas, tam in ordine ad se, quā in ordine ad locū; successiva verò habet etiam partes distinctas, & extensas, tām in ordine ad se, quā in ordine ad durationem: & denique discreta habet partes distinctas, & extensas, in ordine ad discretionem, seu pluralitatem.

3. Nota tertio, dupliciti esse partium extensionē: vnam in ordine ad se, & aliam in ordine ad locum. Prima, (quæ est secundæ radix) consistit in hoc, quod vna pars sit extra aliam, non in ordine ad locum, sed in ordine ad vniōnem; ita vt absque permixtione, & confusione, vna non sit in alia, sed extra aliam. ¶ Secunda, (quæ est proprietas primæ) consistit in hoc, quod vna pars sit extra locum alterius; vt manus est extra locum capitis.

4. Nota quartò, ex materia de Eucharistia: quantitatem distingui realiter à re quaati. Constat ex Philosopho i. physic. tex. 13. vbi ait: substantiam, & quantitatem non esse unum, sed multa. Et etiam ex 5. metap. text. 12. vbi probat, substantiam non esse quātitatem. Similiter constat ratione. Primo, uam quantitas est verè, & realiter accidens: cum quātitas inter ac-

cidētia primum obtineat locum; ergo realiter distinguitur à substantia quanta, seu à subiecto, cui inheret: cum idem realiter nō sibi inhēreat. ¶ Secundo, nam in Venerando Eucharistiæ arcano substantia panis, (manēte panis quātitate) conuertitur per transubstantiationem in corpus Christi; ergo defacto manet quātitas panis à panis substantia hoc est, à re quanta separata; ac per cōsequēs distincti, cum separatio sit (secundum Philosophum) realis distinctionis signum. ¶ Ex hoc notabili manet impugnatus modus opinādi Petri à Iesu disp. 3. de secunda operatione, sect. 5. affirmantis, quātitatem esse modum rei quātæ; nam modus non valet, nec diuinus, separari à re, cuius est modus: sed quantitas in Eucharistia separatur à re quanta; ergo non est modus substantiæ quātæ.

§. II. Multitudo opinionum.

5. Tanta igitur est in hoc certamine opinionum multitudo, vt Doctores, non questio-nis nodum, sed historiam texere videantur; nam non paucicūm Alberto affirmant rationem mensuræ esse de conceptu quidditatiuo quantitatis. ¶ Fundamentum horū est auctoritas Angelici Doctoris, opusc. 52. circa finem, vbi sic fatur: *propria ratio quantitatis, que competit quantitati, quatenus quātitas est, ratio est mensura.*

6. Sed

6. Sed (præterquam quod omnes Doctores in præsenti affirmare hoc opiculum non esse Doctoris Sancti) peculiare dico, autem orientationem hanc solum probare rationem mensuræ esse qualitatatis proprietatem: nam sensus legitimus auctoritatis iste est ratio propria: id est, proprietas quantitatis, ut qualitas est, est ratio mensuræ, si enim Angelicus Magister ratione mensuræ esse essentiam, & non proprietatem qualitatatis sentiret, absque dubio disceret mensuram esse rationem essentialem, & non propriam qualitatatis.

7. Quare alij, cum Capitulo affirmant, diuisibilitatem esse rationem qualitatatis essentialem. Fundamentum est definitio qualitatatis à Philosopho 5. Metaph. text. 18. tradita, qua infra à nobis est assignanda.

8. Hac sententia tribuitur etiam Scoto; sed invenit: nam ipse 5. metap. cap. q. 9. ait diuisibilitatem esse primam passionem qualitatris, ergo si alibi (precipue in predicatione q. 17.) ait diuisibilitatem esse essentiam qualitatris, absque dubio loquitur de radice diuisibilitatis, seu de diuisibilitate radicali.

9. Sed hi modi sentiendi nullo stabiluntur fundamento: nam conceper essentialem cuiuslibet rei est illa, qui primo intelligitur in illa: sed in quantitate rationes mensuræ, & diuisibilitatis, sunt subsecutæ: utique quia ex eo est mensurabilis, vel mensura, quia est exten-

sa: & ex eo est diuisibilis, quia habet partes, in quas dividatur; ergo rationes mensuræ, & diuisibilitatis non sunt de conceptu essentialem qualitatris.

10. Dices rationem conuincere de mensura actuali: secus verò de radicali. Sed cora ei: nam mensura actualis, & proxima, supponit extensionem actualiem, & proximam: ergo radicalis, extensionem radicalis. Probabo consequiam, mensura corporea (de qua in præsenti) actu non valeretur, quia in actu supponit extensionem actualiem; ergo nec radicalis valeretur radicaliter mensurare, quia radicaliter supponit extensionem radicalem.

11. Ex quo colligo definitionem traditam à Philosopho 5. metap. cap. 5. scilicet: quantum est diuisibilitatis, que in summa, quoniam virumque, vel viuunt quodq. unū quid, ex hoc aliquid apud est esse, esse descriptum, quia per passionem, & non per quidditatis conceptum explicat qualitatatis essentiam.

12. Alij cum Nominalibus asserunt, extensionem actualiem in ordine ad locum esse primarium qualitatatis esse, sicut esse qualitatris essentiam.

13. Sed iste modus opinandus solum facilitatis, sed temeritatis laborat virio: nam (secundum fidem) corpus Christi est in sacramento altaris, cum propria qualitate: & tamen qualitas est absque extensione in ordine ad locum; ergo extensio actualis in ordine ad locum,

Disputatio quinta. Questio prima.

cum, nō est de essentia, vel de primario effectu quantitatis: nō dicas tē posse intelligi, & esse, sine praedicationis essentialibus, quod ridiculum est in omni philosophia.

13. Alij denique cum P. Suarez defendunt, excēsionem aptitudinalem, in ordine ad locum, esse quantitatis essentiam. Hunc opinandi modum magis explicat sēcē omnes Doctores assertēdo, extensionem in ordine ad se, (quam Suarez cum aliqua impropositate ad explicandam essentiam quantitatis appellat extensionem aptitudinalem) esse primarium quantitatis effectum.

14. Hac sententia in posteriore sensu infra est rationibus nostris assertionis impugnanda; nunc vero, impugnatur quoad nodum sentiendi Patris Suarez: nam licet realiter, quoad formalitatem, eadem sit actualis extensio, in ordine ad se, & aptitudinalis, in ordine ad locum, tamen extensio aptitudinalis in ordine ad locum, ut talis, supponit, saltim conceperibiliter, extensionem in ordine ad se; ergo, impropriè explicat Suarez essentiam quantitatis per extensionem in ordine ad locum.

Contra est secundō. Essentia rei substantialis, (in omnium opinione) sita est in formalitate, quę respicit esse: & non in ipsa, ut respicit operari: quia licet hæc duomunera essentia, & natura, ab eadem exerceantur formalitate: nihilominus debet essentia ex-

plicari per primarium, & intraneum respectum; sed quantitas prius est in ordine ad se, quam in ordine ad locum; ergo in casu, quo quantitatis essentia consistet in extensione, debebat esse in extensione in ordine ad se, & non in extensione in ordine ad locum.

§. III.

Propriamens aperitur.

15. **H**is ergo prælibatis dico: neutram extensionē, sed solum partium distinctionem esse primarium quantitatis effectum. Hanc nostram specialem assertiōnem insinuat Capreolus in 2. dist. 3. q. 1. art. 3. ad ultimum Scoti, contra secundam conclusionē, ubi ait: *disabilitatem confitit. Hoc in hoc, quod una pars non sit alia: ergo iuxta mentem huius Doctoris distinctione partium est quantitatis essentia.*

Ratione ergo efficaci nostram probam conclusionem. Id, quod primò intelligitur in quantitate, est de ipsis essentia; sed distinctio partium est, quod primò intelligitur in quantitate; utique quia hæc partiū distinctio ut necessaria supponitur ab utraq; extensione; ergo distinctio partium est de cōceptu quidditatuo, quantitatis.

Confirmatur: omnes quantitatis affectiones in partium distinctionem resoluuntur: nam ex eo est

Quenā sit ratio constitutiva prædicamēti quātit. 58

est diuisibilis, quia habet partes distinctas; & ideo est mensura, vel mensurabilis, quia est extensa; & denique est extensa, quia habet partes, sed id, in quo sit ultima resolutionis proprietatum, obtinet perfectionem essentiae; ergo distinctio partium est de essentiali quantitatis conceptu.

16. Ex hac ratione colliges, essentiam quantitatis, ut sic propriè participari à quantitate discreta, sicut à continua: nam licet verum sit, quod in quantitate discreta non sit magnitudo, nec extensio, cum secundum Philosophum ex unitatibus indivisiibilibus nequeat fieri magnum, nec extensem; tamen propriè datur distinctio unitatis, quod sufficit (in nostra opinione) ad essentiā quantitatis, ut sic, propriè participandam.

17. Secundò probatur nostra assertio: essentia quantitatis, ut sic, propriè debet participari à quantitate continua, & discreta; sicut essentia animalis participatur ab homine, & leone; (vtique quia sicut istæ, animalis, sic illæ, quantitatis, ut sic, sunt species) sed extensio non participatur à quantitate discreta; bene tamen partium distinctione; ergo in distinctione, & non in extensione partium, debet essentia quantitatis, ut sic, consistere.

18. Ex his non obscurè sequitur, extensio esse proprietatem, non quantitatis, ut sic, sed quantitatis continuæ. Ratio est,

Tom. 2.

nam proprietates quantitatis, ut sic, non solum debent participari à quantitate continua, sed etiam à discretâ; (ut constat in proprietatibus animalis, quæ non solum ab hominibus, sed etiam ab alijs participantur speciebus) sed extensio non participatur à quantitate discreta; ergo non est proprietas quantitatis, ut sic, sed solum quantitatis continua.

19. Inquires: quid extensio, tam in ordine ad se, quam in ordine ad locum, addat supra essentiam quantitatis continua? Respondetur, addere ordinem, tam in ordine ad se, quam in ordine ad locum, nam extensio in ordine ad se est ratio, ut caput, in ordine ad unionem, immediatè uniat collo, & non brachio; & extensio in ordine ad locum estratio, non ut brachium sit extra caput, cū hoc sit proprium extensionis in ordine ad se; sed ut sit extra locū capitinis, & etiam est ratio, ut tollat confusionem, seu per mixtionem partium in ordine ad locum.

20. Dices. Corpus Christi est in Eucharistia cum extensione in ordine ad se; cum secundum Concilium Tridentinum, & Diuum Thomam 3. par. q. 7. 6. per totam, partes sint absque confusione; & tamen in hoc Sacramento solum est quantitas quoad effectum primarium; ergo extensio in ordine ad se non ut proprietas, sed ut essentia quantitatis est assignanda.

Respondetur concedendo ma-

H 2

iorem,

Disputatio quinta. Quæstio prima.

orem, & negando minorem, nā in Eucharistia Sacramento nō solum est essentia quantitatis, sed etiam prima quantitatis continua proprietas: videlicet extensio in ordine ad se.

21. Replicabis. Tota quantitas corporis Christi est sub qualibet parte hostiæ; ergo in hostiæ, corporis Christi quantitas non servat extensionem.

Respondeatur concedendo antecedens: & negando consequentiam, si loquantur de extensione in ordine ad se, que per potentiam Dei absoluam valet salvare, ne- dum in qualibet parte hostiæ, sed etiam in qualibet indivisiibili: (vt communis Thomistarum docet opinio.)

Valet hæc solutio explicari in omnium Catholicorum sententiâ, afferentium duo corpora divinitus posse esse cum proprijs extensionibus, ne dum in ordine ad se, sed in ordine ad locum, in eodem numero loci; sic omnis extensio in ordine ad se valet salvare in eadē parte hostiæ: nam sicut extensiones in ordine ad locum comparantur ad se; sic extensiones in ordine ad se comparantur ad exten- sionem in ordine ad locum: ergo si extensiones in ordine ad locum valent diuiniter salvare in eadem loco; quare extensiones in ordine ad se, non valebunt salvare in eadem parte extensionis in ordine ad locum. Ratio autem quare tota quantitas Christi, cō- cogitante exilens, est in quali-

bet parte hostiæ est, quia non est ad modum proprii quantitatis, sed ad modum substantiæ: vt docet Diuus Thomas 3. p. q. 76. per totam.

22. Non quiesces. Si corpus Christi est sub speciebus panis ad modum substantiæ; ergo ad divisionem dividitur speciem, sicut substantia panis dividitur ad divisionem quantitatis propriae: sed per te totum corpus integrum sub qualibet persenerat fractio; ergo non est ibi ad modum substantiæ.

Respondeatur negando conse- quentiam: nam licet substantia corporis Christi sit sub speciebus panis loco substantiæ panis: Et ad modum ipsius, quantum ad hoc quod est esse modo indivisiibi- li, non tamē est ibi, tanquam con- naturale accidentium subiectum; sed modo perfectiori, scilicet per modum continentis: & ideo li- cit quantitas ratione substantia panis dividereetur ante confe- rationem: non tamē corpus Christi; sed de hoc latius in materia de Eucharistia.

23. Dices secundo. Quod sub- stantiæ ex se conuenit, ei à quantitate conuenire non valet; sed substantia ex se habet partes dis- tinctas, quas entitatis appellat Doctores; ergo distinctio par- tum non est primarius entitatis esse, ergo sola pars ex- tensio valet assignari ut esset pars quantitatis primarius: ni dicas essentia, id est substantia, conuenire

An substantia ex se partibus gaudeat entitatem. 59

ex se, quod proprietas, tamen et quantitas habet per modum essentiae.

Confiratur. Si substantia ex se habet partes, & essentia quantitatis non in extensione, sed in partium distinctione consistit; ergo quantitas ratione essentiae, non tribuit substantiae aliquem effectum; ergo superflua est quantitatis essentia: cum omne esse accidentale, in tantum non sit superfluum, in quantum substantiae, cuius est ens, deseruit.

Hac specialis obiectio valde me retardabit ad huius questionis resolutionem: nihilominus ad illam responderem, concedendo maiorem, & distinguendo minorem: substantia habet ex se partes, cum ordine ad quantitatis partes, concedo minorem: absque tali ordine, nego minorem, & consequentiam. ¶ Ut distinctione intelligas nota, quantitatem bifariè posse, ad substantiam, comparari: primò in genere causæ formalis: in quo non tribuit partium distinctionem, sed extensionem: secundò per modum termini intrinseci connotati; in quo sensu tribuit ei partes, non formaliter, & in recto, sed de connotato, & in oblique: non aliter obiectum tribuit potentiae speciem, & specificationem. ¶ Ex hoc notabiliter habes solutionem confirmationis: nam licet verum sit, quod essentia quantitatis non deseruit substantiae in genere cause formalis intrinsecæ, deseruit tamen ei

per modum termini intrinseci connotati: non aliter ac licet, in opinione Thomistarum, subiectum concreti accidentalis non deseruit concreto per modum partis constituentis, deseruit ei per modum termini intrinseci connotati: quod sufficit, ut subiectum in concreto accidentaliter non sit superfluum: similiter in praesenti, ut essentia quantitatis non sit superflua, & denique ut partes ipsius à partibus substantiae sunt essentialiter distinctæ, sufficit quod ei extrinsecè deseruant. ¶ Et adde, quod præterquamquod substantiae partes sunt intra genus substantiae, & quantitatis in genere quantitatis, & accidentis, quantitatis sunt independenter, substantiae vero dependentes; sed ut facilius, latiusque solutionem percipias, sit.

Q VÆSTI O . II.

¶ A partibus, absque quantitate, entitatis, ex se materialiter gaudeat substantia?

§. I.

Referuntur sententiae.

I. IN hoc preclaro certamine, non tantum bellum, sed seditionem inuenio: nam ex una parte hostes vocant ad ciuitatis mena: & ex alia cives arripunt arma. ¶ Iesuitana familia ad arcam vocat afferens substantiam ex

Disputatio quinta. Quæstio secunda.

se, absque quantitate, & absque connotatione ad illam, habere partes: sentit enim hæc sententia substantiam materialem individuari per se ipsam, & non per ordinem ad quantitatem. ¶ Ita Pater Suarez, & alij citati à Patribus Salmanticensibus, t. 1. in 1. p. tract. 1. disp. 1. dub. 1.

2. Patres Complutenses in praesenti, disp. 13. q. 2. ar. 3. (& latissime in lib. de generatione, disp. 5. a q. 3. usque ad 7.) defendunt, substantiam materiale ex se esse omnino individuabilem, ita ut nec substantia aliquas habeat partes substanciales entitatius, sed solum qualitatius; quatenus est partium quantitatis subiectum; consequenterque assérunt, substantiam totam plantæ, v.g. esse in tota qualitate, & in qualibet qualitatis parte: non aliter ac tota anima rationalis est in toto corpore, & in qualibet parte corporis.

3. Tertia sententia (huic proximè affinis) affirmat, substantiam materiale, ante aduentum qualitatis, nullis gaudere partibus entitatiis: bene tamen post qualitatis aduentum. ¶ Hęc defenditur ab aliis Thomistis, qui in libris de generatione defendunt substantiam non habere distinctionem individualem antecedenter ad quantitatis informationem: & etiam ab alijs, qui assérunt, qualitatem, in substantia radicatam, esse individuationis principium: & nunc consequenter docet sub-

stantiam materialem non habere partes entitatius antecedenter ad quantitatis actualem informationem.

4. Quarta deniq; sententia docet substantiam materiale ex se habere partes entitatius, antecedenter ad aduentum quantitatis actualis; non verò antecedenter ad hoc ut intelligatur ut prima radix, seu ut primum principium quantitatis; idest, antecedenter ut intelligatur cum ordine ad illam, tāquam ad terminum intrinsece connotatum. Ita Magister Arauxo lib. 5. Metaph. q. 30. a. 1. Ioannes à Sancto Thoma in praesenti, q. 16. a. 1. Magister Horitz in Logica, tit. 5. conferentia 2. §. 3. n. 612.

§. II.

Notantur aliquæ.

5. Vt ad difficultatis punctum, questionisque resolutionem accedas, nota, quod in praesenti non loquimur de partibus metaphysicis, scilicet de genere, & differentia: quia haec non solumentur in substantijs materialibus, sed etiam in spiritualibz, quae (in omnium opinione) sunt indivisiibiles: nec etiam de physicis, scilicet de materia, & forma: nam homo (in omnium opinione) ex se, & absque quantitate, est ex corpore, & anima cōpositus; sed solum de partibus entitatiis, an videlicet forma materialis, & ma-

teria.

An substantia ex se partibus gaudeat entitat. 59

certa prima, sunt indivisi biles, nec est nullis constantes partibus: an vero diuisi biles, & compositæ ex partibus distinctis; non aliter ac quantitas est ex partibus distinctis essentiâlitter composita.

6. Nota secundo: partes substantiæ in aliquibus cum partibus quantitatis conuenire: & in alijs ab illis disconuenire: nam primum conueniunt in hoc, quod sicut de partibus quantitatis, sic de partibus substantiæ verificatur, quod una non sit alia. ¶ Secundo, quod sicut partes quantitatis, antecedenter ad extensionem in ordine ad se, & in ordine ad locum, sunt cum confusione, & absque ordine, ita ut pro illo priori rationis non intelligatur una extra aliam, nec in ordine ad se, nec in ordine ad locum, sic partes substantiæ, antecedenter ad extēsionem a qua liam quantitatis, dantur cum confusione, & absque ordine: ita ut pro illo priori non intelligatur quod manus sit extra brachium. Distinguuntur tamen primum in hoc, quod partes quantitatis immediatè petunt extensionem; at vero substantiæ solum mediates; hoc est medijs partibus quantitatis. ¶ Secundò quod quantitas ex se, & absque ordine ad aliquod extrinsecum, habet partes distinctas suæ essentiæ constitutivas: at vero substantia materialis, licet ex se, formaliter habet partes distinctas; non tamen absolute, sed respectuè: hoc est, in ordine ad quantitatem, à partibus substantiæ.

Tom. 2,

tix materialis expostulatam.

¶ Ex hoc notabili dimanat essentialis harū partium distinctionis: nam partes quantitatis sunt independentes: at vero substantiæ sūt dependentes: non aliter ac individuatio quantitatis (in opinione Thomistarum) est essentialiter ab individuatione substantiæ materialis distincta: nam substantia est per ordinem ad quantitatem; at vero quantitatis est absque ordine ad aliquod extrinsecum.

7. Nota tertio (ex dicendis in lib. de generat. principiū fontale individuationis, seu distinctionis numericæ, esse materiam quantitate signatam: hoc est, esse materiam quantitatem intrinsecè connotantem, vel quantitatem continentem. Vnde colliges, materiam, ut radicem totius quantitatis, vel ut totam quantitatem connotantem, esse principium, ut unum compositum sit individuus ab alio distinctus: & similiiter materiam, ut radicem quantitatis manus, vel ut connotantem manus, esse principium, ut substantia, quæ est in manu, distinguatur à substantia quæ est in pede. His ergo suppositis, sit.

¶. III.

Conclusio.

8. Substantia materialis, vel radix partium quantitatis,

H. 4.

vel

Disputatio quinta. Questio secunda.

vel ut connotans quantitatis partes, habet ex se partes substanciales, quas entitatius communiter appellant. Pluribus, & inefficacibus rationibus solet ab auctoribus nostra probari conclusio; à nobis autem ynica, & efficaci probatur. Substantia totalis, vt radix vnius quantitatis totalis, vel ut unicam connotans quantitatem totalem, est ab alia substantia totali, aliam connotante quantitatem totalem numericè distincta; sed substantia materialis, ne- dum est quantitatis totalis radix, vel non solum connotat quantitatem totalem, sed etiam est radix quantitatis partialis, vel connotat quantitatis partes; ergo per ordinem ad has partes, vel ut radix earum, est in diuersas partes substanciales substancialiter partita. Maior ab aduersarijs admittitur. Minor non potest negari; nam partes quantitatis solum à substantia materiali possunt tanquam à radice dimanare. Consequentia verò probatur: tota quantitas, vt à substantia totali connotata, vel ut in illa radicata, est causa vt una substantia totalis sit ab alia totali substancialiter distincta; ergo partes quantitatis, vt connotatae, vel ut radicatae in substantia, sunt causa vt una substantia sit in diuersas partes substanciales substancialiter distincta.

Confirmatur primò. Tā substancialis est distinctio quæ datur inter duas substancias totales, ac

quæ à nobis assignatur inter partes substancialia materialis; sed illa est in substancialibus totalibus: quia sunt radices diuersarum quantitatum, vel quia diuersas connotant quantitates totales; ergo ista à nobis assignata debet consequenter dari: quia substantia est etiam radix diuersarum partium, vel quia cōnotat diuersas partes quantitatis.

Confirmatur secundo à simili (vt dicam in philosophia, lib. 1. disp. 3. q. 3. §. 3. num. 5.) vna existentia indiuisibiliis reddit totum compositum per se primo existens, & partes per se secundò existentes; ergo similiter quantitas, quæ ut radicata, seu ut connotata à substantia totali, est ratio quare una substantia substancialiter numericè distinguatur per se primò ab alia substantia, erit per se secundò ratio quare ipsa in diuersas partes substanciales distinguitur, per ordinem ad diuersas quantitatis partes.

Confirmatur tertio. Substantia, vt connotans totam quantitatem, est totaliter distincta ab alia substantia aliam connotante quantitatem; ergo vt connotans diuersas partes quantitatis est partialiter distincta; vtiq; quia sicut se habet tota quantitas ad distinctionem totalem, debet se habere quantitas partialis ad distinctionem partialem.

2. Ad hanc rationem responderet Collegium Complutense in libris de generatione, recēdendo dispa-

An substantia ex se partibus gaudeat entitat. 61

ritatem; dicunt enim, substantiam totalem individuari, & distinguere ordinem ad quantitatem totalem: quia quantitas ex se habet partes eiusdem rationis, solo numero distinctas, quas ex se dicunt substantiam non habere; ni dicas, ipsam, per seipsum, esse individuam. Rationem huius solutionis reddunt: nam ex eo substantia individuatur per ordinem ad quantitatem, quia quantitas ex se habet partes eiusdem rationis; ergo si ex se substantia haberet partes eiusdem rationis, non à quantitate; sed à se esset substantia numericè una.

10. Sed, præterquam quod hęc solutio est petitio principij, contra est primò: nam nostra conclusio absolute non asserit substantiam ex se, hoc est independenter à quantitate (saltim tanquam à termino extrinsecè connotato) habere partes, numericè distinctas; sed dependenter à quantitate illas habere; ergo ex eo quod substantia habeat partes substantiales, non sequitur, quod non sint à partibus quantitatis individuatae tanquam à prima radice individuationis.

Contra est secundò: nam non alia ratione substantia totalis est numericè una, à quantitate totali, & non à se, nisi quia est radix quantitatis ex se individuæ; sed etiam est radix partium quantitatis, quæ ex se sunt numericè individuæ; ergo potest substantia habere partes numericè distinctas;

Tomus.

absque eo quod ex se sint individuæ, tanquam à primo principio individuationis.

Contra est tertio. Ex eo substantia totalis individuatur à quantitate, radicaliter præcontenta, quia ex se habet partes eiusdem rationis per se individuatae, & distinctæ; ergo similiter per ordinem ad has partes distinctas, eiusdem rationis per se individuatae; debet dari in substantia (illas radicaliter præcontinente) similis partium distinctio. Consequentia constat à paritate: nam licet quantitas sit primum principium individuandi: tamen præcisè per hoc quod hęc sit à substantia totali connotata tribuit ei distinctionem numericam totalem; ergo similiter per hoc quod partes huius quantitatis sint à substantia connotata debent ei tribuere partes distinctas, vel distinctionem partiam numericam.

Contra est quarto. Distinctæ numero quantitas totalis refundit suam numericam distinctionem in substantiam totalem cōnotantem; ergo distinctæ numero partes quantitatis debent etiam refundere suam distinctionem in substantiam connotantem.

§. IV.

Sententia supra relatae impugnantur.

11. Prima sententia à nobis, cū omnibus Thomistis, est in libris

H⁵

Disputatio quinta. Questio secunda.

libris de generatione impugnanda, & ideo aduersus secundam, & tertiam sic insurgo: & simul probò secundò conclusionem. Substantia, quæ est in capite, v.g. est in linea substantiæ, substantialiter distincta, à substantia quæ est in brachio; nō aliter ac materia prima est, in linea substantiæ, substancialiter distincta à forma substantiali; ergo substantia sub quantitate, ne dum habet partes quantitativas, in genere accidentis distinctas, sed etiam substantiales, in genere substantiarum distinctarum. Antecedens cōceditur ab auctori bus tertiarum sententiarum, consequētiam negantibus: & negatur ab auctori bus secundarum, contra quos probatur: separatio est signum evidens distinctionis realis; sed substantia capitis valet separari realiter cum quantitate ipsius capitis à substantia brachij; utique quia quando caput separatur à brachio, nō solum separatur quantitas, sed etiam substantia capitis: cum quantitas naturaliter nō valeat esse sine subiecto; ergo substantia capitis est à substantia brachij distincta. Maior est Philosophi, & naturali lumine nota: nam idem non valet separari à seipso: cum Petrus, v.g. non valeat separari à seipso; ergo separatio est evidens distinctionis realis signum.

Hoc idem argumentum potest fieri contra auctores tertiarum sententiarum: nam, in ipsorum opinione, substantia ratione quantitatis in

illa acturecepta, accipit partes substantiales, quas antea non habebat. Quo iusposito sic insurgo: si Deus separaret diuinitus quantitatem à substantia, talis substantia esset una, & indivisibilis recte postea ei restitueret quantitatem, esset in ipsorum opinione in diversas partes substantiales partita, & in diversas partes separabilis; ergo iam eadem substantia valet à seipso distinguiri, & separari: utique quia antecedenter ad quantitatis aduentum erant partes actu indistinctæ, & postea sunt distinctæ, & separabiles; ergo ex se, in ordine ad quantitatem antecedenter ad receptionem quantitatis, sunt actu distinctæ.

12. Secundò sic insurgo, cōtra secundam sententiam: nam sicut per augmentationem acquiritur noua quantitatis pars, sic per nutritionem acquiritur aliquid substantiale; sed hoc aliquid substantiale, antecedenter ad instans nutritionis, erat distinctum, & separatum à substantia aliti; ergo instanti nutritionis nō valet cum substantia aliti identificari; ergo substantia ex se, ut cōnotans quantitatis partes, habet partes substantiales. Maior, & minor sunt certæ: cōsequētia constat ex dictis: nam separatio realis (vt dixi ex Philosopho) est distinctionis realis signum. ¶ Hoc idem argumentum potest fieri contra auctores tertiarum sententiarum: nam si, supposita nutritione, Deus tollet à substantia quantitatem, tunc

partes per nutritionem acquiruntur, quae antea erant distinctæ, & separatae, erunt indistinctæ à substantia alii, quae erant antea ergo substantia, non solum dum est quantitate affecta habet partes, sed etiam antecedenter ad quantitatis actualis actualem actionem, per hoc quod illam actualiter connotet.

13. Similique argumentum potest fieri de substantia viuentis, quae quotidie deperditur per diminutionem: tunc enim separatur à substantia viuentis, quae erat in viuente, ergo distinguitur: nisi dicas quod id quod est separatum identificatur, & id quod est identificatum, separatur.

14. Non me latet peculiare, & nouum effugium à Complutensibus ex cogitatum, quod iatis suanonitate laborat: assertum enim, substantiam materialis habere quandam distinctionem realē potentialem, medium inter distinctionem realē actualē, & inter distinctionem realē virtualem: cum hac ergo doctrina (ab ipsis somniata) defendant, separationē realē non semper supponere distinctionē realē actualē; sed aliquando solum supponere distinctionē realē potentialem,

Sed cōtra est prius: nam si separatio realis solum infert distinctionē realē potentiale in rebus quae valent separari, ergo cum separatione saluat idētatis realis potentialis in rebus separatis. Consequentia probatur: nā sicut substantiae idētificatæ possunt rea-

liter separari, sic separatae possunt realiter identificari: sed quia idētificatæ possunt separari ex cogitauerunt distinctionem realē potentiale medium; ergo quia separatae possunt identificari debet consequenter etiam admittere in ipsis substantijs separatis identitatem realē potentiale medium, quam non sunt ausi admittere.

Secundo. Separatio fundatur in distinctione: sed substantia aeterna quātitate admittit separationē actualē; ergo posteriori iure debet admittere distinctionē actualē. Consequentia probatur: maior imperfectio est separatio quam distinctio: sed, in opinione contrariorum, non solum accipit substantia materialis à quantitate separationē potentiale, sed actualē; ergo ab illa debet etiam accipere distinctionem, nedū potentiale, sed actualē: utique quia separatio debet distinctioni proportionari.

Tertio: nam non alia ratione docent hi Patres, quantitatē esse ex partibus realiter, & actualiter distinctis compositam, nisi quia potest quantitas actu in diversas dividiri partes; sed etiam substantia materialis, saltim ratione quantitatis, valet per diminutionem amittere actualiter aliquid substantiale; ergo est composita ex partibus realiter, & actualiter distinctis: alias nullum esset efficax argumentum ad probandum partes quantitatis esse realiter actualiter distinctas: immo nec ad pro-

Disputatio quinta. Quæstio secunda.

probandum unum prædicatum esse ab alio realiter actualiter distinctum: si effigium distinctio- nis potentialis no relegaretur ab Scholis tanquam absurdum philosophicum.

Quarto. Quando per nutritio- nem acquiritur aliquid substantiale, hoc substantiale per suam propriam entitatem est antecedenter ad instans nutritionis actualiter distinctum à substantia aliti: vtique quia omnis res per unitatem numericam est indistincta in se, & distincta ab omni alia: in hoc ca- su inquiro: an hæc substantia, per nutritionem acquisita, perseveret cum substantia aliti, vel non? Pri- mum non dices: alias semper esset à substantia aliti actualiter distin- gta ratione propriæ singularita- tis. Secundum non potest sustine- ri; nam si substantia acquisita nō manet: ergo vel fuit per nutritio- nem conuersa in substantiam aliti; non aliter ac substantia panis est per transubstantiationem conuersa in corpus Christi: vel ex il- la, cum substantia aliti, sit tertia substantia: primum non potest dici) alias actio nutritior, quæ na- turalis est, esset naturaliter ita miraculosa ac transubstantiatio: secundum etiam nou valet affir- mati: nam post nutritionem ma- net idem numero alitu: ergo di- cendum est substantiam ex se, per ordinem ad quantitatem, ha- bere partes actualiter distinctas.

(. . .)

S. V.

Contrariorum fundamenta.

15. Primum desumitur ex Parete Ferrara. Omnis cōpo- sitio, veleit ex actu, & potentia; velex subiecto, & accidenti; sed ex partibus entitatiis neutra rei resultat in substantia; (vt ex se constat) ergo talis composicio, vt impossibilis, non debet admitti. ¶ Respondeatur negando maiorem: nam præter compositiones assigñatas datur alia tertia quasi media, quæ entitatiua nuncupar- tur: ad similitudinem cōpositio- nis in quantitate repertæ: sicut enim in genere accidentis datur unum per se, perfectate accidēta- li, ex forma accidentalī, & ex sub- jecto equaliter resultans; & unum per se integrale ex partibus quan- titatis: sic in genere substantiæ datur unum per se, perfectate substi- tentiali, ex actu, & potentia re- sultans: & simul unum quasi inte- grale ex partibus entitatiis coa- lescens.

16. Secundum desumitur ex Complutensis. Hæc partium distinctio obstat, vt in genere sub- stantia fiat unum per se; ergo talis partium distinctio non debet admitti in substantia. Antecedens probatur: totum entitatum est à toto physisco realiter distinctu: vtique quia illud est ex partibus entitatiis resultans, istud vero ex materia, & forma; sed ex duo- bus

bus entibus compleatis, (vt iuxta
Iepinus dixi ex Philosopho) re-
quirit resultare unum per se; ergo
haec partium distinctio obstat ut
in genere substantiae fiat unum per
se. Major probatur: nam totum
non distinguitur a partibus simul
sumptis, & unitis; sed partes vni
distinguuntur a partibus alterius;
ergo totum entitatum est a to-
to physico realiter distinctum.

Respondetur negando antecedens. Ad probationem concedo
maiores, & minores; & nego
consequentiam: nam ex partibus
materiae, & formae, non resultat to-
tum entitatum, sed physicum:
cum sit ex partibus dissimilibus:
& ideo totum physicum est a to-
to entitatu distinctum. Nec haec
totalitas entitativa obstat ad unum
per se: nam in haec, cum sit ex parti-
bus similibus intra lineam poten-
tiae, vel actus, non ponit rem in
actu, & ideo non obstat ad unum
per se: non aliter ac haec compo-
sitio non obstat ad simplicitatem
principij, vt dicitur in philosophia
lib. 1. disputat. 1. quæst. 1. 6. 3.)
ratio huius est: nam totalitas re-
sultans ex partibus entitatis, in
materia, v.g. non est totalitas ab-
soluta, sed reduplicativa, hoc est,
totalitas partis; que compatitur
cum partialitate absolute, & sim-
pliciter dicta: quando autem Philo-
sophus dixit, quod ex entibus
completis non resultat unum per
se, loquitur de entibus simplici-
ter, non vero secundum quid so-
lum completis: hoc est, de enti-

bus, que ratione completionis
sunt in actu; non vero de his, que
solum sunt actus, vel potentiae ad
inuicem ordinatae.

17. Tertium desumitur ex eo-
dem Collegio. Materia prima ex
se non habet numericam unitatem
positiunam; ergo ex se non habet
partes. Consequentia probatur:
ex eo quantitas ex se est una positi-
tis: quia ex se habet partes: er-
go substantia, que ex se non est
una positio, non habet partes.

¶ Respondetur distinguendo an-
tecedens: materia ex se non habet
unitatem positiunam, absque ordi-
ne ad quantitatem, concedo an-
tecedens: cum ordine ad quanti-
tatem, nego antecedens; & con-
sequentiam in eodem sensu. Ad
probationem distinguo antecedens;
quantitas est positio una, quia ex se habet partes indepen-
dentes, concedo antecedens pre-
cisè quia habet partes, nego an-
tecedens; & consequentiam: nam
in eo sensu, in quo materia habet
partes, est positio una: unde cum
non habeat partes nisi per ordi-
nem ad quantitatem, ideo non est,
absque tali ordine, positio una.

18. Dices. Materia per ordinem
ad quantitatem non habet par-
tes extensas; ergo nec per ordinem
ad illam habet partes actu distin-
ctas. ¶ Respondetur conceden-
do antecedens: & negando conse-
quentiam: nam quantitas tribuit
partes substantiae materiali per
modum termini extensiōē cōno-
rati; sicut obiectum tribuit po-
tentiae.

Disputatio quinta. Questio secunda.

tentia specificationem; at vero extensionem, per modum formæ inforamantis: quare antecedenter ad actualem receptionem quantitatis non habet extensionem, licet habeat partes: ratio est, nam quantitas ut principium individuans tribuit substantię materiales partes; sed quantitas ut solum connotata, & non ut informans, tribuit individuationem; sicut forma substantialis tribueret materię speciem, in casu quo posset esse absque forma, cum ordine ad illam; ergo quantitas solum ut connotata tribuit materię partes, & non extensionem: unde prouenit, quod ex se habeat partes, & non extēsionem: quia partium distinctione est in illa intrinsecè per ordinē ad quantitatis partes: at vero extēsio solum est in illa accidentaliter, & specificatiue: non aliter ac effectus albedinis est in pariēte accidentaliter, & specificatiue.

19. Quartum sic procedit. Ad substantiam (secundum Philosophum) nō datur per se motus; ergo est indiuisibilis: alias posset motus transire de una ad aliā partem. ¶ Respondetur concedendo antecedens, & negando consequētiam: nam motus per se non solum exigit distinctionem, sed positionem, seu extēsionem partium, per accidens in substantia repartam: & sic motus per se solam respicit partes quantitatis, & per accidens substantię: non aliter ac visio per se respicit colo-

reū, & per accidens sensibile cōmune.

20. Quintum. Secundum Philosophum 7. metap. text. 49. omnis distinctione prouenit ab actu; sed materia ex se nullum includit actum; ergo ex se nullam habet distinctionem. ¶ Respondetur distinguendo maiorem: distinctione prouenit ab actu, id est, ex ordine ad actum, cōcedo maiorem: id est, solum distinctione versatur inter actus nego maiorem; & distinguendo minorem: materia non includit actu, id est, non est actus, concedo minorem: id est, non respicit actu, nego minorem, & consequētiam: nam licet ex se materia, independenter à quantitate, non habeat partes distinctas, tamen in ordine ad illam illas habet; non aliter ac licet materia sublunar ex se, hoc est, independenter à formis substantialibus, non distinguatur specificè à materia cœlesti: tamen in ordine ad illas est à cœlesti specificè distincta.

21. Sextum. Omne prædicatum est per se proprium esse distinctum ab alio; sed partes substanciali ex se habent esse: ergo ex se sunt distincte. Consequentia probatur: nam talis ordo, vel est aliquid partibus substanciali superadditum, vel non; si secundum habeo intēsum: si primum ergo per aliquod accidens ab ipsis partibus distinctum habet substancialia partes substancialiter distinctas; ergo non ex se. ¶ Respondetur concedendo maiorem, & distin-

guen-

An substantia ex partibus gaudeat entitat. 64

guendo maiorem : partes inhibita-
tia ex se habent esse , cum ordine
ad partes quantitatis , concedo
minorem; absque ordine ad illas,
nego minorem , & consequentiam,
intensu distinctionis. Ad proba-
tionem dico: hunc ordinem non
esse realiter entitatem , sed solum
connotatum à partibus substanciæ
distinctæ: vnde sicut una ma-
teria sublunaris non est numericè
positiæ , (etiam in opinione ad-
versariorum) ab alia ad æquatè
distincta , absque ordine ad quan-
titatem : sic una pars substanciæ
non est , absque ordine ad aliam
partem quantitatis , positiæ nu-
mericè distincta ab alia parte sub-
stantiæ.

22. Septimum sic se habet. Dis-
tinctio partium substancialium est
esse ens formalis quantitatis : cum
ipsi ex se habeat partes realiter
distinctas; ergo absque quantita-
te non habet partes. Antecedens
probatur : effectus proprius ali-
euins forme nō valet ab alia cau-
sari : vtique quia à nigredine non
potest causari album v.g. sed dis-
tinctio partium est effectus prop-
rius quantitatis; ergo ab ipsa so-
la potest hec distinctio causari.

Respondeatur distinguendo ante-
cedens: distinctio partium substanciæ
substancialium est effectus formalis
quantitatis in genere cause formalis
extrinsecæ , vel in genere fi-
nalis , concedo antecedens: in ge-
nere cause formalis intrinsecæ ,
nego antecedens: & distinguo co-
sequens ; absque quantitate non

habet partes , absque quantitate
extrinsecè connotata , concedo
consequentiam: absque illa intrin-
secè inhærente , nego consequen-
tiæ: nam (vt dixi) quantitas est
causa pluralitatis , & extensionis:
pluralitatis , in genere finali; ex-
tensionis , in genere formalis: vnde
in genere causa formalis intrin-
secæ non tribuit substantia quod
habeat partes; sed quod extensas
habeat.

23. Inquires: quo modo sint par-
tes sublata quantitate? ¶ Respo-
deo esse distinctas , & unitas , me-
dio nexu substanciali , & individuali:
absque extensione , quæ diman-
nat à quantitate in genere cau-
se formalis ; sicut album dimanat
ab albedine.

5. V I.

Doloris sancti mens expen-
ditur.

24. IN hac re valde anceps est
Angelici Preceptoris mēs:
nam. 1. 2. q. 17. art. 4. opusc. hæc
habet verba: Et ideo quecumque
sunt unum secundum substancialiam , sunt
unum simpliciter , & multa secundum
quid: siue totum in genere substantia
compositum ex suis partibus , vel inte-
gralibus , vel essentialibus , est unū sim-
pliciter: nam totum est ens , & substanci-
a siue pliciter: partes vero sunt entia ,
& substantia in toto. Quid expre-
sarius pro nostra sententia? nam to-
tum quod resultat ex partibus in-
integralibus , in genere substanciæ ,
est

Disputatio quinta. Quæstio secundâ.

Et (secundum Diuum Thomam) va-
num simpliciter: sicut totum
quod resultat ex essentialibus;
sed ex substantia, & ex quantitate
nequit resultare unum simpliciter,
nec ex partibus quantitatis
va-
num in genere substantie, sed
varium per accidens, vel unum in
genere quantitatis; ergo (secun-
dam Diuum Thomam) substan-
tia materialis cōposita habet ex
se, in ordine ad quantitatem, par-
tes substantiales, ex quibus totum
simpliciter unum fiat, in genere
substantie.

25. Secundò: nam (secundum
Diuum Thomam) totum quod
resultat ex partibus integralibus
est ens, & substantia simpliciter:
sicut totum quod resultat ex es-
sentialibus; ergo in substantia ma-
teriali (secundum mentem Diui
Thome) non solum dantur par-
tes accidentales quantitatis, (ut
volunt Complutenses) sed partes
substantiales, ex quibus totum in-
tegrale in genere substantie coa-
lescit.

26. Respondent Compluten-
ses, Diuum Thomam loqui iuxta
sententiam probabilem aliorum:
non vero iuxta propriam. Et Li-
benter admitto hanc solutionem,
ut cum illa respondeam alteri au-
toritati ab illis adducte ex 4. cō-
tra Gentes, cap. 67. vbi expresse
docet, substantiam nullas habere
partes entitatis: sic enim ait:
alio autem modo se habet aliquid sub-
stantiale, sed id in quo est: et alio modo
aliquid quantum: nam quantum ipsum

est, & in aliisque toto, quod totum non
est in parte, sed pars in parte: sicut to-
tum in toto: si uero aliquid substanti-
tiale esset in aliquo toto, etiam toto
esset in qualibet parti eius: sicut tota
natura, & species sive est in qualibet
parte aquæ: & tota uisua in qualibet
parte corporis.

27. Ad hinc autoritatem omi-
nes qui nostram defendunt cōclu-
sionei affirmanc, Diuum Tho-
mani loqui de substantia metaphy-
sicè: hoc est, quoad speciem: non
vero physicè; hoc est, quoad in-
diuiduationem. Sed contra infur-
gunt Cöpluræ, nā quantitas meta-
physicè, & secundum speciem, etiā
est tota in toto loco, & in qualibet
parte loci; sed Angelicus Doctor
in præsenti assignat discrimen in-
ter modum essendi substantie, &
quantitatis; ergo substantia non
solum est metaphysicè, & quoad
speciem, in qualibet parte quan-
titatis; sed physicè, & quoad in-
diuiduationem.

28. Thomæ (qui pro nostra
sententia stant) aliam solutionem
non inuenierunt: & sic iuxta alia-
tam, ad impugnationem dicunt,
quantitatem distinguere a substan-
tia, quoad modum essendi, in hoc
quod substantia est quoad speciem
tota in toto, & tota in qualibet
parte: at vero quantitas est tota
in toto loco, & non in parte: hæc
que solutionem esse iuxta mentem
D. Thomæ, vaticinantur ex ex-
empli apponito: nam ait D. Tho-
mas substantiam esse in toto, se ut toto
uisua, & species aquæ est sub quali-
bus

An substantia ex se partibus gaudet entitat. 65

per partem aque; sed species aquæ solum metaphysicè, & quoad essentiam, est in qualibet parte aquæ: ergo hoc modo est substantia sub quantitate.

29. Sed ingenuè fateor me non percipere dilicitem: anxiè quæsi inter floridissima Doctorum ingenia, & non inueni: nam sicut substantia est metaphysicè in qualibet parte quantitatis; sic quantitas est metaphysicè in qualibet parte loci: & ideo ut meliorem reputo solutionem, quam Complutenses nostræ adhibent auctoritati: si ergo Diuus Thomas in partibus propriam nō exp̄ressit mentem; quare in loco ab ip̄is adducta propriâ debuit exprimere: & ideo sentio in loco ab ip̄is allegato locutum fuisse iuxta probabilem aliorum sententiam; & etiam sententiam ipsorum posse iuxta mentem Diuī Thomæ defendi.

30. Alias quam plurimas auctoritates adducunt Complutenses; in quibus docet substantiam esse indivisibilē, & non habere partes, si ei remoueatur quantitas. Ita 4. cont. Gen. cap. 65. & 1. p. q. 50. art. 1. & alibi. ¶ Sed ut his respondeam nota, (ex Salmanticensibus discalceatis. ta. 1. in 1. p. tract. 1. disq. 1.) Diuum Thom. in his, & si nihilbus testimonij locucum fuisse de quantitate pro radice; non verò de quantitate actuall: quo supposito dico Diuum Thomam alterare substantiam materialē esse indivisibilē, si ab

Atom.

ea remoueras hoc quod est esse radicem quantitatis, vel hoc quod est connotare partes quantitatis; quod absq; dubio est verum: tum quia in talic alu non esset substantia materialis, sed spiritualis, cum illa ab ista distinguatur per talen connotationem: tum quia, in nostra opinione, substantia materialis solum habet partes per ordinem ad quantitatis partes.

31. Ex hac solutione, & ex hoc notabili insurges ad hominē, contra Patres Salmantenses: nam sū in opinione horum Doctorū esse radicem diversatum quantitatum sufficit ut una substantia distingua-
tur adæquate ab alia, in genere substantia; quare esse radicem diuersarum quantitatis partium nō sufficiet, ut eadem substantia sit in genere substantia in diuersas partita partes?

Dices: ex eo D. Thomas pluribus in locis. 3. p. colligit corpus Christi esse indivisibili modo in Sacramento altaris, quia est ad modum substantia; sed corpus Christi est totum in tota hostia, & in minutissima particula hostie; nedum quoad totalitatē specificalē, sed individualē: ergo similiter substantia est tota in toto, & tota in qualibet parte nedū quoad totalitatē specificā, sed individualē.

Respondeatur iuxta doctrinam Thomistarum distinguendo ly ad modum per modum identitatis, seu uniuocacionis nego ma- jorem: per modum analogiae cō-

I

cedo

Disputatio quinta. Quæstio tertia.

cedo maiorem, & minorem; & nego consequentiam: nam mens Divi Thomæ (in locis in quibus non alsignat dicerim), sicut in 4. contra Gentes) hæc est: quod scilicet tota substantia panis est, quoad speciem, sub tota quantitate panis, & sub qualibet parte quantitatis; sic corpus Christi succedens substantiæ panis est nedum quoad speciem, sed quoad individuationem in tota hostia, & in minutissimis partibus hostie.

QVÆSTIO III.

An sint quantitatis continua species linea, superficies, & corpus?

q. I.

Definitiones propono.

E V CLIDES Mathematicorum Princeps sic has quantitatis species definiuit. *Linea est, quantitas extensa versus longitudinem, planis indivisiibilibus copulata.* ¶ *Superficies vero est, quantitas extensa versus latitudinem, lineis versus latitudinem indivisiibilibus copulata.* ¶ *Et denique corpus est, quantitas extensa versus profunditatem, superficiebus versus profunditatem indivisiibilibus copulata.* ¶ *Ex his definitionibus colliges, lineam solum habere unam extensionem, scilicet longitudinem. Superficiem vero unam proformali, scilicet latitudinem,*

& aliam pro materiali, scilicet longitudinem. ¶ *Corpus denique unam pro formali, scilicet profunditatem; & duas pro materiali; videlicet longitudinem, & latitudinem.* ¶ *In praesenti autem corpus non accipiet pro corpore substanciali in recta linea prædicamentali collocato; nec pro parte materiali corporis substancialis; scilicet pro materia prima; sed pro corpore mathematico trina dimensione constantes; scilicet longitudine, latitudine, & profunditate.*

2. Sed (ut certa ab incertis separaremus) statuendum est, corpus esse vere, & proprie quantitatis speciem: in hac re conueniunt omnes cum Aristotele, in hoc capite: & probatur ratione. Corpus est accidens comple-
tum, & perfectum, essentialiter includens rationem constituti-
uam quantitatis, determinatam ad talē rationē extensionis:
ergo est species vera quantitatis continua. Consequentia est cer-
ta. Antecedens probatur: corpus non ordinatur ad constituentium aliud accidens; sed in genere quan-
titatis habet proprium comple-
mentum: quia includit rationem communem, seu genericā, & propriam, seu differentialem per quā ultimō constituitur in proprio es-
se; ergo corpus est accidens com-
pletum, & perfectum per se per-
tinens ad hoc prædica-
mentum.

(v.)

q. II.

§. I.I.

Difficultatio resolutio.

3. **H**I S suppositis dico, linea, & superficie vere, & propriete quantitatis continua species. ¶ Constat ex Philosopho. 5. Metap. cap. 17. & ex Sancto Doctore, lect. 15. vbi docent esse tres species magnitudinis, scilicet longitudinem, latitudinem, & profunditatem. Varijs, & inefficacibus rationibus haec nostra conclusio à Doctoribus probatur: à nobis autem una, peculiarique probatur ratio ne, desumpta ex Logica. disput. 1. quæst. 3. §. 4. num. 11. Tunc aliqua species est completa, respectu rationis genericæ, quando ex se, & ex natura sua est independens; sed linea (idemque dicendum est de superficie) ex se, ut pars subiectiva quantitatis, est independens: vtique quia definitur sine ordine ad aliam quantitatis speciem; ergo est species completa quantitatis. ¶ Confirmatur. Non alia ratione definitio est species completa modi sciendi, respectu Logice, nisi quia ex se non dependet ab alia specie modisciendi; sed linea ex se non dependet ab alia quantitatis specie; ergo linea ex se est species completa quantitatis.

(•)

Tom. 2.

Opposite sententia tela.

4. **P**RIMVM aduersario. Primum argumentum sic se habet. Sicut punctum est terminus, & principium lineæ, simulque medium, quo partes lineæ copulantur: sic linea est terminus, & principium, simulque medium, quo partes superficie copulantur: (idemque dicendum est de superficie respectu corporis) sed punctum non est species quantitatis vera, & independens: quia exercet munera finis, termini, & medijs copulantis lineæ extrema; ergo propter eandem rationem linea non est vera, & independens quantitatis species: cum exerceat munera principij, finis, & medijs neutriis extrema superficie.

5. Pro solutionis intelligentia nota, has species qualitatibus posse dupliciter accipi: primò ut sunt entitates diuisibiles, & extensa: secundo, ut sunt indiuisibiles, & inextensa: nam linea, v. g. versus longitudinem est extensa, & diuisibilis; & versus latitudinem est indiuisibilis, & inextensa: idemque dicendum est de superficie. nam haec versus latitudinem est extensa, & diuisibilis, & versus profunditatem est inextensa, & indiuisibilis: in prima acceptione sunt entitates completæ: eum secundum illam non exerceat munus

12

nus

Disputatio quinta. Quæstio tertia.

atūs continuatī: sed extensio-
nis non ordinatæ: in secunda ve-
tō incompletè, reductiueque so-
lum a l quantitatis genus spe-
ciantes: cum secundum illam exer-
ceant continuatī munus. Quid
vero eadem entitas, in ordine ad
diuersos terminos, sit completa,
& incompleta constat ex dictis in
Logica disput. I. q. 3. §. 5. per to-
tum: & specialius nu. 14. & etiam
in entitate actionis, qua ut ex-
primit formalitatem actionis, est
completa, & ut formalitatem mo-
tus, ad terminum essentialiter or-
dinatū, est incompleta.

Hoc ergo supposito responde-
tur coscedenti maiorem, loquē-
do de munere secundario lineæ:
nā linea primario est species quā-
titatis completa, licet secunda-
rio exerceat munera in argu-
mento posita: qua primario exer-
centur à punto: quia in se nullas
habet partes necessarias, ad hoc
ut esset quantitatis species.

6. Dices (ca. n. Didaco i. Iesu)
linea ut indiuisibilis de formalī
dicit negationem diuisibilitatis;
sed negatio non potest esse vin-
culum superficie; ergo linea non
ut indiuisibilis, sed ut diuisibilis,
& extensa, est vinculum superfi-
ciei.

Etsi dicas: negationem diuisi-
bilitatis non esse rationem for-
malem indiuisibilitatis; sed ali-
quid ad illam consequutum. ¶ Cō-
tra insurges primū; ergo aliqua
entitas positiva, in qua funda-
tur negatio diuisibilitatis est vin-
cū

culum, & principium superficieis;
sed in linea non datur entitas po-
sitiva, distincta ab extensione ver-
sus longitudinem; ergo extensio
versus longitudinem de formalī
est entitas incompleta, ad super-
ficieis ex se ordinata. ¶ Cōtra est
secundū. Ex eo punctum non est
terminus superficiei, sed lineæ, quia
est indiuisibile; sed linea est ter-
minus superficiei; ergo ut diui-
bilis, & extensa.

Nihilominus ad primā impug-
nationem respondetur conceden-
po maiorem: & distinguendo mi-
norem: in linea non datur entitas
positiva, distincta ab extensione
realiter entitatiæ, concedo ma-
iorem: realiter expressiæ nego
minorem, & consequentiam: nam
eadem entitas positiva lineæ rea-
liter gaudet duplii expressione,
scilicet extensione versus lōgiti-
dinem, & indiuisibilitate versus
litudinem: & licet secundum pri-
mam non sit ad superficiem ordi-
nata (sicut punctum est ad lineam
ordinatum) secus tamen secun-
dum secundam.

Ad secundam impugnationem
respondetur distinguendo ante-
cedens: punctum nō est terminus
lineæ: quia est indiuisibile, for-
maliter, & præsupposituè conce-
do antecedens: quia est formaliter
sunt indiuisibile, nego ante-
cedens, & consequentiam: nam
linea versus latitudinem ita est in-
diuisibilis, sicut punctum ver-
sus omnem partem: & tamen va-
let esse terminus, & vinculum su-
perficieis.

perficiei; quia cum indivisibilitate versus latitudinem necit extensionem versus longitudinem, à superficie essentialiter presupponit etiam requisitam.

Secundò, (& etiam probatissimum) respondetur, lineam ex ictu secundum nullam expressionem, ordinari ad superficiem: & tamen constituere cum partibus superficiei unum per se: nam ad hoc sufficit, quod unum ex extremis constituentibus sit incompletum, & ex natura sua ad eam uitatem ordinatum. Constat hoc genus compositionis ex mirabili incarnationis mysterio: ubi ex substantia Verbi completa, & ex natura humana incompleta, resultat unum per se, in genere substantiae: quia una species completa non aduenit alteri in recto, & ex necessitate propria: sed in obliquo, & ex necessitate alterius speciei constituta: constat etiam ex definitione superficiei, que definitur per hoc quod sit latitudo, longitudine terminata: & in numero ternario, qui hoc modo aduenit quaternario; & denique in definitione, que etiam hoc modo aduenit demonstrationi. Iuxta hanc duplarem solutionem debes intelligere, quomodo ex instrumentis logicis completis resultant alia, que in suo genere sint completa.

7. Secundum. Nam si consideremus longitudinem corporis præcisè, cum exclusione aliarum extensionum, longitudine corporis erit aliquid incompletum, & imper-

fectum, ulterius perfectibile per latitudinem, & profunditatem: igitur linea secundum se est aliquid incompletum, & imperfectum; cum dicat exclusionem aliarum dimensionum. Antecedens probatur, corpus includit triplicem extensionem; ergo qui considerat unam tantum corporis extentionem, videlicet longitudinem, non considerat etiam corporis, sed aliquid, quod in corpore reperitur; ergo talis extensio non habet rationem entis completi, sed potius incompleti, quod ex natura sua ordinatur ad constitendum corpus. Secunda consequentia constat ex prima. Prima probatur: nam longitudine corporis, quia per rationem tantum praescindit ab alijs dimensionibus, est aliquid incompletum: & imperfectum: etiam longitudine lineæ, que ex natura sua, & essentialiter praescindit ab alijs dimensionibus erit ens incompletum, & imperfectum.

Roboratur. Ratio animalis, que est in homine, præcisè considerata est incompleta, & imperfecta, quia ordinatur ad metaphysicam hominis constitutionem; ergo longitudine corporis, præcisè considerata, est aliquid incompletum, & imperfectum: quia metaphysicè etiam potest constituere corpus.

Respondetur primò (iuxta solutionem primi argumenti) distinguendo antecedens: longitudine corporis est aliquid incompletum, ut exercet munus continuatiui in-

Disputatio quinta. Quæstio tertia.

diuisibilis versus latitudinē, concedo antecedens; vt exercet munus proprię extensionis, nego antecedens, & consequentiam in eodem sensu, propter rationem insinuatam in solutione primi argumenti, & impugnationum: nā lōgitudo non est prædicatum essentiiale corporis, nec ordinatur ad cōstitutionem metaphysicam illius: & ideo quamvis præcisè cōsideretur non est aliquid incompletum, & imperfēctū, sed est prædicatum completum, quod ex natura sua præsupponit corpus. sicut album ex natura sua præsupponit quantum: & licet quantum præcisè consideretur absque aliqua qualitate, non est prædicatum incompletum, & imperfēctū; nam licet præsupponatur ad rationem albi; non tamen ordinatur ad cōstituendum album. ¶ Per quod patet ad confirmationem: nam longitudo non respicit metaphysicè corpus: licet de materiali sit in illo.

¶ Secundo (iuxta sententiam afferentem, longitudinem, & latitudinē esse diuersa prædicata essentialia corporis, quibus metaphysicè constituitur: ita vt longitudo sit prædicatum genericum subalternum, in quo conuenient linea, superficies, & corpus; & latitudo sit etiam prædicatum genericum insimum, in quo conuenit corpus cum superficie, & in quo distinguitur à linea: & profunditas sit ultimum prædicatum, & ultima differentia perquam vlti-

mo cōstituit corpus in esse corporis, & distinguitur à quacumq; alia extensione) respondetur cōcedendo antecedens; & negando consequentiam: & ratio est: nam aliquando differentia perficit ratione in genericam determinando illam ad nouum gradum essendi, vt rationale perficit animal, & determinat illud ad nouum gradum essendi, scilicet ad esse intellectui: & sensituum similiter determinat viuens ad nouum gradum essendi; & differentia aliquando determinat genus non extrahendo illud ad nouum gradum, sed intra proprium gradum essendi addit nouam formalitatem: vt differentia equi determinat animal intra proprium gradum sensituum, addendo nouam formalitatem: & non determinat extrahēdo illud ad nouum gradum essendi. ¶ Ita similiter in praesenti possumus distinguere tres gradus extensionis, nam differentia aliquando constituit speciem, & determinat genus, ad nouum gradum extensionis: vt ratio profundi determinat latitudinem, & constituit corpus, trahendo genus ad nouum gradum extēsionis; & aliquando differentia cōstituit speciem, & determinat genus intra proprium gradum extēsionis, addendo nouam formalitatem: vt differentia constituens lineam determinat longitudinem ad esse linex, non extrahendo longitudinem ad nouum gradum extēsionis; sed determinando, & perficiē-

do illam intra proprium gradum; sicut differentia equi determinat, & perficit animal intra proprium gradum.

9. Sed (ut diximus) est discri-
men inter differentias, primas, &
secundas rationis: nam primae sem-
per explicantur nominibus posi-
tiuis: quia notiores, & perfectio-
res sunt, quam differentiae secun-
da rationis, qua non sunt nobis
ita cognitæ: & ideo sepiissimè ex-
plicatur nominibus negatiuis; ut
constat in divisione animalis in
rationale, & irrationale, ubi irra-
tionale significat differentiam con-
stitutiua bruti, quæ non extra-
hit animal ad nouum gradum es-
sendi, sicut rationale. ¶ Vnde
quando dicimus lineam esse exten-
sam secundum longitudinem tâ-
tum, particula exclusa, quæ po-
nitur loco differentia, significat
positiua rationem per quam de-
terminatur longitudo ad esse li-
neæ, quæ explicatur negatio no-
mine: quia determinat, & perficit
longitudinem intra proprium gra-
dum extensionis: atque adeo li-
cet longitudo corporis, cum præ-
cisè intelligitur, ut aliquid incô-
pletum, & imperfectum, ex hoc
non colligitur lineam esse aliquid
incompletum, & imperfectum: quia
linea non dicit longitudinē præ-
cisè, sed longitudinem determi-
natam, & completam per differen-
tiā constitutiua lineæ, quæ est
aliquid positium: & ratio longi-
tudinis, in quantum est determi-
nata, & completa per huiusmodi

differentiam, non ordinatur ad
metaphysicè constituendum cor-
pus: & per hoc patet ad confirma-
tionem.

10. Tertiam. Corpus est quan-
titas extensa secundum longitudinem,
latitudinem, & profunditatem; ergo linea, & superficies
non sunt species quantitatis à cor-
pore distinctæ: sed formalites
graduales ipsius corporis: vtique
quia species corporis continet lo-
ngitudinem, & latitudinem, & tri-
buit subiecto extensionem secun-
dum omnem dimensionem; ergo
vel dicendum est, subiectum habe-
re triplicem longitudinem, & du-
plicem latitudinem; vel corpus con-
tinere lineam, & superficiem ut gra-
duis formales, quibus metaphysicè
coalescit.

Respondetur primò (iuxta pri-
mam solutionem præcedentis ar-
gumenti) negando antecedens;
nā corpus essentialiter solum di-
cit esse profundum, quia reliquæ
extensiones præsuppositiæ tan-
tum illi conueniunt, in quantum
exigit propria continuatio, quæ
identicè exprimunt extensiones
longitudinis, & latitudinis. ¶ Se-
cundò (iuxta secundam) responde-
tur concedendo antecedens: &
distinguendo cōsequens: linea, &
superficies non sunt species quan-
titatis prout præcisè exprimunt
rationes longitudinis, & latitudi-
nis, concedo consequentiam; pro-
ut determinatur per proprias dif-
ferentias, nego consequentiam;
nam in hac consideratione sunt

Disputatio quinta. Quæstio quarta.

aliquid complectum, & perfectum ad corpus non ordinatum. ¶ Et licet verum sit, quod aliqui non reputent ut inconueniens, quod aliquid subiectum multipliciter titulo participet rationem genericam: ut videre est in genere, quod essentialiter, & denominatiue, in illorum opinione, dicitur uniuersale: tamen consequenter ad ea quæ dixi in disput. ultima, primæ partis Logice, q. 1. §. 3. nn. 10. & 11. dico, subiectum non habere triplicem longitudinem, sed unam, prouenientem à linea, quæ ei tribuit proprium effectum, & impedit ut ei superficies similem tribuat longitudinem. Vide quæ ibi lato calamo dixi.

QVÆSTIO IV.

Vtrum locus sit species quantitatis à superficie distincta?

¶ I.

Notabilia profers.

1. Pro tituli intelligentia est notandum, locum bifariè accipi: primò pro spatio imaginario permanente, quod dicunt Doctores esse capacitatem, seu non repugnantiam ad recipiendum in se quanta permanētia: huius partes sunt simul, & non concipiuntur cum successione unius ad alterum. Secundo accipitur physice: qua ratione definitur à Philosopho 4. physicorum, per hoc

quod sit, ultima superficies corporis continentis immobilis primò: ut cum lignum est in aqua: ultima superficies aquæ tangens, continens, & circundans lignum, quatenus est immobilis, vel per ordinem ad spatium imaginarium, vel per ordinem ad aliquod punctum fixum, & immobile, dicitur locus ligni. Quæstio igitur hæc non procedit de loco in prima acceptione; quia spatium imaginarium non est verum ens reale positivum, cum non dicat realem dependentiam ab aliqua causa: sed species quantitatis dicit realem, & positivam entitatem: ergo huiusmodi spatium non est assignandum pro vera quantitatis specie. Procedit ergo quæstio de loco in secunda acceptione.

2. Secundò est notandum, quod superficies corporis continentis potest surpari, vel in quantum tribuit proprio subiecto extensionem, secundum latitudinem, vel in quantum continet locatum, & illud determinat, ut sit taliter in hoc loco, quod naturaliter non resperiatur extra illum; in prima acceptione dicitur absolute superficies, & est propria species quantitatis: (ut diximus quæstione precedenti. §. 1. nn. 3. &c sequentibus: usque ad finem) in secunda vero acceptione dicitur locus: de quo inquirimus, an sit quantitatis species, à superficie distincta?

3. Tertiò est notandum, quod in loco plura possumus considerare: videiicer ratione superficie;

aptie

aptitudinem ad continendum locatum, aequali continentiam, (quae se habet ut exercitium huius aptitudinis & ut aliqui existimant) rationem concavæ figuræ, & rationem commensuratio-nis; nam semper locus commen-satur loco. His suppositis.

§. II.

Referuntur sententiae.

4. Prima sententia defendit locum esse speciem quantitatis à superficie distinctam. Hanc tenent ex Gracis Simplicins, & Ammonius: & ex recentioribus, Toletus, Sotus, & Massius in hoc capite.

5. Secunda docet, locum non esse speciem quantitatis à superficie distinctam. Hanc defendunt Scotus. q. 21. & 22. predicamento-rum. Louanienses in hoc capite. Fonseca. 5. Metap. cap. 13. q. 7. sect. 2. Suir. disp. 40. Metap. sect. 7. Ioannes à Sancto Thoma, in praesenti cum omnibus recentio-nibus, in huius gratiam, sit.

§. III.

Conclusio.

6. Locus non est species quâ-titatis à superficie distin-cta. Constat hæc nostra co-clu-sio ex Philolopho. 5. metap. cap. 13. ubi enumerat species quanti-tatis, & non enumerat locum. Et

TOM. 2.

etiam ratione, locus non dicit ex-tensionem aliquam distinctam à superfcie; ergo locus non est spe-cies quantitatis, à superficie dis-tincta; vtique quia ex eo dicimus lineam esse speciem quâtitatis ab alijs distinctam, quia importat ex-tensionem ab alijs distinctam. Ante-cedens probatur, discurrendo per omnia quæ reperiuntur in lo-co; nam aptitudo, & aequalis cō-tinentia, cōmensuratio, & figura, in suo conceptu nō dicunt ex-tensionem aliquam; ergo in loco solum reperitur extensio superfi-cie.

7. Dices, locum non dicere ex-tensionem aliquam intrinsecam, sed extrinsecam locato; & sic sicut in loco concipiimus duplē rationem mēsuræ, intrinsecā vnam, in quantum est mensura intrinse-ca proprij subiecti, & dicit ratio-nem superficie; & extrinsecam aliam, in quantum est mēsura ex-trinseca locati, & exprimit ratio-nem loci: ita similiter possumus concipere duplē rationem ex-tensionis, vnam intrinsecam, in quantum intrinsecè extēdit pro-prium subiectum, & importat ra-tionem superficie; & aliam ex-trinsecam, in quantum extrinsecè extēdit locatum, & habet ratio-nem loci. Sed contra est; nam locus, etiam extrinsecè, non tri-buit aliquam extēsionem locato: & licet aliquando dicamus loca-tum extēdi loco, hoc solum est per iuxta positionem; quo modo etiam possumus dicere locum ex-

Disputatio quinta. Quæstio quarta.

tendi locato; sed propter hoc nū. quam dicimus locum accipere, etiam extrinsecè, extensionem à locato; ergo nec locatum extrinsecè accipit extēsionem aliquam à loco. Maior constat: nam sicut locatum aliquando, in figura extensionis, dependet à loco; ut videre est in aqua in vase recepta; ita etiam locus aliquando in eadē figura extensionis dependet à locato; ut cernere licet in superficie aëris, quæ ambit vas: ergo quoad hanc extēsionem, per iuxta positionem, eodē modo se habet locatum respectu loci, ac locus respectu locati; unde manifestum est hanc dependentiam non prouenire determinatè ex natura loci, aut locati, sed ex eo quod aliquando corpus locās est fluidum, & liquidum: corpus tamen locatum est durum, & densum, aut è conuerso.

9. Secundo probatur cōclusio. In corpore locato possumus etiā distinguere superficiem conuexā, aptitudinem ad passuum continentiam, actum continentia p̄ssiuꝝ, & commensurationem respectu loci; & tamen nunquam dicimus locatum propter hæc omnia constituere peculiarem speciem quantitatis, à reliquis distinctam: igitur locus non constituit peculiarem speciem à superficie distinctam: imò hæc omnia, cum nō includant aliquam extēsionem, vel habent rationem in proprietatis respectu superficie, vel spectant ad aliud prædicamentum.

9. Ultimò probatur assertio. Locus fere semper est vnum per aggregationem: vt de se constat; quia plerumque corpora locantia sunt plurima; ergo locus secundū se non constituit peculiarem speciem quantitatis; cum hæc debeat esse per se vna.

10. Ex quo colligo, quod huiusmodi rationes non tātum probant, locum nou esse speciem quantitatis distinctam à reliquis, in ratione extēsionis, sed etiam in ratione mensuræ, secundum quā dicunt aduersari locum constitutre distinctam speciem à superficie, quia exprimit distinctam rationē mensuræ; licet non exprimat distinctam rationē extēsionis: cum locus respiciat diuersum mensurabile, (videlicet locatum) à mēsurabili superficie, quod est proprium subiectū. Probant (inquā) quia species quantitatis non sunt multiplicandæ per rationem mēsuræ, sed per rationem extēsionis; quia sicut quantitas per extēsionem, & non per mensuram, constituitur; ita species quantitatis per extēsionē, & non per mēsuram multiplicantur.

11. Ulterius cum dicis locum in ratione mensuræ esse speciem quantitatis distinctam à superficie; vel hæc ratio mensuræ constituit locum in esse loci, vel consequitur ad essentiam loci: si hoc secundum dicas; iam locus secundū se non spectat ad hoc prædicamentum, sed ratione alicuius proprietatis, quæ ad locum consequitur:

Si pri-

si primum dicas: inquitam: quænam ratio mensuræ sit hæc, quæ constituit locum in esse loci? quia non est mensura instrumentalis; nam licet aliquando per extensio-nem loci cognoscamus extensi-onem locati; non tamen ita vniuer-saliter accidit: quia sæpe per ex-tensionem locati cognoscimus ex-tensionem loci; & hæc mensura non cōstituit peculiarem speciem quantitatis. Neque est mensura formalis; quia de ratione mensu-ræ formalis est, quod tribuat tā-tam extensionem; locus vero non tribuit extensionem, nec tā-tam extensionem locato: & sicut proprie non est forma locati, sed metaphorice, & improprie: ita proprie non potest esse mensura locati. Neque est mensurabilitas passiuæ: quia locus non habet aliæ mensurabilitatem passiuam à su-perficie; ergo locus, in quantum locus, non constituit per ratio-nem mensuræ pertinētem aliquo-modo ad hoc prædicamētum: re-liquæ vero mensuræ, aut transcē-dentales sunt, sicut mensura per-fectionis: aut pertinent ad aliud prædicamentum, sicut mensura ponderis. Nec proprie locus dici-tur mensura locati, sed commen-surari locato: commensurari ve-ro alteri potius est cōuenire cum illo, in ratione mensuræ, quā esse mensuram illius.

§. IV.

Opposita sententia argumenta.

12. Argumentor primò in fa-

uorem primæ sententiaz, ex Philo-sopho in hoc capite: vbi inter re-liquas quantitatis species enumera-t locum: ergo secundum Philo-sophum locus est species quanti-tatis, à superficie distincta: alida non poneret in numero cum su-perficie. ¶ Respondeatur cōce-dendo antecedens: & negando conseqüentiam: nam cùm Aristoteles in hoc capite solum intēdat cognoscere subordinationē præ-di-catorum essentialium, & non ex a&ē intelligere essentiam illo-rum, ideo adducit speciem quāti-tatis, iuxta communem sententiā antiquorum, & nō iuxta propriā: imò aliqui probabiliter existi-mant, in hoc capite nomine loci intelligere spatiū imaginariū, quod (iuxta sententiam antiquo-rum) est reale positivum, & ex-tensum: & id colligunt ex verbis eiusdem in hoc capite: vbi dicit: *Loci ergo partes, qua singulas partes corporis continent, eodem termino, quo corporis partes copulantur: qua verba non possunt intelligi de super-ficie corporis continentis: quia partes superficie non copulantur eodem termino, quo partes cor-poris.*

13. Argumentor secundo. Par-tes loci correspondent partibus locati; ergo sicut partes locati copulātur termino communī: ita etiā partes loci: & per conseqüēs sicut locatū per se ipse etat ad hoc prædicamentum, & est species il-lius, ita etiam locus per se ad illud pertinebit, ut species. ¶ Respon-detur

Disputatio quinta. Questio quarta.

detur concedendo totum: ex quo non sequitur extensionem locis. se distinctam, ab extēsione superficie; sed solum esse & qualem extensioni locati.

14. Argumentor tertio. Loco conueniunt passiones, & proprietates quantitatis; ergo est vere, & propriè quantitas: cum ex cōuenientia passionum optime colligatur esseq̄e conuenientia. Antecedens probatur: nam locus est mensura formalis locati, determinat locatum, est forma extrinseca illius, est & qualis locato, & valet in partes diuidi; ergo loco cōueniunt proprietates quantitatis.

Respondetur concedendo antecedens: & distinguendo consequens; est verè quantitas à superficie indistincta, concedo consequiam; à superficie distincta, nego consequētiā; nam sicut locus est extensus ratione superficie, sic ratione illius est & qualis, diuisibilis, & mensura.

15. Argumentor quarto. Locus, in quantum talis, dicit formalitatem aliquam realem, & positivā, virtualiter saltim distinctā à formalitate superficie, quz non ponitur reductiū in aliquo prædicamento: quia locus, (secundum propriam formalitatem) non ordinatur ad constitutionem, & cōpositionem alterius; ergo locus per se pertinet ad aliquod prædicamentum; sed non datur prædicamentum, in quo per se ponatur locus, distinctum à quantitate: (vt constat discurrendo per singula)

ergo per se pertinet ad hoc prædicamentum. Antecedens probatur: nam locus reperitur in rerum natura ante omnem operationem intellectus, & in superficie corporis continentis duæ reperiuntur formalitates virtualiter distinctæ: (vt diximus in notabilibus) ergo ratione unius spectat per se locus ad hoc prædicamentum.

Respondetur distinguendo antecedens: locus, in quantum locus, dicit formalitatem à superficie virtualiter distinctam, spectatē ad hoc prædicamentum, nego antecedens: non spectatē ad illud, transeat antecedens; nam locus, secundum diuersas formalitates, pertinet ad diuersa prædicamenta: quia in quantum est superficies, spectat ad hoc prædicamentum; sed non constituit distinctam speciem à reliquis: & ratione figuræ concavæ pertinet ad prædicamentum qualitatis, & ratione aptitudinis quam dicit ad continendum locatum non pertinet formaliter ad aliquod prædicamentum; quia hæc aptitudo nō est aliquid positivum superadditum superficie, sed est nō repugnantia, seu capacitas negativa, quam concipimus in superficie ad continendum locatum.

16. Si ergo inquiras: an locus, in quantum locus, pertineat ad aliquod prædicamentum determinate? Respondeo ad nullum spectare prædicamentum: quia locus constituitur, & compleetur ultimò per immobilitatem, & capi-

pacitatem ad recipienda corpora; ergo in quantum distinguitur à superficie nō pertinet determinatè ad aliquod prædicamentum.

17. Dices: locus, in quantum talis, respicit locatum, ut mensura extrinseca: superficies verò respicit proprium subiectum, cui tribuit latitudinem; ergo locus, & superficies aliqualiter distinguantur; ergo locus est species quantitatis à superficie distincta. Respondeatur concedendo antecedens, & primum consequentiā: & negando secundum: nam obiectio solum probat locum aliquando distinguere à superficie; non tamen locum dicere extensionem distinctam ab extensione superficie.

QVÆSTIO V.

Vitrum motus sit species quantitatis?

§. I.

Notabilia pro questionis luce.

1. Pro tituli intelligentia est aduertendum primum, motum esse in duplice differētia: nam alius est motus propriè dictus, qui est successiva via, & tendētia in aliquo terminum: ut calefactio, quæ successivè tendit ad acquisitionem caloris: dicitur motus propriè dictus: quia est via, & tendētia successiva subiecti ad calorem, & dicitur successiva tendētia: quia eius par-

tes non permanēt simul, sed inueniuntur successū, & ex natura sua est una post alias. Motus impripiè dictus, (qui communiter solet appellari mutatio) est instantanea tendētia in aliquem terminum, & generatio substantialis dicitur motus impripiè dictus, quia est mutatio quæ in instanti perficitur: in præsenti ergo questione solum inquirimus an motus propriè dictus sit species quantitatis à reliquis distincta speciebus: quia certum est apud omnes mutationes non habere peculiarem extensionem ratione cuius possit peculiarem speciem quantitatis constitueret.

2. Secundū est aduertendum: in motu propriè dicto duplicem extensionem posse reperiri: nam aliquando motus dicitur extensus ratione subiecti; & dicimus motum esse maiorem, aut minorē, quia in maiori, vel minori mobili perficitur: & dicimus motum partialem unius manus esse extra motum alterius manus, ratione subiecti: & iuxta hanc extensionem manifestum est motum non constituere peculiarem speciem quantitatis: cum talis extensione conueniat motui per accidens ratione subiecti. Alia vero est extensio propria motus, quam formaliter habet in se, & regulariter per terminum, aut spatiū; ut videre est in acquisitione successiva caloris, & in motu locali; qui dicitur maior, aut minor, nō ratione subiecti, sed secundum se;

in

Disputatio quinta. Questio quinta.

in quantum spatium quod pertrahit, & successione attingit, est maior, aut minor. De motu in hac secunda acceptione procedit difficultas.

§. II.

Proferuntur sententie.

3. Pater Fonseca. 5. Metap. cap. 13. q. 8. distinguit inter motum, & eius successionem, affirmans, motum secundum se non constituere peculiarem speciem quantitatis: bene tamen ratione successionis: unde (in hac sententia) successio formaliter constituit specialem speciem quantitatis: quia tribuit motui extensionem, & partes, ratione quarum possit correspondere spatio imaginario successivo: sicut superficies, seu alia quantitas permanentes, tribuit proprio subiecto extensionem, & partes, quibus possit correspondere partibus spatiij imaginarij permanentis. ¶ Ratio est: nam motus, ratione successionis, habet partes inuicem succedentes, que non possunt esse simili, nec correspondere eidem parti spatiij imaginarij successivi.

4. Angelicus Magister. 5. Metap. leq. 15. cum omnibus Thomistis, contrarium amplectitur sententiam. Pro qua sit.

§. III.

Conclusio.

5. Motus, nec secundum se, nec

ratione propriæ successionis, spectat per se ad hoc prædicamentum; sed reductiæ pertinet ad prædicamentum sui termini. ¶ Cōstat expressè quo ad primam partem, ex Dno Thoma loco supra citato: ubi sic fatur: Aliqua discuntur quanta per accidens ex hoc solum quod sunt accidentia aliquas, qualiter sicut album, & musicum, per hoc quod sunt accidentia aliquantum subiecti, quod est quantum; alii vero dicuntur quanta per accidens, non ratione subiecti, in quos sunt, sed ex eo quod dividuntur secundum quantitatem ad divisionem aliquius quantitatis: sicut manus, & tempus; ergo ex mente D. Thomæ motus, nec secundum se, nec ratione successionis, spectat per se ad hoc prædicamentum.

6. Ratione vero probatur, hęc pars: nam motus (iuxta omnium sententiam) reducitur ad prædicamentum sui termini: ut alteratio successionis ad prædicamentum qualitatis: & augmentatio ad hoc prædicamentum: cum motus nihil aliud sit quam inchoatio termini; ergo motus, secundum se, non constituit pecularem speciem quantitatis.

7. Secundo. Motus, secundum se, non dicit aliquam extensionem: ergo secundum se non constituit speciem huius prædicamenti. Antecedens probatur: motus secundum se, tantum dicit rationem viæ, & tendentię: sed in via non includitur extensio essentialiter; ergo motus, secundum se, nō dicit extensionem. ¶ Confirmatur hęc

haec ratio. In motu non concipi-
mus aliquam extensionem , præ-
ter successiū; ergo motus, se-
cundum se , non habet extensi-
onem ; cum extensio formaliter
proueniat à successione.

8. Dices : extensionem esse es-
sentialē, & intrinsecā motū;
cum motus non sit quæcumq; tē-
dēntia, sed tendēntia successiū.
Contra tamen est ; quia formalis-
tas successionis est separabilis à
motu; ergo motus, secundum se ,
non dicit essentialiter successio-
nem. Consequentia est certa. An-
tecedēs probatur ; acquisitione cal-
oris intensi est motus subiecti ad
intensiorem calorem : sed huius-
modi acquisitione potest esse tota
simul, absq; successione; ut si sub-
iectum non habeat contrarium:
aut si calor dimanaret à subiecto
tanquam proprietas propria ; er-
go formalitas successionis est se-
parabilis à motu.

9. Secunda verò pars satis latè
probatur à Patre Suarez , dispu-
40. metap. se & . nam licet mo-
tus, ratione successiōnis , habeat
extensionem , non tamen absolute
est quantus: quia non habet ex-
se partem extra partē: cum om-
nes partes valeant simili penetra-
ri ex natura sua in eadem parte
spatiij imaginarij successiū; ergo
ne ratione successiōnis est per se
quantus. ¶ Confirmat: nam mo-
tui solum conuenit extensio per
accidens, ratione termini, aut spa-
tiij: vt videre est in alteratione,
quæ solum dicitur magna, in quā-

tum terminus acquisitus per alte-
rationem est modaliter magnus,
id est maximè intensus ; & simili-
ter in augmentatione, quæ tan-
tum dicitur magna , in quantum
quantitas acquisita per augmen-
tationem magnam habet exten-
sionem: & denique in motu locali
patet ad sensum ; ergo motui, ra-
tione successiōnis, non conuenit
per se extensio.

10. Ultimò probat ex eo quod
extensio successiū per negatio-
nem cōpletur in successione; cum
successiō partium de formalis so-
lū indicat negationem permanē-
tiæ; sed quod negatione comple-
tur, non constituit per se in aliquo
genere peculiarem speciem; ergo
motus, ratione successiōnis, non
est per se sub quantitatis genere.

11. Sed hæc facile possunt dis-
solvi in doctrina Fonseca : quia
impossibile est intelligere succe-
sionem , & quod partes successio-
nis, aut succedētis, ut sic, possine
penetrari in ordine ad spatiū ima-
ginariū successiū: cum impos-
sibile sit intelligere successionē,
& quod partes nō sibi inuitē suc-
cedant: ita ut yna habeat esse post
aliā; aliā cessaret successio, &
inciperet permanentia; ergo par-
tes motus successiū, ratione suc-
cessiōnis, sunt impenetrabiles in
ordine ad spatiū imaginariū
successiū: in quo certè succe-
sia quanta excedunt permanentia:
nam quantitas permanentis ha-
bet partes ex natura sua impene-
trabiles , respectu eiusdem spatiij
ima-

Disputatio quinta. Quaestio quinta.

imaginationis permanentis: illa ta-
men non repugnat impenetrabi-
litas: quia per diuinam potestiam
possunt esse in aliis in eadem parte
spatii imaginationis; & possunt indi-
viduibilis qualitas modo existere:
ita ut tota quantitas permanens
sit in eodem spatio, & tota in qua-
cumque parte spatii sit quantitas
Corsoris Christi in Eucharistia
et in eodem spatio hostie conser-
vatur, & in quacumque parte illius.
Exterum extensio successus iouis
(iuxta communem, & probabi-
lem sententiam) habet partes impene-
trabiles, etiam per potentiam
Dei absolutam: immo si successus in
negatione permanentis comple-
etur, evidenter ostenditur partes,
ratione successionis, esse impene-
trabiles, etiam in ordine ad po-
tentiam Dei absolutam. Pro con-
firmatione est aduertendum, quod
aliud est motus successivus habere
extensionem in ordine ad aliud,
& aliud habere extensionem ab
alio, tanquam à forma accidenta-
li: primus est absolutè verum; &
secundum (ex quo solum conse-
quitur intentum) falso; ut cōs-
tat in paternitate, quia habet esse
relatum in ordine ad filium, &
per filium tanquam per terminum
extrinsecum sui specificationis;
non tamen per accidens dicitur
relatio; & similiter in scientia, in
qua non pugnat habere esse in or-
dine ad aliud, & habere esse essen-
tiale in ordine ad illud: licet re-
pugnet esse essentialiter tale, &
habere esse ab alio tanquam à for-

ma accidentalis: unde motus suc-
cessivus, (licet dicatur extensus
per ordinem ad extensionem ter-
minis, vel spatii) non dicitur per
accidens extensus, sed essentialiter;
quia ordinis ad terminum est
motus essentialis.

12. Secunda etiam ratio facile
dissolvitur, in scientia partis Fö-
fice: quia negotio permanentis
non constituit successivitatem, li-
cet ad eiusdem successioneis co-
sequitur: sicut negatio successio-
nis non constituit per modicam,
ad quam consequitur explicatus
autem aliquando entitatem suc-
cessionis per negationem adiun-
ctam, sicut entitate permanentis
solemus explicare etiam per
negationem successionis. Quare
his rationibus omisis.

13. Sic nolra probatur assertio.
Sola *quantitas formalis* pertinet per
se ad hoc prädicamentum; sed
extensio successiva motus solum
est *quantitas modalis*: ergo per se
non spectat ad hoc prädicamen-
tum. Maior patet discurrendo per
omnem quantitatem modalē: in-
tensio namque, & quantitas per-
fectionis, non pertinet per se ad
hoc prädicamentum. Et amplius
probatur: nam *quantitas modalis*
absolutè nō habet rationem for-
me, & naturæ accidentalis; sed
sola forma, & natura accidentalis
qua formaliter tribuit substantia
aliquid esse constituit speciem in
prädicamentis; ergo sola *quantitas*
formalis per se pertinet ad
hoc prädicamentum. Consequē-
tia

tia probatur, quia quantitas formalis habet rationem formæ, & naturæ accidentalis, quæ tribuit subiecto partes extensas. Minor finis qua est difficultas (probatur: nam extensio motus non tribuit substantię extensionem aliquam; substantia enim non dicitur successiva, nec successivè extensa, quamvis motus qui in ipsa recipitur habeat extensionem successivam; & ratio est, quia successivo motus non est forma tribuens proprium esse substantię, sed tantum est modus determinans entitatem motus, cui tribuit proprium effectum, quasi formalem, & denominat successivum. Quod verò motus, ratione successionalis, sit quantitas modalis probatur; nam motus, ratione successionalis, habet partes extensas, & continuas, medijs indivisiibilibus, quarum una penetratur cum aliis; ergo motus, ratione successionalis, est saltim modaliter quantus.

14. Sed pro perfecta huius rationis intelligentia nota, hoc esse discrimen inter quantitatem modalem, & formalem: quod quantitas modalis solum determinat, & modificat entitatem, cuius est modus, cique tribuit proprium effectum: non tamen determinat substantiam, nisi fuerit substantię modus; quare absolute non prædicatur de substantia, sed de entitate, cuius est modus; ut videre est in intensione, quæ non dicitur de substantia, sed de qua-

litate cuius est modus: et si aliquando quantitas modalis dicitur de substantia, hoc conuenit ei in quantum collocatur ex parte prædicati ut aliquid determinans rationem in recto dictam de substantia: in quo sensu dicimus ignem esse intense calidum. Quantitas vero formalis habet rationem naturæ accidentalis, quæ tribuit substantię proprium esse formale, & absolute dicitur de substantia: ut cum dicimus substantiam esse latam, profundam, &c. Quare cum extensio successiva non tribuat proprium effectum formalem substantię, sed motui, aut durationi, quam modificat, colligitur extensionem successivam solum esse quantitatem modalem: atque adeo per se non constituere speciem quantitatis: quia ut aliqua entitas dicatur quanta, ita ut per se intret in hoc prædicamentum, non sufficit quod essentialiter dicat extensionem, sed quod essentialiter dicat extensionem formalem, & non modalem tantum: alias possumus multiplicare quantitatis species.

15. Etsi dicas. Philosophum non numerasse successionem inter quantitates modales. Respondetur Philosophum nomine durationis intellexisse omnem successionem: nā aliquando species notior ponitur in aliqua divisione loco rationis genericæ.

(10)

Disputatio quinta. Quæstio quinta.

§. IV.

Patrii Fonsecationes.

16. **P**rima pars primæ sententiæ, in qua afferit Pater Fonseca motum secundum se nō constitutere peculiarē quantitatis speciem, constat ex rationibus nostræ conclusionis : secunda verò quæ defendit, motum ratione successionis includere extensionem specificā, probatur primò ex Aristotele dicente, motum esse de genere continuorum: sed hoc competit illi ratione successionis; ergo ratione successionis est quātitatis species. Minor probatur; nā motus in tantum dicitur continuus, in quantum eius partes nulla media interpolatione, aut quiete, sibi inuicem succedunt: idest, una post aliam; sed hoc conuenit motui ratione successionis; ergo motus est ratione successionis species quantitatis.

Respondetur distingiendo maiorem: motus (secundum philosophum) est de genere cōtinuum modalium, concedo maiorem; formalium, nego maiorem: & cōcessa minori: nego consequentiam: nam (vt dixi in ratione secundæ partis nostræ conclusionis §. antecedenti, nu. 13.) quantitas per se spectans ad hoc prædicamentū est formalis, & non modalis; qualis est, quæ reperitur in motu ratione successionis.

17. Secundo. Motus, in quantū

successiuus, habet partes repugnantes respectu eiudem partis spatij imaginarij successiū: quia impossibile est intelligere successionem, & quod partes eius non repugnant in ordine ad eandem partem spatij, imaginarij successiū; ergo motus ratione successionis constituit speciem huius prædicamenti: utique quia extensio, (quæ explicatur in ordine ad spatiū imaginarium successiū) ita spectat per se ad hoc prædicamentum: sicut extensio quæ explicatur in ordine ad spatiū imaginarium permanens.

Respondetur concedendo antecedens, & negando consequentiam: nam (vt dixi in discursu questionis) extensio intrans per se in hoc quantitatis prædicamento est extensio formalis, & non modalis: unde motus non est species quantitatis, etiam si habeat partes repugnantes respectu eiudem spatij, imaginarij.

QVÆSTIVNCVLA appendix.

*Virum tempus sit quantitatis
species?*

§. V.

Temporis acceptio[n]is

18. Pro tituli captu est ad-
uertendum, tempus aliquando usurpati pro omnidura-
tione;

§. VI.

Conclusio.

tione: nunc habeat successionem formalem, nunc virtualem tantum, & in hoc sensu accipitur tempus, cum de Deo predicamus aliquid per modum praeteriti, aut futuri, & dicimus Deum fuisse, & futurum esse; quia sicut in Deo non decur propriè praeteritum, aut futurum, (quia eius duratio est tota simul nullam habens successionem) ceterum ratione eminetiae, & virtutis, præstat in ordine ad spatum imaginarium quidquid præstaret duratio infinitam habens successionem. ¶ Secundò usurpatur tempus propriè pro duratione successiva formaliter habente partes successivas: videlicet praeteritum, & futurum, qui instanti praesente continuatur: & in hoc sensu definitur ab Aristotele & physicorū, ubi inquit: *tempus est numerum motuum, secundum prius, & posterius.*

19. Secundò est aduertēdū, tempus dividitur extrinsecum, & intrinsecum: tempus extrinsecum dicitur duratio, in qua successiva recipiuntur: aut duratio extrinseca, qua utimur ad cognoscendam durationem intrinsecam alicuius entitatis: ut duratio motus primi mobilis appellatur tempus extrinsecum horum inferiorum, quia illa mediante cognoscimus durationem intrinsecam rerum inferiorum. ¶ Tempus intrinsecum est, duratio intrinseca cuiuscumque motus, aut rei successivæ, & de hac dubitamus an sit quantitatis species?

Tom. 2.

20. Tempus non est quantitatis species. Hac docet expressè Diuus Thom. & Metap. le Et. 15. (vt vidistis supra in hac questione, §. 3. nu. 5.) & probatur ratione: nam tempus est motus primi mobilis: (vt videbitur in Philosophia; lib. 4. disp. 2. q. 1. §. 2. per totum) sed motus, ratione successionis, solum est quantitas modalis insufficiens ad hoc, vt per se constituatur in predicamento; ergo tempus non est quantitatis species.

21. Contra hanc conclusionem non militat aliquid argumentum distinctum ab argumentis pro secunda parte Fonseca positis supra §. 4. huius questionis: praeter auctoritatem Aristotelis, qui in hoc capite enumerat tempus inter species quantitatis: & ideo ad argumenta quæ communiter adduci solent respondeatur, solum probare tempus habere extensionem, & partes impenetrabiles: ex qua non sequitur tempus esse speciem quantitatis per se spectantem ad hoc predicamentum; sed esse quantitatem modalem indirecte ad illud spectantem: & ad Philosophum respondeatur locutum fuisse iuxta mentem antiquorum.
(. .)

k 2

QVAE

Disputatio quinta. Questio sexta.

QVÆSTIO VI.

An inter species quantitatis veras numerandus numerus sit?

§. I.

Elucidatio questionis.

1. Philosophus (in præsenti) generalissimum quantitatis genus diuisit in quantitatem cōtinuam, & discretā: nunc quod inquiremus est, an numerus, qui quantitatis discretæ species propria est, sit etiam quantitatis ut sic species? quod est idē ac inquitere; an quantitas discreta sit vera, & propria species quantitatis ut sic?

2. Sed ut certa ab incertis sint discrete, cum omnibus suppono, numerum constitui ex unitatibus inter se ordinatis, & non unitis; ut ternarius componitur ex tribus unitatibus; sed cum unitates, aliae sint transcendentales, ad omnia prædicamenta consequæ: & aliae prædicamentales, seu quantitatibus solon ad prædicamentum quantitatis spectantes: numerus partitur in transcendentale n, & prædicamentale: transcedentialis est multitudo ad omnia prædicamenta spectans cōsurgens ex unitatibus transcedentalibus ab ente distinatis, & ab illa per modum passionis consecutus: in quo sensu Personæ Trinitatis tres appellamus. Prædicamentalis est qui cōsurgit ex unitatibus incompletis, ex diuisione

continui in quantitatibus diuisis resultantibus; vel est qui cōsurgit ex unitatibus quantitatibus. Et de numero in hac acceptione procedit quæstio: quia numerus prædicamentalis, seu quantitatius est propriè numerus; est ergo numerus secundum Philosophū i o. Met ap. tex. 8. multitudo mensurabilis uno. Vnde sicut ratio mensuræ propriè repetitur in quantitate: ita etiam ratio numeri, quæ mensura n includit, in multitudine quantitatius propriè repetitur.

3. Secundo notant Doctores, numerum bifariè usurpari; primò pro numero numerato, secundò pro numerante: numeratus sunt ipsæ res numeratae, quæ tria, vel quatuor dicuntur: numerans autem dupliciter etiam accipitur à metaphysicis: effienter, & formaliter: numerus numerans effienter appellatur actus intellectus, quo res numerantur: numerus vero numerans formaliter appellatur ipsa forma numeri, à qua formaliter res dicuntur numeratae: hanc diuisionem explicant in pariete albo, qui dicitur effienter albus ab homine dealbante; & formaliter ab albedine. ¶ Sed hoc communne notabile cum nominali procedit & qualificatione: nam intellectus, vel actus numerans non debet appellari numerus numerans: sed numerum numerans: & in easu quo sic deberet appellari, forma numeri non debebat appellari numerus numerans;

sed

An numerus sit vera species quantitatis. 75

sed ratio numeri sit ratio primi est; nam intellectus, vel actus numerans non est numerus; sed id à quo numerus numeratur: ratio secundi est: nam in casu quo intellectus vel actus numerans esset appellatus numerus numerans; forma numeri ab illo distincta alio nomine debebat appellari; ne termini confusione pariant.

4. Tertio notandum venit quod ens per se usurpat multiplicitate; primo pro ente, enti in alio opposito: in quo sensu sola substantia est ens per se: secundò pro actu puro, qui omnem excludit compositionem: in qua acceptione solus Deus est ens per se: tertio pro entitate composita tam ex partibus metaphysicis, sicut Angelus, quam ex physicis per se ordinatis. Hoc ergo ens per se in hac ultima acceptione est in triplici differentia: nam aliud est ex potentia, & alii, ordinatis intra idem prædicamentum: ut homo: aliud ex partibus intra idem prædicamentum ordinatis, & unitis medio indivisiibili, absque eo quod habeant inter se rationes actus, & potentie; ut continuum: & denique aliud ex partibus ordinatis, & non unitis; ut pulchritudo, numerus. Hanc entiam per se diversitatem expresse tradit Angelicus Magister 7. Metaph. lect. vlt. dicens: huius autem diversitatis ratio est: quia compositum quandoque sortitur speciem ab aliquo uno, quod est, vel forma, ut patet in corpore mixto: vel compositione: ut patet in domo: vel ordo; ut patet in syll-

Tom. 2.

laba, & numero: & tunc oportet quod compositum sit unum simpliciter, quandoque vero compositum sortitur speciem ab ipsa multitudine partium collectarum: ut patet in acervo, & in populo: & in talibus compositum non est unum simpliciter; sed solum secundum quid. Hucusque Diuus Thomas: ubi expressè docet compositum ex unitatibus ordinatis, & non unitis, (quale est numerus esse unum per se, seu simpliciter; & non unum per accidens, seu secundum quid.

q. II.

An unitas prædicamentalis sit à quantitate continua realiter distincta?
(..)

5. Sed quia decisio huius questionis maximè pendet ex perfecta unitatis penetratione; ideo ante illius resolutionem examinandum est: an unitas prædicamentalis sit à quantitate continua realiter distincta? quod est idem ac inquirere: an unitas prædicamentalis solum addat supra quantitatem negationem diuisio- nis? vel an addat entitatem parti- alem positivam ad quam etiam sequatur divisionis negatio?

6. In hac re ut certum suppono cum Diuino Thoma. i. p. q. i i. a. i. unum transcendentale non adde- re supra ens aliquid reale positi- um; sed solum negationem diui- sionis. Ratio est: nam hoc reale

Disputatio quinta. Questio sexta.

positum quod addit unum trascendentale supra ens, vel est ens, vel non? si primum; ergo supra hoc positum quod est ens, non addit nisi negationem divisionis: quod est intentum: ni concedas processum in infinitum: si secundum: ergo non ens est aliquid reale positum: quod ridiculum est: ergo ut certum tenendum est unum transcedentale solum addere entitatem carentiam divisionis.

7. Hoc ergo supposito, ut maiori procedamus claritate, primus modus dicendi, (quem ut probabilem reputo) est plurium Thomistarum, assertum unitatem praedicamentalem ante operationem intellectus addere aliquid reale positum supra substantias, & qualitates numeratas; non verò supra quantitatem continuam, quam ut rationem constitutam unitatis praedicamentalis assignant. Hic modus opinandi nouissime est illustratus à sapientissimo Magistro Lerma in praesenti. q. 13. n. 2. & constat ex Philosopho in hoc cap. ubi non semel docet numerum praedicamentalem resultare ex sola continuitate divisione.

8. Secundò: nam licet unitas quantitativa, seu praedicamentalis, dicat supra substantiam quantum rationem aliquam accidentalem, scilicet extensionem, aut mensuram quantitativam: certum supra entitatem quantitatis continua non addit aliquid positum, sed tantum carentiam di-

uisiōis; quia unitas (ut diximus) solum addit supra ens carentiam divisionis; sed intelligimus substantiam unam absolutè per hoc quod sit individua; ergo possumus intelligere quantitatem unam per hoc quod sit individua: quantitas enim individua ens individuum est; atque adeò unum, quod docuit Diuus Thomas. 4. Metap. lect. 3. dicens: unum, quod est proprium numeri, addit supra substantiam rationem mensuræ, qua est propria passio quantitatis.

9. Tertio constat ex dictis. q. 3. huius capituli, §. 2. n. 3. & §. 3. n. 5. & sequentibus: nam (in nostra opinione) linea valet concepi ut species completa quantitatis continua, directè ad genus quantitatis spectans, & ut aliquid incompletum, & partiale reductiuè ad idem pertinens genus; ergo similiter potest accipi quantitas continua ut species completa quantitatis continua, & ut divisibilis in partes: & etiam ut incompleta, & ut indivisibilis, in specie quantitatis discretæ; ergo licet secundum primam acceptiōem non valeat se habere ut principium numeri, & ut pars unius per se, bene tamen secundum secundam: non aliter ac linea versus latitudinem valet se habere ut aliquid superficie. ¶ Nec contra hunc modum dicēdi est Diuus Thomas, quodlib. 10. ar. 1. nam ibi solum docet unitatem praedicamentalem addere aliquid supra substantiam non verò supra quantitatem, vel

su-

supra substantiam quantam.

10. Nihilominus secundus modus dicendi, (quem ut probabiliorem reputo) est etiam plurium Thomistarum, assertentium unitatem praedicamentalem non solum ad dñe aliquid positivum supra substantias numeratas, sed etiam supra quantitates continuas numeratas: nam supra ipsas (defendunt) addere aliquid positivum partiale ad genus quantitatis redditum est spcans. Hic modus opinandi defenditur à Magistro Arauxo 1. metap. q. 3. art. 2. conclus. 2. & constat primò ex verbis Aristotelis pro primo modo allatis, nu. 7. nam resultantiā semper accipitur à Philosophis pro actione, vel quasi actione, ad quam sequitur aliquid imperfictum, vel incompletum.

11. Secundò constat ex Diuo Thomā, loco supra allato: & etiā ex 1.p.q. 11. art. 1. vbi exp̄s̄t: quod unum, quod est principium numeri, addit aliquid supra ens, ad genus quantitatis pertinens.

12. Tertio constat ratione: nā relatio praedicamentalis: (vt coltabit ex dicendis infra, disput. 6. q. 2. §. 4. nu. 15.) distinguitur à transcendentali in hoc, quod illa aliquid, ista verò nihil addit supra fundamentum; ergo similiter unitas praedicamentalis, vt à trascendentali distincta, debet addere aliquid supra quantitatē: alias unum in qualitatibus repetitum, non esset ab uno, quod est in alijs praedicamentis, distinctum.

Tom. 2.

13. Nec valet dicere, has unitates praedicamentales esse per rationem à quantitate distinctas. Non (inquit) primò: quia hæc distinctio non sufficit in relationibus praedicamentibus: ergo nec in unitatibus praedicamentibus debet sufficere. Secundo: quia hæc distinctio etiam reperitur in unitatibus transcendentalibus: ergo praedicamentales exigunt, ultra distinctionem rationis, realē distinctionem.

§. III.

Praedicamentalis numeri compositione qualis.

14. Sed antequam ad difficultatis decisionem accedamus, oportet etiam præmittere numeri praedicamentalis compositionem: an videlicet sit compitus ex actu, & potentia per se ordinatis, sicut homo: an vero ex partibus similibus, vt quantitas continua: an verò sit aliud compositionis genus, in quo nunletus praedicamentalis existat?

15. In hac re ut certum suppono: (cum omnibus Dialecticis) in præsenti non loqui de compositione quæ sit cum forma totali numeri, quæ in numero ternario, v.g. est ternitas; sed de illa quæ sit cū forma quasi partiali, quæ in opinione plurium Thomistarum est ultima unitas, licet in opinione aliorum sint omnes, vt mutuo respiciunt. His prælibatis, sit.

K 4

§. IV.

Disputatio quinta. Questio sexta.

§. IV.

Prima conclusio.

16. Numerus propriè nō cōstat ex actu, & potentia; sed ex unitatibus partialibus inter se ordinatis, que ad inuicem, sub diuersis expressionibus, rationes actus, & potentia impro priè sortiuntur. ¶ Prima pars probatur: nam numerus est accidentis prædicamentale, quod in hæret subiecto, in quo est; sed intra genus accidentis nulla est cōpositio ex actu, & potentia; ergo numerus nō coalescit propriè ex actu, & potentia.

17. Probatur secundū eadem pars: nam non alia ratione docet Thomistæ continuum non resultare ex actu, & potentia, nisi quia constat ex partibus similibus, seu eiusdem rationis: sed partes numeri sunt similes, seu eiusdem rationis: (ut omnes fatentur) ergo numerus non resultat propriè ex actu, & potentia.

18. Ut secundam partem nostrę resolutionis probemus, nota, unitatem prædicamentalem, ut partiale, non solum esse ad alias ordinatas, sed etiam esse terminum aliarū: quare ratione ordinis habet titulum quasi formę; & ratione termini terminantis, titulum quasi materię: ratio est; nam unitas connotans aliam se habet ut determinans; & terminus huius (vel unitatis connotatę) ut de-

ut determinata; sed propriū munus formę est determinare, & materię esse determinatam; ergo unitates numeri ad inuicem exercent munus formę, & materię; licet non sit cum proprietate, qua exercetur à partibus entis naturalis.

19. Hoc supposito probatur conclusio. Omnis unitas prædimentalis numeri constitutiva cōnotat, & connotatur; sed ut connotat, se habet ut determinans, & ut connocatur, se habet ut determinata; ergo in numeri compositione exercet munera materię, & formę. ¶ Explicatur hoc in contractu matrimonij; ubi utque consensus, sub diuersis expressionibus, exercet munera materię, & formę; nam consensus, qui se habet per modum acceptationis, exercet rationem formę, quia se habet per modum determinatis; & qui se habet per modum traditionis, obtinet rationē materię, quia se habet ut determinatus: (sic fideliores Thomistæ (ergo similiter dicendum est de unitatibus, ex quibus numerus coalescit prædicamentalis.

20. Dices primo, Quælibet unitas est per se forma numeri; ergo non valet esse per se eiusdem numeri materia: tum quia quod per se est actus, non valet esse per se materia; tum quia id quod per se est pars, non valet esse per se totum nec ē contra. ¶ Respondeatur negando consequentiam. Ad utramque probationē dico, quod licet

An numerus sit vera species quantitatis. 77

Hic et respectu eiusdem, & sub eadem connotatione non valeat se habere idem ut forma, & materia, per se, & ut totum, & pars; bene tamen respectu diuersorum: ut videre est: tum in contractu matrimonij; tum in quantitate continua: ubi eadē quantitas, respectu suarum partium, est totum per se; & respectu aliarum, maioris quantitatis, est per se pars: & in humanitate, quæ respectu suarum partium est totū; & respectu suppositi est pars. In hoc eodem exemplo habes quod anima sit forma per se humanitatis, & materia subsistentiæ: hand aliter in praesenti; eadem unitas, sub diuersis connotationibus, & est per se materia, & per se forma. ¶ Adde hanc obiectionem debere solui ab aduersarijs; nam (in eorum opinione) ultima unitas, ut talis, est forma per se numeri: & eadem sic tali positione, est per se materia eiusdem numeri.

21. Dices secundo. Adueniente ultima unitate sic numerus ternarius. v.g. & ablata deficit; non aliter ac adueniente anima rationali materia, sit humanitas: & illa abeunte deficit; ergo sola ultima unitas est totalis forma numeri. ¶ Respondetur negando ly nō aliter: nam respectu humanitatis sola anima valet exercere munus formæ; at vero respectu numeri ternarij v.g. omnes tres unitates: & ut falsitatem argumenti intellegas; adde, hoc argumentum esse absque dubio in favorem nostræ

resolutionis; nam non solum ablata ultima unitate deficit ternarius, sed etiam quavis alia ablata: (ut ex se constat) si ergo ultima assignatur à contrarijs ut forma; quia ea deficiente deficit ternarius; etiam omnes aliae, propter eandem rationem, debent alsignari ut formæ, quia illis deficienibus deficit.

22. Roboratur amplius nostra assertio; nam si sola ultima unitas esset numeri forma, illa manente non mutaretur species numeri, quamvis alia ex unitatibus habebitis rationem materia deficeret; sicut non mutatur species hominis per decisionem alicuius materiae partialis; sed hoc expressè est contra id quod experimunt; & contra Diuum Thomam 8. Metap. lect. 3. ubi ait: *spectem numeri variari per hoc quod aliqua unitas addatur, vel subtrahatur alicuius numeri;* ergo omnes unitates exercent munus formæ.

23. Dices tertio. Diuus Thom. 7. Metap. lec. vlt. & 8. Metap. lec. 3. expresse docet, ultimam unitatem esse formam, numero speciem tribuentem; ergo nostra conclusio expresse est Doctori Sancto opposita. ¶ Respondetur Diuum Thomam in hac auctoritate solum asserere ultimam unitatem exercere munus formæ: quod vereissimum est, etiam si aliae unitates munus exerceant formæ: præcipue cum omnes ad inuicem sint ultimæ. Pro huius solutionis intelligentia nota, opinies unitates,

sub

Disputatio quinta. Questio sexta.

sub diuersis expressionibus, exercere munera formæ, & materiæ vltimæ, & non vltimæ: nam vni-
tas connotans alias, in ternario v.g. supponit (pro aliquo priuori) connotatas; & similiter connota-
ta, vt connotans, supponit cōno-
tantem, & connotatam, in alio
priori: & sic ad inuicem exercent
hæc munera distincta, & necessaria,
vt ex vnitatibus resaltem numerus,
qui omnes partes includat
in re &c: nō aliter ac vt sit homo,
non sufficit, quod forma pro ali-
quo priori informet materiæ, sed
vltius requiritur, quod materia
in alio respiciat formam: sic vt re-
sultet numerus ternarius non suffi-
cit quod vna ex tribus vnitati-
bus, vt vltima connotet alias, pro
aliquo priori præsuppositas; sed
vltius requiritur, quod aliæ cō-
notent in suo priori alias covni-
tates, vt ex illis resultet ternarius
numerus. ¶ Ecce qualiter om-
nes ad inuicem, in suo priori, sunt
vltimæ, & exercet munus formæ,
ad vna vnitatem non determina-
tum: (vt aduersarij existimauere).

24. Dices quarto. Vnites ter-
narij illum constituunt, prout ha-
bent inter se ordinem primæ, se-
cundæ, & tertia; sed sola tertia
supponit alias; ergo sola hæc est
aliorum forma.

25. Aliqui Doctores, (qui pro
nostra stant conclusione in nota-
bitibus) concedunt maiorem, &
minorem; & negant consequen-
tiæ; sed nescio quo fundamēto;
tum quia ex illis optimè est illata

consequentia: tum quia si in ter-
nario v.g. datur vna, quæ sit ex
naturalia & ex se tertia, absque
dubio hæc erit numeri ternarij
forma: tum quia ex tribus vnitati-
bus non datur maior ratio, qua-
re vna sit magis tertia, quam se-
cunda; ergo vel omnes iunt ter-
tia, primæ, & secundæ, vel nulla
est tertia: tum quia numerus non
est ens rationis, sed reale; ergo à
parte rei habet formam, & mate-
riam, vltimam, & non vltimam: sed
in nulla ex illis, à parte rei, datur
aliqua sigillatio realis, ratione
cuius sit vna vltima, & alia nō vi-
tima; ergo vel dicendum est nume-
rum esse aliquid rationis, vel om-
nes esse vltimas, & non vltimas.
26. Vnde ad argumentum ali-
ter respondeatur, distinguedo ma-
iorem: vnitates constituunt ter-
narium numerum, prout habent
ordinem primæ, secundæ, & ter-
tiae, prout mutuo seruant huc or-
dinem concedo maiorem: prout
sola vna habet in re rationem vi-
tima, & aliæ nō vltima, nego ma-
iorem, & minorem, propter dicta
in impugnationibus solutionis
præcedentis.

Et ut perfectam huius rei notitiæ
habeas, nota, quod à parte rei
omnes vnitates sunt vltimæ, & nō
vltimæ: id est, sunt cōnotantes, &
connotatae: vnde quando intelle-
ctus apprehendit numerum ter-
narium, licet in prima nominatio-
ne, vocibus expressa, vna vt pri-
mam, aliam vt secundam, & altam
vt tertiam nominet, tamen ipse
om-

omnes apprehendit ut primas, & ultimas: alias non apprehenderet numerum realem, qui in recto exigit ex omnibus coalescere; sicut homo in recto coalescit ex materia, & forma: ratio autem quare numerus in recto exigit omnes, est, quia numerus est per se unus, intra lineam quantitatis discrete; sed ex parte recta, & obliqua intra nullum genus resultat unus per se; ergo ut numerus sit in re unus per se, & ut apprendatur ut talis, op' est, quod omnes unitates sint connotantes, & connotatae, ultimae, & non ultimae.

27. Replicabis, acutè satis. Ex eo quod numerus constet in recto ex omnibus unitatibus adiunicē se connotantibus, non sequitur, quod omnes exercet munus formæ: nam homo in recto contat ex partibus unitis: & tamen utraque pars non exercet munus formæ: ergo ex eo quod numerus in recto exigit omnes unitates illum componentes, non sequitur, quod omnes obtineant titulum formæ.

Respondetur negando antecedens: nam (ut constat ex Diuo Thoma loco supra citato) homo est unus unitate formæ, quæ in utraque parte non inuenitur: at verò numerus tantum est unus, unitate ordinis, seu connotacionis, in omnibus partibus, in recto se habentibus, reperte; & ideo omnes participat unus formæ.

28. Ultimò probatut nostra assertio ad hominem, contra Thomistas afferentes solam ultimam

unitatem exercere munus formæ; nam hi Doctores fatentur quod perfectas, seu compositio numeri se habet sicut perfectas, & compositione pulchritudinis, & syllogismi formalis, sed forma pulchritudinis est in omnibus partibus, ex quibus resultat pulchritudo; & similiter forma syllogismi formalis est in omnibus actibus intellectus; ut dixi in Logica disp. 1. q. 1. §. 8. per totum ergo similiter forma numeri debet reperiri in omnibus unitatibus.

§. V.

Referuntur sententiae.

29. **H**is suppositis, & prælibatis, prima in hac re sententia afferit, numerum non esse ens per se, nec veram quantitatis speciem, sed unum per accidens, vel rationis, indirecè spectans ad prædicamentum quantitatis. Ita Fonseca 5. Metap. cap. 7. q. 5. sc. Et. 2. Molina 1. p. q. 32. Suarez disp. 41. sect. 1. & 4. etique validissima inter Patres Societatis.

30. Secunda docet, numerum prædicamentalem esse unum per se, & speciem quantitatis veram. Ita omnes Thomistæ: in cuius obsequium, sit.

§. VI.

Secunda conclusio.

31. **N**umerus prædicamentalis est unum per se, & vera

Disputatio quinta. Questio sexta.

ra quantitatis species. ¶ Secunda pars constat ex prima; & ex Philosopho in hoc cap. & §. Metap. cap. 13. vbi numerum constituit inter species quantitatis veras. Prima constat ex Diuo Thoma, locis supra citatis: vbi expresse docet, quod ex rebus intet se ordinatis, & non unitis, resultat unū simpliciter: constat etiam ex codem Sancto Doctore 7. Metap. lect. 13. vbi ait: quod dualitas nō est due unitates; sed aliquid ex duabus unitatibus compositum: aliter numerus non est ens per se; sed per accidens, sicut que coacervantur; ergo ex mente Angelici Magistri numerus nō est unum per accidens; sed per se. 32. Deinde constat ex 3. §. vbi dixi numerum resultare ex unitibus incompletis, per se ordinatis: nam ex rebus incompletis ordinatis, & non unitis resultat unū per se; licet inter entia per se tenet insimum perfectatis gradum: ergo numerus est unum per se. Antecedens constat ex dictis in 1. p. Logice disp. 1. q. 1. h. 1. nu. 77. & sequentibus.

33. Denique specialiter constat contra Patrem Suarez: quia numerus assignatur ut Aristmetice obiectum; sed ens per accidens non valet esse scientia obiectum; ergo numerus non est unum per accidens; sed per se.

34. Respondet Suarez, numerum esse unum per se, perfectate rationis. ¶ Sed contra est: nam iste Doctor non alia ratione defendit obiectum Logice esse rea-

le; nū quia scientia realis nō vallet specificari ab ente rationis; sed Arithmetica est scientia realis; ergo numerus ab illa inspectus debet habere unitatem per se realē, & non rationis, ut ingle fatetur.

§. VII.

Argumenta prima sententia.

35. Primum sic procedit: si numerus esset unum ens, esset ordinis unitate; sed hoc nō sufficit, ut sit species quantitatis vera; cum detur talis unitas absque perfectate: ut in exercitu, & aceru lapidum; ergo numerus nō est unum per se. ¶ Respondetur concedendo maiorem; & negando minorē: nam in exercitu, vel in aceru non datur unitas ordinis; cum nō constet ex rebus incompletis, & per se non ordinatis, sicut numerus; sed ex completis, & per se non ordinatis.

36. Dices. Licet aceruus constat ex partibus, in proprio genere completis: tamen in ordine ad figuram acerui sunt incompletæ, absque eo quod aceruus sit unum per se; ergo idem dicendum erit de numero. ¶ Respondetur concedendo maiorem, & negando minorē: vel illam distinguendo, classitatis gratia: aceruus est unū per accidens in esse acerui concedendo minorē; in ratione figuræ nego minorē, & consequentiam: nā forma acerui partialiter est in omnibus lapidib⁹; sicut forma domus,

vel

vel sic ut forma numeri est in illis:
& in hac acceptione verum est,
quod est per se unus; sicut dominus
est per se unus; & sicut numerus est
per se unus.

37. Secundum. Secundum D.
Thomam i. p. q. i i. art. i. ad 2.
ens dividitur per unum, & per
multa, tanquam per differentias
oppositas; sed numerus est multi-
tudo unitatum; ergo non est unus.
¶ Respondeatur concedendo maiorem,
& distinguendo minorem: numerus est unitam multitudine
incompleta, & ad unum ordinata,
concedo minorem; completa,
& non ordinata nego minorem,
& consequiam: nam ex multi-
tudine incompleta semper resultat
medio nexus, (sive rigoroso, qua-
lis est unionis intrinsecæ; sive la-
to, qualis est ordinis) unus per se.

38. Dices. Multitudo prædicatur
essentialiter de numero, teste
Aristotele 10. Metap. tex. 7. ubi
docet, multitudem esse ut nu-
meri genus; sed multitudo abso-
lutæ non est unus per se; ergo non
est quantitatis species. ¶ Respo-
detur concedendo maiorem, &
distinguendo minorem: multitu-
do non est unus per se, multitudo
completa, non ordinata, con-
cedo minorē: incompleta, & per
se ordinata: ad unius constitutio-
nem, nego minorē, & conse-
quentiam: non unus per se, in ente cō-
perto, semper resultat ex multi-
tudine incompleta, quæ simul sup-
ta valet de toto composito dici.

39. Tertium. Sicut numerus

reperitur in tribus entibus quan-
tis, sic in tribus substantijs; utiq;
quia sicut ex tribus quantis, sic
ex tribus substantijs resultat nu-
merus ternarius; sed ex tribus sub-
stantijs non resultat unum per se;
ergo nec ex tribus quantis. ¶ Re-
spondetur negando ly *sicut*: nam in
tribus quantis datur numerus præ-
dicamentalis, qui (ut constat ex
Philosopho, & Diauo Thoma) re-
sultat ex divisione continui, quæ
non substantia, sed quantitatis est
propria: unde in tribus substantijs
solum datur numerus transcendentia-
lis, ex rebus completis, ut cō-
pletis, intra lineam entis per ac-
cidens resultans.

40. Dices. Tres substantiae ad
determinatum substantiam spectant
prædicamentum; ergo sicut tres
quantitates dicuntur tres prædi-
camenta liter, quia ad determina-
tum quantitatis spectant prædi-
camentum: sic tres substantiae ad
determinatum substantiam prædi-
camentum spectantes debent di-
ciri tres prædicamenta liter: & non
transcendentaliter. ¶ Responde-
tur distinguendo antecedentes; spe-
cant ad prædicamentum substâ-
tia, intra lineam entis per se, nego
antecedentes: intra lineam entis per
accidens, concedo antecedens;
& nego consequiam: nam nu-
merus quantitatius dicitur præ-
dicamentalis, non præcisè, quia ad
aliquid prædicamentum deter-
minate spectat; sed quia ad illud
spectat, ut species vera, intra li-
neam entis per se.

41. Quar-

Disputatio quinta. Questio sexta.

41. Quartum: omne accidentis reale, quod à parte rei est unum per se, debet recipi in uno aliquo subiecto; utique quia accidentis à subiecto accipit individuationē; sed à parte rei non datur subiectū unum, in quo recipiatur numerus: ergo à parte rei numerus non est unum per se. Maior probatur: nam numerus ternarius, vel recipitur in via ea quantitate, vel substantia, vel in pluribus quantitatibus, vel substantijs; primum est impossibile, quia si numerus recipetur in uno subiecto v.g. in Petro, tribueret illi proprium effectum formalem: ex quo sequitur, Petrum esse ternarium, vel quaternarium. Secundum etiam est impossibile, quia accidentis unum non valet recipi in pluribus subiectis; ergo à parte rei non datur subiectū, in quo recipiatur numerus.

¶ Respondeatur primo iuxta dicenda in lib. de generatione, disp. 1. q. 5. per totam numerum praedicamentalem, ut tales, non individuari à subiecto, in quo recipiuntur: sed à se ipso; cum quantitates ut tales à se individuantur: unde numerus, receptus in pluribus subiectis in esse accidentis, est unus unitate ordinis ab unitate in se, & à se accepta. ¶ Secundo respondeatur, numerum praedicamentalem recipi in pluribus subiectis partialiter, & individuari ab omnibus, ut dicunt numerum transcendentalem omnium: non aliter ac syllogismus formalis individuat à pluribus actibus, in quibus

est receptus.

42. Quintam. Numero repugnat divino, quæ est quantitatis proprietas; ergo ei repugnat quantitatis essentia. Antecedens probatur: divisione supponit compositionem; sed numerus repugnat compositione: cum cōpositio ut distinctorum unio; ergo & divisione.

Primo responderetur, divisionem non esse proprietatem quantitatis ut sic: sed quantitatis cōtinuitate & ideo in numero, qui quantitas discreta est, saluat quantitatis essentia quantitatis ut sic, absq; divisione, quem tantum est quantitatis continua proprietas. ¶ Secundò responderetur, negando antecedens: nam numerus etiam dividitur per unitatis destructionem: ut constat ex Sancto Doctori 8. Metap. lect.

3 Ad probationem nego antecedens: nam licet unitates numeri non sint intrinsecè, sunt tamē extrinsecè unitate ordinis, seu connotationis copulatae.

QUÆSTIVNCVLA appendix.

Ex quibus constet oratio ad hoc prædicamentum spallans?

§. VIII.

Veriora prefero.

43. Pro questionis luce nota primo, orationem multipliciter usurpari: primo accipitur (apud Theologos) pro eleutio-

An numerus sit vera species quantitatis? 80

ne mētis ad Deum: secundō apud Rhetoricos pro sermone quodam recte ordinato ad suadendum, vel dissuadendum, vel laudādum, vel vituperandum: tertio apud Dialeticos pro dictiōibus ordinatē coniunctis: quarto denique sumitur à Philosopho in hoc capite pro aggregato plurium syllabā: vel (ut formalius loquar) pro cōposito ex syllabis quantis successiuis. terniino communi non unitis; vel (ut alij volunt) pro mēsura intrinseca, seu duratiōne intrinseca syllabarū, ratione cuius syllaba dicitur longa, vel brevis.

44. Nota secundō quod licet communiter oratio sit in præsenti accepta pro oratione vocali, quia notior, & quia in illa magis elare demonstratur essentia orationis; tamen ad hanc speciem pertinent orationes, quæ sunt in sūtatione, & in pulsatione citharæ.

45. Nota denique (cum omnibus) syllabas huius orationis *Dominus* esse inter se aliqua quiete, licet parua, & imperceptibili diseretas: ratio est, nam verberationes, seu prolationes harum syllabarū sunt quiete aliqua interrupētæ: ut constat ex Philosopho & physic, ergo terniini, seu syllabæ harum prolationam sunt aliqua quiete discretæ.

46. Nanc quod difficultatis supereſt, est scire prædicata orationis constitutio: nam sunt plura in oratione, quæ equiuocatione non parvam pariunt: primò namque:

datur aer verberatus, qui cum sit in prædicamento substantia non valet ad quantitatis genus spectare: secundo sonus receptus in aère: qui eum sit qualitas nequit quantitatis speciem constituere: tertio motiones, prolationes, seu verberationes, sonum in aère effectiū causantes, quæ cum solum modaliter, seu per accidens sint quantæ, ideo per se non possunt quantitatis speciem constituere: quarto dantur durationes, seu tempora intrinseca prolationum, & syllabarū, à quibus syllaba dicitur longa, vel brevis, parva, vel magna: & ex his dicunt moderni orationē resultare. ¶ sed adhuc in hoc modo dicendi non patuam inuenio confusione: nam duratio (in opinione omnium) est extra prædicamentum quantitatis; ergo ex durationibus syllabarū non valet resultare aliquid, quod per se sit per modum speciei intra prædicamentum quantitatis.

§. IX.

Proprium iudicium.

47. E T ideo, ut proprium præferam iudicium, nota, in syllabis, & in prolationibus, ultra res supra allatas dari quātitatem successiūam discretam, ex cuius discretione resultat unites partialis, ab his quantis realiter distinctæ, ex quibus resultat numerus prædicamentalis: & etiam durationem, seu existentiam, tam quan-

Disputatio quinta. Quæstio sexta.

quantitatibus, quam unitatis ex divisione huius continui successuum resultantis.

48. Hoc supposito dico, oratione resultare ex durationibus, seu existentijs harum unitatum. Probatur: oratio constat ex formalitatibus partialibus, quæ syllabas reddit longas, vel breves; sed existentiv, vel durationes harū unitatum reddit syllabas longas, vel breves, intra prædicamentum quantitatis: cum existentia, vel duratio rei existentis intra prædicamentum quantitatis spectet ad prædicamentum quantitatis; ergo ex his durationibus resultat oratio tāquam ex partibus illam constituentibus.

49. Dices: Hæc duratio reductiū spectat ad prædicamentū quātitatis; ergo ex illa non valet resultare species directe spectas ad illud. ¶ Respondetur concedendo antecedens, & negando consequentiam: nam etiam unitates constituentes numerum, & partes constituentes rem existentem directe in prædicamento substātit spectant reductiū ad prædicamenta quantitatis, & substantiæ: & tamen constituta ex illis spectant directe ad hæc prædicamenta; ergo similiter debet phi-

lophari in præsenti.

50. Ex his colligo primū numerum esse ab oratione realiter distinctum: nam numerus resultat ex unitatis; at vero oratio ex durationibus harū unitatum.

51. Colligo secundū probabiliter (iuxta primam sententiam in hac quæstione, §. 2. allatam nu. 8. & 9.) posse dici orationem resultare ex durationibus, nō unitatum, sed quantitatum, ex quibus talis opinio asserta has distinctas unitates resultare.

52. Dices secundū: Aristotele Metap. non numerasse orationem inter species quantitatis; ergo oratio non est quantitatis species. ¶ Respondetur, esse in præsenti, (vbi ex professo illas numerauit) numeraram.

53. Dices tertio. Istæ durationes, ex quibus resultat (per nos) numerus, sunt in syllabis, saltim tanquam in subiecto mediato; sed syllabæ sunt in aere continuo; ergo ex illis nō valet resultare quātitas discreta. ¶ Respondetur negando minorem; nam aer discontinuatur prolationibus diuersis: cum quilibet syllaba, ratione diuersæ prolationis interrumpat aërem.

(. . .)

DISPV.

DISPUTATIO
SEXTA
DE HIS QVAE SVNT
AD ALIQUID.



Aristoteles in hoc capite (iure optimo) disputat de relatione immediatè post quantitatem: quia licet qualitas absolute, & ex genere suo sit relatione perfectior, & aliquiliter prior natura: (plurima enim relationes in qualitate fundantur: ut relatio similitudinis, & dissimilitudinis) ceterum quia relatio etiam consequitur quantitatem, & aliqua relationes sunt quasi proprietates illius, ut equalitas, & inaequalitas, paritas, & magnitudo, immediatè post quantitatem seruenem insitiae Aristoteles de relatione. Doctrinam huius capituli in tres partitum partes: in prima adducit Philosophus definitionem antiquorum: in secunda enumerat proprietates relationis: in tertia veram, & propriam proposuit definitionem.

2. Ad primam igitur deueniendo: relationes (apud antiquos) sunt illa, quæ id quod sunt aliorum esse dicuntur: ut pater dicatur filii pater, & filius dicatur patris filius.

3. In secunda parte tradit proprietates relationis: quarum prima est habere contrarium; ut virtutum contrariatur virtutis; sed haec non conuenit omni relationi: quia pater, & duplum nemini contrariatur. Secunda est suscipere magis, & minus; ut unum simile dicatur magis simile, quam aliud: que proprietas etiam non conuenit omnibus: quia unus pater non est magis pater quam aliis. Tertia est dici ad conuententiam; id est, quod unus relatum inferat aliud; ut pater alicuius filii est pater; & filius alicuius patris est filius: unde ex positione trius relatus optimè colliguntur positio alterius. Sed notar, quod aliquando ad huiusmodi conuententium, ob in-

Disputatio sexta. Questio prima.

piam nominum, licet de nono aliquod fingere nomen, quando alterum extre-
mum non habet nomen debitum, quo significatur: quia ala non necessa-
rio correspondet ani plurima habent alas, que non sunt aues; ut Musca; non
enim dicimus; ala alicuius aries est ala: sed dicimus: ala aries cuius alati est alas.
Et alatum aliqua ala est alatum. ¶ Quarta proprietas est quod relativa
sunt simili naturae: ut pater, Et filius, eo ipso quod est pater, est filius in re-
rum naturae: Et e converso: quae proprietas non convenit omnibus relati-
vibus: quam scientia dicere relationem ad scibile: Et scibile est prius natura sci-
entia: quam obiectum scientia præsupponitur ad scientiam.

4. In tertia parte reicit definitionem antiquorum: quia datur per di-
cere, Et non per esse: Et convenit alijs a definito: Videlicet substantijs par-
ticularibus: nam caput alius capitale est caput: Et convenit etiam omnibus
accidentibus: nam quantitas aliquis substantiae est quantitas. Vnde pro-
priam definitionem statuens, inquit: relativa sunt illa, quorum totum
esse unius est a i aliud se habere: ut totum esse patris est in ordine ad
filium: ex hac definitione colligit quod qui definitè cognoscit unum relati-
vum, definitè cognoscit Et aliud: hoc est, determinatè: Vnde partes substâ-
tiae, non sunt relativa: nam qui certe cognoscit manum, non certe cognos-
cit illum, cuius est manus.

5. Sed antequam dubium aliquod circa litteram proposuimus, est ad-
vertendum, in quacumque relatione plurima reperiiri: Videlicet subiectum,
relationis fundementum, ratio seu conditio fundandi, Et terminus: ut Vi-
dere est in similitudine, in qua datur subiectum: scilicet substantia, que de-
nominatur similis; Et reperitur fundementum, videlicet qualitas, in qua
fundatur similitudo: Et conditio, scilicet unitas reperita inter fundamentum,
Et terminum: Et denique terminus, scilicet illud ad quod tendit relatio.
Subiectum est illud, in quo recipitur relatio: fundemtum est quod fundat,
Et ad quod consequitur relatio: conditio est aliquid necessarium ad relatio-
nis consecutionem; relatio est ordo, Et respectus, qui consequitur funda-
mentum: terminus est, qui terminat talem respectum, Et ordinem. De sub-
iecto nulla est difficultas: certum est enim substantiam esse subiectum re-
lationis, sicut aliorum accidentiarum. Circa relationem, fundementum, con-
ditionem fundandi, Et terminum aliqua oportet dubitare: ut essentia rela-
tionis exacte intelligatur.

QVAE S.

QVÆSTIO I.

*Vtrum dentur relationes reales huius
predicamentis constitutivæ?*

§. I.
Explanatio tituli.

1. *In alijs prædicamentis questione an sit talis natura prætermisimus, & rationem formalē constitutiā indagauimus; sed enītis relationis adeò est à sensib⁹ aliena, & cogitatu difficultis, ut possibilitatē eius vt cumque suadere opus sit, antequam ei⁹ naturam, & proprietates ostendamus. Et pro intelligentia questionis aduertendū est, relatiua posse diuidi in creata, & increata; relatiua increata sunt quæ constituuntur relationibus increatis: ut Patet eternus, qui relatione Paternitatis etern⁹, & increat⁹, constituitur: relatiua vero creata dicūtur, quæ relationibus creatis, & temporalibus constituuntur: ut Paulus pater, qui temporali, & creata constituuitur relatione: igitur hæc nostra quæstio non revocat in dubium id quod sive tenendum est: nempe divinas personas positivis cōfirui relationibus; sed de creat⁹ disputamus.*

§. II.
*Referuntur sententiae, & resoluntur
difficultas.*

2. *Prima in hac re sententia
Tom. 2.*

defendit, nullam dari relationem realē creatam: sed omnes esse rationis. Sic Averroes 12. Metap. commento 10. Avicena lib. 3. Metap. cap. 10. O Kamus in 1. dist. 3. q. 1. Aviceolus apud Capreolum in 1. dist. 30. q. 1. & ferè omnes Nominales.

3. *Secunda sententia, quā pro conclusione amplector, docet in rebus dari creatis relationes reales, hoc speciale prædicamentum constituentes. Est communis.*

4. *Et pro illius luce aduerte, quod sicut actio, secundū rationē prædicamēti actionis cōstitutiā, non exprimit in, idest ordinem ad subiectum; sed solum esse ab; id est esse ab agēte: sic relatio, secundū rationē in huius prædicamenti cōstitutiā, non exprimit formaliter in, nec realitatem, quam habet accidens in ordine ad subiectum; sed solum esse quod habet in ordine ad terminum, quod esse, est esse ad.*

Propter hoc D. Th. 1. p. q. 28. a. 1. dixit: quod in his, que dicuntur ad aliquid enunciuntur aliqua secundum rationem, quod nō conuenit alijs generib⁹, idest, relationem rationis habete maiore proportionem cū reali prædicamenti constitutiā, quā habet substantia, & quātitas, & alia prædicata rationis cū substantia, & quātitate reali; tum quia sicut realis est ad terminum, sic rationis est præcisè ad illum; tum quia realis, in suo conceptu ultimo, & specifico, nō exprimit realitatem, nec in quod ex-

Disputatio sexta. Questio prima.

Rationis
primitur in alijs praedicamentis: tum quia propriè analogatur cu[m] in ratione ultima relationis realis: quod neque in actione reperies, etiam si secundum conceptū propriū non exprimat in: nam propriè non datur actio rationis, sicut datur relatio rationis; utique quia egressio non est propriè in actione ~~alijs~~, sicut est ad in relatione rationis; tu[m] denique quia in his, que cognoscuntur per modum relationis, reperitur vere, & propriè esse ad, &ordo ad retinuum; in his vero, que singulantur ad modum substantie, nō reperitur propriè esse per se; nec in his, que singulantur ad modum quantitatis, reperitur vere, & propriè ratio extensionis: ratio huius est: quia esse ad dicit comparationem, & ordinem unius extremi ad aliud; & cum intellectus noster possit unum extremum ordinare ad aliud, ad quod ante a[n]on ordinabatur ex natura sua; ideo etiam potest per operationem intellectus vere, & absolute singi aliquid per modum formae relatione dominantis subiectum, cui conuenit absolute esse ad, & ratio habitu linis formalis: at verò modus essendi aliorum generum, cum semper dicat, aut esse per se, aut esse in alio, extendendo, aut qualificando subiectum, non potest vere, & propriè conuenire entibus rationis; quia nunquam ens rationis absolute est ens per se, nec absolute, & propriè extendit, aut qualifi-

cat subiectum. ¶ Ex hoc nō sequitur quod ad relationis rationis spectet ad hoc praedicandum (ut dixi ex Philosopho in antepraedicamentis, disput: 3. quæst: 3. questio, 2. §. 11. n. 48.) ens reale, ut ab eute rationis cōdistinatum est in decem praedicamenta diuisum.

5. Nota secundò; quod licet ad relationis valeat præcindere à relatione reali, & rationis; tamen ad huius praedicamenti, sicut ab actionis, includit transcendentaliter in, seu realitatē: ratio huius est; nam omnis formalitas, que est in rerum natura, vel est per se, vel in alio; sed ad relationis non est per se; tum quia relatio (secundum Philosophum) est una ex nouem praedicamentis accideatis: tum quia perfectas in creatis est propria entitatis absolute; ergo est in alio: ergo transcendentaliter includit in, seu realitatem.

6. His prælibatis probatut primò cōclusio ratione theologica. Secundum fidem in diuinis datur relationes reales Paternitatis, & Filiationis; quia Filius est in Patre; id est, quia Pater æternus realiter generat, & Filius realiter est genitus; sed etiā in creatis una persona est ex alia per veram, & realē generationem; ergo opposita sententia temerariè negat in creatis relationes reales.

Confirmatur. In Deo dantur relationes reales, virtu iliter, & secundum rationem distinctor ab

essen-

essentia diuina, & reliquis attributis absolutis; ergo & in creatis dantur relationes reales, à substâria, & à reliquis absolutis accidéntibus distinctæ. Antecedens est certum secundum fidem. Consequentia probatur; nam illa quæ fortunatiter reperiuntur in Deo cōmunicātur realiter creaturis, dūmodo in communicatione non sit aliqua repugnâtia; unde dicimus substantiam creatam esse participationem diuine, & increatæ substâria, & sapientiam similiter: sed nulla est repugnantia in participatione relationis; ergo in creatis dantur relationes reales, ab alijs accidentibus distinctæ. Major patet inductione in omnibus attributis diuinis. Minor probatur: quia non repugnat ex parte perfectionis: cum relatio in creatis non dicat infinitam, sed limitatam perfectionem: nec ratione imperfectionis: cum in perfectio relationis creatæ sit imperfectio accidentis, quæ creaturis non repugnat: & certè non sit aliqua ratio quare bonitas, & sapientia diuina sint communicabiles creaturis, & actu reperiantur in rerum natura communicatæ, & relationes diuinae non sint communicabiles creaturis.

7. Etsi dicas primò repugnantiam prouenire; quia relationes diuinae sunt substanciales, & per se subsistentes personarum constitutiva. ¶ Contra tamen est: quia quando dicimus diuina attributa participari à creaturis,

Tom. 2.

nó debemus intelligere quod talis participatio sit vniuoca, & adæquata, ita ut participantur sicut sunt in Deo: nam sapientia creata non participat increatam, & diuinam sicut est in Deo: alias sapientia creata eset infinita, & idem realiter cum substâria, cuius est sapientia; sed talis participatio solum debet esse analoga, & secundum proportionem quandam; ergo licet relatio diuina non sit participabilis prout est in Deo, valet tamē participari secundum analogiam, & proportionem quâdam.

8. Nec obstat quod relationes increatæ sint alterius ordinis, & extra omne prædicamentum. Quia eadem obiectio confici potest de reliquis attributis: diuina enim substâria est alterius ordinis, & extra omne prædicamentum: nihilominus tamē substâria creata dicitur participatio illius, & per se pertinens ad prædicamentum.

9. Etsi dicas secundò in diuinis relationem Paternitatis, & Dominij esse rationis. ¶ Contra est: nam secundum fidem, Deus est realiter, & verè Pater à vera, & reali Paternitate, quæ est in ipso: at vero Dominus à relationis seruitutis, quæ est in creatura; vel à relatione rationis existente in ipso Deo; vel ab aliquo alio: (de quo infra latius) & ideo non tenet paritas.

10. Secundo probatur conclusio. Relationes rationis ab ad-

Disputatio sexta. Questio prima.

uersarijs admissæ non sunt chy-
mericæ; sed cum fundamento in
re factæ; ergo debent admittere
relationes reales, ad quarum si-
militudinem siant; ergo inconsi-
quenter loquuntur, dum rationis
admittunt, & reales negant.

11. Etsi dicas, sufficere ad hoc
relationes diuinas, & transcédé-
tales: cum ad proportionem di-
uinæ Paternitatis valeat intelle-
ctus creatus fingere relationem
paternitatis. ¶ Contra est: nam
ignarus paternitatis diuinæ effor-
mabit in creatis relationes; sed nō
ad similitudinem diuinæ; ergo
creatae. ¶ Quod verò transcédé-
tales non sufficiant; probatur: nā
intellectus fingit relationes, quæ
totum suum esse habent in ordine
ad terminum; ergo debent dari
relationes reales prædicamenta-
les, quæ totum suum esse habeant
in ordine ad aliud; hæ sunt præ-
dicamentales; ergo dantur à par-
te rei, ante fictionem intellectus,
relationes reales prædicamen-
tales.

¶. III.

Vtriusque relationis conditiones.

12. Si autem inquiras, in quo
præcipue distinguantur re-
latio realis à relatione rationis?
¶ Respódeo, (cum Diuo Thom.
I. p. q. 13. ar. 7. & q. 20. ar. 2.) tūc
relationem esse realem, quando
extrema realia ex natura sua or-
dinantur; ceterū quando solum

ex apprehensione intellectus ex-
trema inter se ordinatur, relatio
est tantum rationis: sed cui non
semper constet, ordinem inter ex-
rema habere esse solum per ope-
rationem intellectus: quædā con-
ditiones sunt obseruandæ.

13. Prima est, relationem non
esse realem, quando non est inter
extrema realia, quod docet Di-
uus Thomas vbi supra dicens: *in-*
ter eas, & non ens, inter bonum, &
excedat non esse relationem realē:
quia alterum extreum non est rea-
le.

14. Secunda conditio est, quod
extrema sint realiter distinctæ:
hæ conditio constat primò, ex
eo quod nihil reale mediat inter
ea, quæ realiter nō distinguuntur:
secundò, quia relatio intert, aut
includit oppositionem realē, in-
ter extrema; sed realis oppositio
seper est inter ea, quæ realiter dis-
tinguntur: (vt de se patet) quia
idem nunquā sibi ipsi opponitur;
ergo realis relatio exigit extre-
ma realiter distincta: unde intel-
lectus, cum fingit relationem ra-
tionis, prius distinguit extrema,
quæ à parte rei identificantur.

15. 1. Que conditio intelligenda
est de distinctione reali inter ex-
rema formaliter sumpta: quia
(vt docet D. Thom. 3. p. q. 20. art.
2. opusc.) Christus Dominus, in
quantum est suppositum habens
humanitatē, realiter refertur re-
latione seruitutis, ad seipsum, in
quantum est suppositum habens
naturam diuinam: quia extrema

huius relationis sunt realiter distincta: quæ propositio est vera, si intelligatur de extremis secundum rationem formalē. ¶ Deseatu huius cōditionis, relatio quæ repertur inter p̄dicata essentia- lia non est realis; sed rationis: & æ qualicas, & similitudo, quæ re- peritur inter personas diuinās, nō est realis, sed rationis; quia licet extrema, videlicet diuinā personā, & sint realiter distincta: non tamen distinguuntur realiter secun- dum rationem formalē: scilicet secundum bonitatem, ratione cuius dicuntur æquales; nec secun- dum naturam, ratione cuius di- cuntur similes: ratio huius limi- tationis est; quia oppositio sem- per attenditur secundum rationē formalē: vt videre est in oppo- sitione contraria, quæ inuenitur inter qualia, quæ ab eodem sub- iecto mutuò se expellunt: vnde inter album, & nigrum oppositio semper attenditur secundum ra- tionem formalē: & non secundum materialem, aut quasi materialē. Sed aduertendum est, quod cum extrema sunt realiter formaliter, & non materialiter distincta, de- bemus semper cum distinctione procedere, ne idem ad seipsum vi- deatur referti: vt patet in exēplo supradicto.

16. Tertia conditio est: quod extrema realiter existant. Om- nes hanc admittunt conditionē, ex parte extremi dicētis relatio- nem: & pro illa est evidens ratio- nam relatio, cum sit accidēs rea-

le, requirit subiectum existens in rerum natura: & cum habeat esse à fundamento, à quo etiam depē- det, quantum ad conservationē, requirit etiam fundamenti existē- tiam: sed quantum ad existētiā alterius extremiti non admittit ut ab omnibus: nā aliqui existimant scientiam dicere ordinem p̄dī- camentalem ad scibile; quamvis scibile non existat in rerum natu- ra: sed in relatiis mutuis ferè ab omnibus admittitur: quia relati- ua mutua sunt illa, quæ mutuò se respiciunt; ergo extrema rela- tionis mutuæ debet realiter exis- tere; vtique quia (vt probatū est) subiectum relationis debet exis- tere: & vtrumque extrellum in relatiis mutuis habet relationē. Vniuersaliter autē probatur hæc conditio; quia (vt supra diximus, q.2.nu. 4) relatio est forma, quæ habet rationem quasi viæ, & tendētiā ad terminum; sed tendē- tia realis semper est ad terminum realiter existentem: vt constat in- ductione, in quocumque motu, aut mutatione; ergo terminus cuiuscumque relationis realis deg- bet realiter existere.

17. Dices. Actus intellectus ha- bet rationem viæ, & tendētiā ad obiectum, & terminum; & tamē non requirit obiectum realiter existens: vt de se constat; ergo nō omnis via, & tendētia exigit sui termini existentiam. ¶ Respon- detur esse disparem rationē: quia actus intellectus habet rationem viæ, & tendētiā respectu obiecti:

Disputatio sexta. Quæstio prima.

& ideo sufficit, quod terminus talis tendentia existat obiectiuè: at verò aliæ tendentia, & viæ, cù non respiciant terminum ut obiectum, nec secundum esse obiectum, sed prout est in se, requiriunt in termino existentiam, non obiectivam; sed realem. ¶ Defectu huius conditionis inter AntiChristum, & Adamum; inter hominem existentem, & non existentem, non reperitur relatio realis.

18. Quarta conditio: extremū habens relationem debet esse talis natura, vt possit ex natura sua ordinari ad terminum. Defectu huius conditionis, quæcumq; relatio, quæ concipitur in Deo, respectu creaturarum, non est realis, sed rationis: quia non est entitas aliqua in Deo, quæ ex natura sua sit ordinabilis ad creaturam: hoc enim implicat perfectioni in creatæ.

19. Sed est aduertendum, quod huiusmodi conditiones nō requirunt in ratione fundandi: vt patet in relationibus, in quibus ratio fundandi est actio, aut passio, quæ existunt etiam non existente actione, & passione: nam paternitas, & filiatio existunt transacta generatione: & huius ratio est: quia ratio fundandi licet requiriatur per modum cōditionis, vt relatio incipiatur esse: non tamen requiritur, vt permaneat in esse; quod etiā accidit in entibus absolutis; nam aliquæ conditiones sunt necessariae, vt entitas abso-luta incipiatur esse, quæ non requiri-

tur, vt permaneant in esse: vt patet in approximatione agentis ad passum.

§. IV.

Argumenta contrarie sententiae.

20. Primum. Relatio prædicamentalis secundum se non est substantia, nec accidens; ergo non est ens reale: cum omne ens reale ad æquatè diuidatur in substantiam, & accidens. Antecedēs quoad primam partem ab omnibus admittitur: quia relatio prædicamentalis non existit per se: vt videre est in paternitate, & similitudine. Quoad secundam vero probatur; quia relatio secundum se est ordo, & habitudo ad terminum: cum paternitas v. g. solum sit ordo, & habitudo patris ad filium; ergo relatio secundum se non est accidens; alias dicere habitudinem ad subiectum inhesionis.

21. Si dicas, relationem prædicamentalem nō solum dicere ordinem ad terminum, sed etiam ad subiectum; quia (vt communiter loquuntur Philosophi) relatio nō solum dicit esse ad, id est ordinem, & habitudinem ad terminum; sed etiam esse in; id est, habitudinem ad subiectum inhesionis. ¶ Contra est primò: quia relationia (secundum Philosophum) sunt illa, quorum totum suum esse unius est ad aliud se habere; ergo relatio prædicamentalis solum includit esse

esse ad: aliás non totum esse relati-
ni saluatetur per ordinem ad ter-
minum. ¶ Contra est secundo.
Omne ens reale creatum debet
habere causam efficientem, à qua
producatur in rerum natura: quia
creatura in suo conceptu includit
dependentiam ab alio, tanquam
à causa efficiente; sed non datur
causa efficientis relationis; ergo nō
datur relatio. Minor constat ex
Aristotele 5. Phyllicorum, tex. 10.
dicente ad relationem non esse pér
se motum: & nomine motus intel-
ligit omnem actionem effectiā:
ergo relatio nō habet causam ef-
ficientem: cum omnis causa effi-
cientis, per motum, seu actionem
produciā attingat effectum.

¶ Contra est tertio: nam si sup-
poneremus esse unicum tantum
albū in rerum natura, tale al-
bum non esset simile; cum rela-
tiū exposcat terminum in re-
rum natura: si vero ponatur pos-
teā in India, aut in alio loco dis-
tanti, statim concipitur primum
album simile secundo albo; ergo
similitudo illa est aliquid ratio-
nis: cum per productionem noui
albi nihil reale producatur in al-
bo p̄æxistenti.

22. Nihilominus ad argumen-
tum bene ibi, num. 21. ad primam
impugnationem dico, relationem
esse ordinem subiecti ad terminum:
ut paternitas est ordo pa-
tris ad filium: atque adeo in suo
conceptu includit esse in, & ratio-
nem accidentis: nec oppositum
colligit ex definitione Philoso-

phi: nam per ly *unius* indicat Ari-
stoteles relationem esse ordinem
subiecti ad terminum: unde rela-
tio quālibet dicit esse in; quia est
accidens: & dicit esse ad; quia est
tale accidens. ¶ Sed est adverte-
dum, quod in relatione non datur
duplex respectus, quorum primus
explicetur per esse in, & secundus
per esse ad: sed unus tantū; qui
est ordo subiecti ad terminum: nā
esse in transcendentaliter includi-
tur in esse ad; & esse ad solum se
habet ut exprimens rationē pro-
priam relationis: sicut per se in
substantia non addit nouam for-
malitatem entitatis substantiæ; sed
nouam expressionem substantiæ
constitutivam.

Ad secundā responderetur, aliud
esse relationem non habere cau-
sam absolute; & aliud non habe-
re causam pér se: id est quā primar-
io intendat productionem rela-
tionis: primum est salutem: & se-
cundum verum: quia relatio ha-
bet causam efficientem: videlicet
causam productivam sui funda-
menti: non tamen habet causam
pér se: quia causa nō intendit pro-
ducere relationem; sed fundamen-
tum, ad quod consequitur rela-
tio; sicut cum producantur pro-
prietates ad productionē essentie:
causa est etia essentia est etiam
causa effectiva proprietatum; nā
quidat firmam, dat que sequuntur ad
formam: non tamen est causa pér
se proprietatum: quia solum in-
tendit productionem essentie: ad
quam consequitur proprietas: &

Disputatio sexta. Questio prima.

ideo Aristoteles non dixit absolute, ad relationem non dari motum; sed non dari per se motum.

Ad tertiam respondetur: in illo casu, posito secundo albo, resultare relationem in primo: quia ponitur terminus, qui erat necessarius ad illius resultantiam: neque est inconveniens, quod ad positionem alicuius extrinseci, resultet noua aliqua entitas, que antea non resultaret, si illud extrinsecum non esset appositorum: ut constat in aqua, que reducitur ad pristinam frigiditatem per ablacionem extrinseci impedientis. Vide quæ dicenda sunt in Philosophia lib. 2. disp. 4. q. 2. §. 18. per totum.

23. Secundū desumitur ex Philosopho, (vbi supra) assertō, relationem aduenire subiecto, absque illius mutatione; ergo relationē nō est accidens reale: quia accidentē reale nunquam aduenit subiecto, absque subiecti mutatione.

24. Si dicas subiectum mutari per aduentum relationis, non absoletē: sed in ordine ad terminū; & hoc assertere Aristotele in praedicto loco. ¶ Contra est: quia impossibile est subiectum mutari, in ordine ad terminū, & quod absoletē non mutetur in se: idem enim, eodem modo manens in se, non respicit terminum aliter nūc, quam prius: nam cum concipimus mutationem in Petro v. g. in ordine ad Paulum filium, iam absoletē in ipso Petro cōcipimus mutationē; ergo si forma adueniens;

scilicet paternitas est aliquid realē posituum, Petrus absoletē, & realiter, (non tātum in ordine ad terminū, sed etiam in se) mutatur. ¶ Ad argumentum bene ibi. Ad impugnationem respōdetur, negando antecedens: nam mutari absoletē, est mutari sine ordine ad terminum extrinsecum: unde subiectum relationis, licet nō accipiat formam absolutam per quā absoletē mutetur, accipit tamen relationem, positivam, realem, & intrinsecam, per quam positivē, realiter, & intrinsecē mutatur.

25. Tertium. Omnis entitas realis creata est finita, secundum numerum, tām in specie, quam in individuo; sed si admitterentur relationes reales, sequeretur infinitas esse secundum numerum; ergo entitas relationis creatā non est realis. Probo consequentiā: continuum dicit relationē maioris ad omnes suas partes, & omnes partes dicunt relationem minoritatis ad totum; sed partes continuū sunt infinitæ; ergo si relationes sunt reales, sunt infinitæ secundum numerum.

Respondetur concedendo maiorem, & negando maiorem. Ad probationē sequelā concedo maiorem, quoad primā partem: & distinguo secundam, omnes partes dicunt relationem minoritatis ad totum, omnes partes finitæ, & determinatæ, concedo maiorem; infinitæ, & indeterminatæ, nego maiorem: & distinguo minorem; partes continuū sunt infinitæ

finitæ in potentia, concedo minorem: actu, nego minorem, & consequentiam: nam relationes, in partibus continui reperit, sunt solum in potentia infinitæ; sicut sunt partes ipsius continui; unde relatio minoritatis actu solum est in partibus determinatis, & finitis; non vero in proportionalibus infinitis, & indeterminatis, poster cōfusionem in ipsis repertam.

26. Quartum est Philosophi 5. Metap. cap. de relatione ubi inquit: relativa, alia fundari in unitate, ut æqualitas, & similitudo; alia in actione, & passione, ut parentitas, & filiatio; alia in mensura, & mensurabili, ut relatio scientiæ ad scibile; ergo secundum Aristotelem omnis relatio prædicamentalis est aliquid rationis: cum ibi de relatione prædicamentali, & secundum esse loquatur. Consequentia probatur: quia unitas, cum in negatione consistat, non potest esse fundamentum formæ realis positivæ: est enim fundamentum, id ex quo pullulat relatio; & similiter actio creat transiens, cum non recipiatur in agente, sed in passo, non potest fundare relationem aliquam realem in agente; & denique ratio mensura, cum secundum se sit aliquid independens, non fundabit relationem aliquam realem, & positivam.

Respondeatur concedendo antecedens, & negando consequentiam. Ad probationem dico, unitatem, & actionem solum esse cōditiones ad fundandas relationes.

Ad vitimam probationem cōcedo mensuram non ordinari ad mensurabile, reali relatione: nam (ut non semel docet Philosophus) mensura non ordinatur ad mensurabile, etiam si mensurabile ordinetur ad mensuram. Sed de hoc latius infra quæst. 12. §. 4. per totum, & q. 3. §. 4. num. 16.

QVÆSTIO II.

*De divisionibus, ac de natura, seu de ratione formalis relationis realis
prædicamentalis.*

§. I.

1. R Elicita prima diuisione relationis ut sic, in realem, & rationis; subdividitur in secundum esse, & secundum dici: relatio secundum esse est illa, quæ totum suum esse habet in ordine ad aliud, tanquam ad purum terminum: relatio vero secundum dici est, quæ licet nequeat intelligi sine ordine ad aliud, tanquam ad subiectum, obiectum, causam, vel effectum: (ratione cuius totum suum esse non est in ordine ad purum terminum) tamen ad illam consequitur iste purus respectus; si ad sint conditions infra. §. 4. abigendæ.

2. Hanc diuisionem non admisit Avicena 3. Metap. sentiens, idem esse relationem secundum esse, ac relationem realem; & idem relationem tecum ad dicere, ac relationem rationis. Sed nostra diuisione

Disputatio sexta. Questio secunda.

ut certa, & communis, est defen-
dens; tū quia sub relatione rea-
li datur relatio secundum esse, &
secundum dici; nam pater, qui
totum suum esse habet in ordine
ad filium, tanquam ad purum ter-
minum, est relatio realis secundum
esse; & scientia, quæ per se primò
respicit scibile, per modum obie-
cti, & non per modum puti termi-
ni, (licet postea relatione tertij
generis illud per modum puti ter-
mini respiciat) est relatio realis
secundum dici: tū quia sub re-
latione rationis datur utrumque
distinctionis extremum; nam ge-
nus, (quod totum suum esse ha-
bet in ordine ad species, rāquam
ad purum terminum) est relatio
rationis secundum esse; & priuatio,
quæ ad modum qualitatis singu-
lari est relatio rationis secundum
dici; ergo prima diuisio nō coin-
cidit cum secunda.

3. Dices: Relatio dividitur in
relationem secundum esse, & se-
cundum dici; ergo relatio secun-
dum dici solum dicitur relatio,
quia concipitur, & explicatur ad
modum relationis: vtique quia
si diceretur relatio, non solum quia
concipitur ut relatio, sed quia est,
iam non esset relatio secundum di-
ci, sed secundum esse; nam relatio
secundum esse, est, & concipitur,
ut relatio: nec propter cōceptio-
nē, & esse eidem formalitati pos-
sumus tribuere rationem utrius-
que extremi diuidentis: quia eō
dem modo possemus diuidere en-
titatem absolutam, in absolutam

secundum esse, & secundum dici:
quia entitas absoluta est, & cōci-
pitur, ut absoluta.

Respondetur, prædictam ob-
jectionem nostrā fauere diuisio-
ni: quia ex illa conuincit relati-
ua trancendentalia non esse relati-
ua absoluta, & secundum esse.
Ceterum negare non possumus,
aliquas entitates concipi à nobis,
ad modum relationam, quæ di-
cuntur relativa secundum dici, ut
esse in accidentibus; & esse ab in-
creaturis: verum tamen, cum hu-
ijsmodi entitates, tantum secun-
dum quid sint relativa non impli-
cat rebus absolutis conuenire:
quia licet absolutum simpliciter,
& respectuum simpliciter oppo-
nuntur nō tamē oppoquntur ab-
solutum simpliciter, & respectu-
num secundum quid.

4. Non quiesces, discurrendo
per omnem relationem transce-
ndentalē: nam forma accidenta-
lis non solum concipitur ad mo-
dum rei dicentis habitudinem ad
subiectū, sed vere, & propriè ha-
bet in se talē habitudinē: quia
verē, & propriè est ens in alio: &
idem patet in quacumque crea-
tura, respectu Creatoris; ergo re-
latio trancendentalis non est re-
latio secundum dici, sed secundum
esse.

Respondetur solum conuince-
re accidens secundum esse habe-
re dependentiam a subiecto, &
creaturam à Creatore: non tamē
huiusmodi dependentiam esse re-
lationem absolute, & secundum
esse:

esse: immo oppositum colligitur: quia talis dependentia non est ad aliud, sed ab alio, aut in alio: dicitur tamen hæc dependentia relatione secundum dicere quia est, cognoscitur, & significatur, ad modum relationis prædicamentalis.

5. Pater Suarez subdividit relationem secundum esse in prædicamentalem, & transcendentalē. Sed hæc divisione non est admittenda: tum quia omnis relatio realis secundum esse, est prædicamentalis, vel quasi prædicamentalis: & omnis relatio realis secundum dici, est transcendentalis: cum per nouem alia prædicamentorum genera valeat diuagari: tum quia est Sancto Doctori opposita 1. p. q. 13. art. 2. ad 1. vbi explicavit relationes secundum esse, & secundum dicendi verbis: *quædam relationis sunt imposta ad significandæ res, ad quæ consequuntur quædam habitudines; sicut mouens, et motum, caput, et capitulum, & hec dicuntur relationes secundum dictum.* Ex quibus verbis constat solum relationes prædicamentales esse secundum esse: & omnes transcendentales reales esse secundum dici.

6. Deinde relatio prædicamentalis subdividitur in mutuam, & non mutuam: mutua est illa, cui ex altero extremo correspondet ei alia relatio: ut paternitati filiatione: non mutua, cui ex altero ex-

tremo nulla correspondet relatio: ut relationi creaturae ad Deum nulla ex parte Dei realis correspondet relatio: & similiter ratione scientie ad obiectum nulla realis correspondet relatio.

7. Denique subdividitur prædicamentalis mutua in æquiparantia, & disquiparantia relatione: æquiparantia est illa, cui ex altero extremo alia similis correspondet relatio: disquiparantia est, cui ex altero extremo alia dissimilis correspondet relatio: ut relatione causa, relatio effectus: & paternitatis, filiatione.

§. II.

*Secundum resolutum pars. Veriora
suppono.*

(?)

8. Ad secundam igitur huius difficultatis determinando partem, ut certam suppono, (ex Diuo Thoma, opusc. 43. tract. 5. cap. 1.) quod in prædicamentali relatione datur subiectum, quod refertur: tenuius ad quem condit; ratio fundandi: & deniq; fundationem, ex subiecto, & ratione fundandi consurgens: licet ab aliquibus, & non in proprietate appelletur subiectum fundatum remotum: & ratio fundandi, fundationem proximum.

9. Secundum suppono: fundatum relationis realis debere esse reale, & à termino realiter distinctum, saltim distinctione includen-

ti-

Disputatio sexta. Questio secunda.

tis ab inclusio: ratio primi est: nam relatio realis praedicamentalis, cum sit accidentis reale, non valet fundari in non ente, vel in aliquo ente rationis, sed solum in aliquo reali; nunc sit à relatione praedicamentali distinctum: nunc vero indistinctum: de quo infra q. 5. §.

2. per totum. Ratio secundi est: nam idem non potest realiter referri ad seipsum; & ideo essentia Patris & terti non est similis realiter essentiae Filii ratione identitatis, etiam si Pater sit à Filio realiter distinctus; ergo necessaria est distinctio realis termini, nemum in reali, sed etiam in trascendentiali relatione.

§. III.

Conclusio.

10. **H**is ut magis certis stabilitatis, tenendum est, essentiam, seu rationem formalem relationis praedicamentalis, consistere in reali respectu subiecti ad terminum. ¶ Pro illius intelligentia nota discriminem quod reputatur inter hæc: esse ab alio, esse in alio, esse propter aliud, esse circa aliud, & esse ad aliud: nam prima significant aliquam dependentiam; & ultimum significat veram, & propriam relationem. Quia ens ab alio dicitur, quod dependet ab alio tanquam à causa: in quo sensu omnis creatura dicitur ens à Deo, quia dependet ab illo tanquam à causa efficiente: solum enim

Leus est ens à ie, & independens ab omni causa. Ens in alio est illud, quod dependet ab alio, tanquam à subiecto in hæctionis: in qua acceptione omnis forma accidentalis est ab alio dependens. Ens propter aliud dicitur illud, quod dependet ab alio ut à causa finali, seu est illud, quod habet esse gratia alterius. Ens circa aliud est illud, quod ex natura sua versatur circa aliquod obiectum: ut visus dicitur ens circa colorem: quia ex natura sua medijs suis actibus versatur circa colorem. Ens ad aliud est illud, quod totum suum esse habet in ordine ad aliud; ut paternitas: verū est tamen, quod hæc omnia concipiuntur ad modum relationis, & ut entia ad aliud: ceterum prima non habent proprium totum suum esse ad aliud, & ideo solum dicuntur relationia secundum dicti.

11. Probatur ergo conclusio primò ex definitione à Philosopho tradita: nam relatio est forma relationi constitutiva; sed relationum est cuius totum esse est ad aliud se habere; ergo ordo, & respectus ad aliud est essentia, & ratio formalis relationis: utique quia per habitudinem, & ordinem realem ad aliud, constituitur subiectum ad aliud se habens.

12. Secundò probatur: quia hoc conuenit omni, & soli relationi praedicamentali; & non cōcipiens aliam rationem priorem in relatione; ergo in hoc cōsistit eius essentia. Antecedens probatur

tur, quoad primam partem, inductione; & quoad secundam, quia hoc non conuenit relationibus trascendentibus, & secundum dicitur; ergo solum conuenit praedicatione talibus. Antecedens probatur: nam relatio transcendentalis (*re-*
alis) non est ordo ad aliud, sed ab alio, aut propter aliud: ut patet in formis accidentalibus; albedo enim non est ens ad subiectum, sed in subiecto: & creatura non est ens ad Deum, sed a Deo. *Dixi in qua-*
tum transcendentalis: quia transcen-

dentalis multoties fundat praedica-

mentalem, quae dicit ordinem ad aliud tanquam ad terminum.

Confirmatur primo ex communimo loquendi: omnes enim facentur modum constitutum huius praedamenti esse *ad reales*, ergo ordo ad aliud est essentia, & formalitas huius relationis. Pa-

pet consequentia: nam sicut in substancia dicimus formalitatem illius consistere in esse per se, quia per se est modus constitutus substancialis: ita esse ad aliud est etiam ratio constitutiva relationis, quia sicut se habet per se ad substancialis, sic *ad* ad relationem. Quare auto-

res opposita sententia fatetur, relationem distinguere alicius praedamentis, quia relatio est accidentes ad aliud; reliqua vero solum sunt accidentia in alio: ut videte est apud Suarez. dispu. 47. Metap. secunda. 3. nro. 4. vbi explicatis definitionem relationis ait: altera pars definitio-

nis, que locum differentia habet separata praedicationem, hoc a reliquis pre-

dicamentis accidentium: nam illatum sit absolute, habenti solum esse in alio: non vero ad aliud; quod est proprium relationis; ergo ordo ad aliud tam conuenit essentialiter relationis secundum esse.

Confirmatur secundo. Absolu-

tum secundum esse, & relatum secundum esse opponuntur: quia ratio absoluti sensus per explicationem negationem relativi: est enim absolutum quod est in se, & non ad aliud; ergo reliqua accidentia, (quamvis sint relativa trascendentalia) non sunt relativa secundum esse: quia sunt absolute secundum esse.

13. Ultimum probatur assertio. Non est assignabile ad quantum discrimen inter relationem praedamentalem, & trascendentalem, si utraque est relatio secundum esse: ut intendit Suarez: ergo trascendentalis relatio non est secundum esse, seu in ordine ad aliud, sed secundum dici, cum ordine ab alio, seu propter aliud.

S. IV.

Vtriusque relationis conditiones.

14. Vt aliquo modo cognoscatur essentia relationis praedamentalis aliqua conditiones assignantur, pro *vtriusque* relationis realis distinctione: prima, trascendentalis per se primò perficit subiectum, cui insit, ut ex consequenti illud ordinet ad ali-

quod extrinsecum: at vero praedi-

Disputatio sexta. Questio secunda.

dicamentalis per se primò solum
habet ordinatae subiectum ad ter-
minium: licet per se secundò, or-
dine executionis, illud, (vt refe-
rat) perficiat.

15. Secunda: transcendentalis
valet per se primò terminare per
se motum; cum ex se sit forma ab-
soluta: at verò prædicamentalis
solum per accidens intenditur à
motu: vt constat ex Philosopho
5. Metap. & ratione: quia relatio
prædicamentalis solum datur, vt
entitates in rerum natura se res-
piciant; sed hoc consurgit posito
fundamento, & termino; ergo re-
latio prædicamentalis nunquam
per se intenditur: illa enim, quæ
resulat ex alijs, nunquam per se
intenduntur à natura.

16. Tertia: prædicamentalis
respicit extrinsecum, sub formali-
tate puri termini: at verò trans-
cendentalis illud non respicit sub
hac, sed sub formalitate subiecti,
objetti, causæ, vel effectus: itaq;
tunc aliqua relatio pertinet pro-
priè ad hoc prædicamentum, cum
eius terminus non exercet aliquā
causalitatem, nec est effectus re-
lationis.

17. Dices. Humanitas Christi
Domini comparatur ad subsistē-
tiā diuinam tāquam ad terminū:
& motus, vt cōdistinctus
ab aetione, & passione, etiam res-
picit terminū & tamen respec-
tus, qui sunt in humanitate, & mo-
tu, non sunt prædicamentales, sed
transcendentales; ergo nō solum
prædicamentales, sed etiam trās-

cendentales, respiciunt terminū
per modum puri termini.

Ad primam instantiam dico,
subsistentiam non esse terminū
humanitatis, eo modo, quo filia-
tio est paternitatis terminus; nā
subsistentia diuina Verbi intrin-
secè reddit humanitatem subsis-
tentem, seu personatam: vocatur
autem terminus, quia absque in-
formationis imperfectione huma-
nitati hāc p̄fstat perfectionem.

¶ Ad secundam dico, motū res-
picere terminū, vt producibilē,
vel vt producunt (quod idē
est, ac respicere illum per modum
effectus) at vero relatio, vt talis,
non producit, sed respicit terminū,
per modum puri termini.

18. Quarta, relatio prædicamen-
talē exigit terminū realiter exis-
tentem, vt in actu exercito possit
ad illum realiter referri: at verò
transcendentalis talē exigētiā
ex naturaei non importat. Hāc
cōditio, licet in relationibus mu-
tuis sit ab omnib⁹ admissa, ta-
men in nō mutuis non est ita vni-
uersaliter recepta: tum quia exis-
timant scientiam non referri, ad
scibile prout existens in singula-
rib⁹, in qua contractione obti-
net existentiam; sed ad illud vt
abstractum ab illis, in qua abstra-
ctione existentiā non p̄t habet;
tum quia respicit illud, in qua-
tum habet rationem mensurę,
quam vt abstractum habet.

19. Sed his rationibus non ob-
statibus, quarta conditio est à
nobis amplexanda cum D. Th. i.

De divisionibus ac de natura relationis prædic. 89

p. q. 13. ar. 7. & 2. contra Gentes,
cap. 12. ubi illam probat: tum ex
eo quod alias essent in eodem sub-
iecto infinitæ relationes reales:
vtique quia quodlibet æquale di-
ceret relationes ad omnia æqua-
lia possibilia, in potentia infinita;
tum quia album respiceret nigrum
relatione similitudinis: utiq; quia
albui possibiliter est nigrum; er-
go ad actum exercitum prædi-
camentalis relationis necessaria est
termini existentia.

20. Ad primam rationem dubi-
tandi nego antecedens: nam licet
scientia quoad essentia, idest,
ut qualitas scientifica, possit trâ-
scendentali ordine versari circa
scibile ut sic: tamen ordine præ-
dicamentali nequit illud respice-
re, usque dum sit in singularibus
existens. Ad secundam dico, sci-
bile ut sic, esse mensuram sciætia;
licet ut sic, non habeat omnia re-
quisita, ut ex parte scientiæ resul-
tet prædicamentalis ordo; ad quæ
opus est, quod mensura sit exis-
tens: unde scibile ut sic, respectu
scientiæ non habet rationem puri
termini, sed obiecti, vel mensuræ,
usque dum talis mensura sit exis-
tens: non aliter ac forma artifi-
ciofa, licet sit obiectum, & mes-
ura extrinæca Logicæ, tamen il-
lam non respicit respectu prædi-
camentali ad essentiam scientiæ
consecutum, quia non adstant
conditiones requisita: haud ali-
ter in præsenti.

21. Dices. Omnis causa respi-
cit, respectu prædicamentali, esse-

Tom. 2.

cum quæ causat; sed omnis cau-
sa est prior suo effectu, saltim prio-
ritate naturæ; ergo simultas ter-
mini in existendo non est necessaria.
Respondetur concedendo ma-
iore: & minorem: & negando
consequentiæ; tum quia priori-
tas naturæ non obstat ad simul-
tatem in existendo: tum quia pro
illo priori, in quo intelligitur, ut
antecedens, non intelligitur ut
relata: nam licet ut actu causans,
vel ut fundans relationem, sit
prior: non tamen ut correlativa
effectus: quia ut correlativa cau-
sa non exprimit formalitatem ef-
fectus, quam in signo antecedenti
habuit, sed formalitatem ter-
mini fundatam in formalitate ef-
fectus.

22. Dices. Sicut hæc propo-
sitio: homo est animal, est vera:
sic hæc: pater est ad filium; etiam
si non existant extrema propo-
sitionis; ergo relatio non expos-
cit termini coexistentiam. Respondetur concedendo antece-
dens; & negando consequentiæ;
si loquantur de relatione exer-
cita: nam hæc exposcit termini
coexistentiam, quam veritas pro-
positionis non exigit; nam ut pro-
positio sit vera, sufficit, quod ex-
rema sint quoad essentiam, seu
quoad actum signatum: ut dicam
lib. 1. physic. disputa. 3. quæst. 1,
§. 7. 8. & 9.

23. Sed contra dicta sic insur-
ges: relatio prædicamentalis res-
picit subiectum, & terminum;
sed ut respicit subiectum non est

M

præ-

Disputatio sexta. Quæstiō tercia.

prædicamentalis: cum de essentia huius sit respicere purum terminum; ergo ut sic est transcendentialis; ergo non distinguantur: cū in relationis non sit ab ad, nec per intellectum (in opinione Thos mistarum) distinctum. ¶ Respondeatur distinguendo maiorem: respicit subiectum, & terminum, vno, eodemque respectu concedo maiorem: duplicit respectu nego: maiorem & minorem: nā relatio prædicamentalis non respicit, sicut transcendentialis, subiectum per se primū, ut illud perficiat, sed ut illud referat: vnde pro illo priori, in quo intelligitur, ut respiciens subiectum, licet sit prædicamentalis, tamen nec exprimit ratione n prædicamentalis, nec transcendentialis, sed aliquid commune ad utrāque; nam prædicamentalis est in subiecto, vt referat: at vero transcendentialis est in subiecto, vt perficiat; ergo pro illo priori nec intelligitur ut prædicamentalis, nec ut transcendentialis: non aliter ac intellectus cognoscēs in homine vitam, non intelligit illum ut rationalem, nec ut irrationalē, visque dum alias percipiat formalitates illam conseruantes.

24. Ex hac soluzione colligo, in relationibus creatis non esse ab solutum; sed relativum: ratio est: nam eodem modo se habet in in relatione creatā, ac ens in suis quasi differentijs: sed ens per se est substantia; & in alio, accidens: (vt constat ex Philosopho in ante-

prædicamentis) ergo in, quod est in relatione, seu in ad relationis non est absolutum, sed relativum: sicut in quod est in forma accidentali absoluta, propter oppositam rationem, non est relativum, sed absolutum.

29. Colligo secundo, (ex dictis in proœmalibus Metap.) quod licet in abstractum à relatione, & à reliquis prædicamentis non explicet rationes peculiares horum prædicamentorum: tamen ut contractum ad formam relativam, est essentialiter relativum; & ut contractum ad formam solutam, est essentialiter absolutum, ratione inclusionis, & transcendentiae: ratio est: nam in non se habet respectu ad relationis v.g. sicut animal respectu rationalis, quod non transcendeat; cum genus (secundum Philosophum) sit extra-conceptum differentiatum; sed sicut animal respectu hominis, quē essentialiter constituit.

QVÆSTIO III.

An recte dñidat Aristoteles relationem per triplicem rationem fundandi?

§. I.

Triplex fund:mentorum dissilio patrocinatur.

1. **H**ec difficultas sub his terminis proponitur, ut cognoscas diversa relationum genera

ra; nam licet quilibet, prout distincia à fundamento, habeat ex se specificam unitatem, ab specifica alterius rationis distinctione tamē ut magistros Philosophi passus sequar, distinctionem, & unitatem relationis, per distinctionem, & unitatem fundamenti demonstrare intendo. ¶ Colligit ergo Philosophus 5. Metap. tex. 15. ex tripli relationum fundamento, tria tācum esse relationū generā: primū, earū v. quæ fundātur in unitate, & numero: ut ēquale, & simile. Secundū, earum, quæ fundātur in actione, & passione: ut Pater, & filius. Terterū, earum, quæ fundantur in mensura, & mensurabili: ut relatio scientiæ, ad scibile; & sensus, ad sensibile.

2. Sed pro intelligentia huius divisionis est notandum, unicum, & idem fundamentum, secundum diversas rationes fundandi, posse fundare relations pertinentes ad hęc tria genera: ut eadem scientia v. g. Metaphysica, quatenus est una unitate conuenientiæ cum alia Metaphysica fundat relationem similitudinis; & in quantum est qualitas producta ab intellectu fundat relationē effectus respectu illius: & in quantum eius habitualis veritas respicit obiectum, fundat relationem pertinentem ad tertium genus: quæ appellatur, (ratione fundamenti) relatio scientiæ ad scibile.

3. Quod vero nō debeat assignari aliud relationum fundatum probat Diuus Thomas 5.

Tom. 2.

Metap. lcl. 17. hac ratione: fundamenta relationum sunt illa, quæ fundamentaliter ordinantur ad aliud: sed hoc solum tripliciter vallet contingere: utique quia omne quod ordinatur ad aliud, vel ordinatur secundum similitudinem, seu proportionem, vel secundum operationem, vel secundū est: si primo talis respectu fundatur in unitate, & numero: si secundo, in actione, & passione: si tertio, in mensura, & mensurabili; ergo fundamenta relationum tantum sunt tria.

§. II.

Primi generis relationes, & fundamenta explicantur.

4. **H**is ergo prælibatis notandum venit, circa relationes, & fundamenta primi generis, Philosophum per unitatem non intelligere unitatem quantitativā, & multitudinem illi oppositā, sed similitudinē, seu conuenientiam rerum. Constat hoc ex Philosoph. 5. Metap. tex. 5. & etiā ex cōmuni proloquo ex hoc loco Aristotelis à Philosophis deducto: videlicet, *unum, in substantia facere idem, in quantitate, & quale; in qualitate, simile.* Ex quo sequitur sub hoc fundamento esse omnes relationes idētitatis, & qualitatis, similitudinis, presentiæ, propinquitatis, et si quæ sunt huius generis.

5. Secundò notandum venit, secundam particulam, scilicet, *una-*

M 2

mē.

Disputatio sexta. Quæstio tertia.

mero non stare, (vt volunt Complutenses) pro relationibus mutuis, quæ (saltim ex parte vnius extremi) fundantur in numero prædicamentali, quod est vnum ens per se: ad distinctionem numeri transcendentalis, qui est vnu per accidens; (& sic incapax fundandi relationes prædicamentales) sed stare pro relationib^z fundatis in dissimilitudine, seu disconuenientia vnitati opposita: cum quia hæc est communis Doctorum expositio: cum quia alijs primum genus, non vnum, sed duplex esset: tū quia numerus multiplicatatem, & diuersitatem denotat.

6. Dices. Relationes similitudinis, & equalitatis, non valēt fundari nec in vnitate numerica, cū ex his non resolutet vnum: nec in formalis generica, seu specifica: cum à parte rei non detur vntas formalis communis, seu per modum vnius: (vt dixi in 1. p. Logicæ, disp. 3. q. 2. §. 2. n. 25.) ergo istæ relationes non fundantur in vnitate. ¶ Respondetur concedendo primam partē antecedentis; & negando secundam, quoad utramque partem: nam licet relatio similitudinis nō valeat fundari in vnitate analogā: benè tamē in specifica, & genericā: cum hæc, sicut illa, faciat idem in natura. Ad probationem dico, hæc relationem non fundari in vnitate, seu in natura, quæ identicē sit in pluribus eadem: cum hæc idētitas sit relationi reali opposita;

vt constat in diuinis, vbi natura divina, quæ est in Patre, nos dicit realem relationem similitudinis ad naturam Filij: quia eadem est per identitatem in tribus personis; sed fundari in vnitate formalis, quæ solum sit per conuenientiam, & similitudinem eadem.

§. III.

Secundi generis relationes, & fundamenta explicantur.

7. In hoc secundo genere numerauit philosophica eruditio relationes, quæ fundantur in actione, & passione: non quia actio, & passio, sint fundamenta, in quibus inhærent paternitas, & filiatio v.g. cum hæc fundamenta sint substantiæ genitoris, & geniti: sed quia sunt rationes fundandi indispensabiliter requisita, vt istæ relationes resultant. Quod vero paternitas immediatè subiectur in substantia genitoris, & non in potētia generativa, nec in ipsa generatione, probatur: filiatio immediatè afficit suppositum (vt docent omnes Theologii in materia de Incarnatione: vbi denegant Christo duas filiationes: quia filiatio immediate afficit suppositum, quod in Christo, vt dinimum est incapax recipiendi aliquod accidēs) ergo idē dicendum erit de paternitate cum eadem debeat esse in vitroq; casu ratio & disciplina.

De divisione relationis predicamentalis. 91

8. Amplius probatur hoc assertum: nam potentia generativa est instrumentum separatum; sed instrumentum separatum desipit esse ex parte cause: cuius est instrumentum, post instantis actionis; ergo potentia generativa debet desinere post instantis generationis; atqui paternitatis relatio non desinit esse: ergo relatio paternitatis non valet subiectati immediatè in potentia generativa, nec in actione ipsius, sed in substâlia generantis, quæ est principium generationis radicalē.

9. Nota secundo: quod in relationibus huius generis datur fundamentum remotum, proximum, & denique ratio fundandi: fundamentum remotum, est substantia genitoris, cui immediatè inheret relatio; proximum est potentia generativa, cui intrinsecè non inheret; licet sit necessaria ad huius relationis resultantiam; ratio vero fundandi est generatio indispensabiliter requisita ad huiusmodi relationis resultantiam. ¶ Quod vero hæc omnia sint necessaria, ut paternitatis relatio resultet, probatur: nā si supernaturaliter Petrus pater; & Paulus filius, essent per creationem producti non esset formaliter relati relatione secundi generis; ergo ad hanc non solum est necessaria substâlia patris, & potentia generativa Petri; sed ulterius quod filius sit ex patre per generationem; ergo potentia generativa, & generatio, sunt per modum rationis forma-

lis necessaria ad paternitatis resultantiam.

10. Ex quo colliges, discerimē quod versatur inter rationes fundandi huius generis, & inter alias aliorum generum: nam rationes fundandi huias generis solum sūt necessariae ad fieri harum relationum: at vero aliorum, non solum ad fieri, sed etiam ad conseruari: nam ablata unitate ab extremis, id est, ablata albedine ab uno ex extremis albis non manet similitudinis relatio: at vero transacta potentia generativa, & actione generandi remanet paternitatis relatio.

11. Nota vltimò discerimē quod versatur inter relationes huius secundi generis: secundum Philosophi 5. Metap. text. 17. dantur relationes, quæ exposcent actionem, existentem pro fieri, & præteritam pro conseruari: ut sūt paternitatis, & filiationis relationes: & etiam dantur relationes huius generis, quæ tam ad fieri, quam ad conseruari exposcent actionem futuram, & potentiam actu existentem: ut sunt relationes calefactivi ad calefactibile, & sectivi, ad secabile. ¶ Ex qua doctrina (expressè a Philosopho tradita) colligo discrimen, quod inter has relationes versatur: nā primæ subiectantur immediatè in substâlia generantis: (vt iā probavi) at vero secundæ (naturaliter loquendo) immediatè non subiectantur in substâlia, sed in potentia proxima producentis:

Disputatio sexta. Questio tertia.

ratio huius est: nam huiusmodi relationes resultant naturaliter in substantia, hoc principio proximo affecta; ergo in illo debent fundari.

12. Dices primo. Substantia calefactibilis immediate, absq; aliquo accidenti, recipit relationem; ergo & substantia calefactiva. Primum responderetur, negando antecedens: nam substantia calefactibilis, non immediate, sed medijs accidentibus est calefactibilis; & sic relatio non subiectatur immediate in substantia. ¶ Secundo, responderetur concedendo antecedens; & negando consequentiam: nam vt dicam lib. 2. phys. disp. 4. q. 2. §. 5. per totum substantia ex se, nec supernaturaliter potest esse principium immediatum operandi: bene tamen recipiendi; & ideo naturaliter relatio, ex parte agentis, requirit accidens actuum: etiam si ex parte passi non exigat accidentes ad naturaliter recipiendum.

13. Dices secundo. Ex dictis q. precedenti, §. 4, n. 18. constat, relationem praedicamentalem non posse esse ad terminum possibilem; sed solum ad existentem; sed calefactibile non est existens: cum solum in potentia habeat calorem; ergo vel potest dari relatio praedicamentalis secundi generis ad terminum possibilem: y. g. relatio paternitas ad filium possibilem: vel non datur relatio praedicamentalis inter calefactivum, & calefactibile. ¶ Respondetur

concedendo maiorem, & distinguendo minorem: calefactibile non est existens, ut habet rationem calidi, concedo minorem; ut habet rationem calefactiui, nego minorem, & consequentiam, quoad utramque partem: nam relatio calefactiui non est in ordine ad calorem possibile, sed in ordine ad potentiam passiuam caloris actu existentem: quare lignum, ut calefactibile, habet realiter potentiam passiuam actu existentem in ordine ad quam est praedicamentis relatio..

¶ IV.

Tertij generis relationes, & fundamenta explicantur.

14. Vltimum relationum praedicamentorum genus est earum, quae fundantur in mensura, & mensurabili, videlicet, quae fundantur intersensibile, & scientia, seu intersensibile, & sensum. Ly mensura non accipitur stricte pro quantitatua; sed pro mensura perfectionis, qua mensuratur perfectio aliquid rei: y. g. pro objectis realibus, quae scientiarum mensurant perfectionem. ¶ Notanter dixi pro objectis realibus: narrationis objecta: (vt objectum Logice) licet mensurent, non tamen terminant respectum praedicamentalem: defectu realitatis, ex parte termini requisitus: (vt dixi in disp. praeemiali, p. 1. pars 2. partis Logice, q. 1. §. 1, n. 83.)

An una relatio valeat esse alterius fundamēt. 92

15. Ex his nota discrimē, quod versatur inter relationes huius generis: & inter alias aliorū generum relationes: nam huius generis per se sunt non mutuæ: cum ex parte mensuræ non sit realis respectus ad mensurabile; at vero aliorum generum relationes per se sunt mutuæ; licet per accidens valeant esse non mutuæ; ut relatio diuersitatis creaturæ ad creatorum, quæ est primi generis: & relatio maternitatis in Virgine matre, quæ est secundi generis.

¶ Ad hoc genus sp̄tant relationes, quibus creaturæ respiciunt Deum, tanquam Dominum, & Creatorem: quæ licet ex parte creaturarum reales, & prædicamentales sint, tamē ex parte Dei non dantur, ne aliquid ei in tempore adueniat. ¶ Dicitur tamen realiter Dominus, & Creator: quia realiter terminat relationes seruitutis, quæ dantur ex parte creaturarum; & quia realiter residet in illo potentia creativa; nō aliter ac Christus dicitur realiter Filius virginis, quia realiter est genitus, & quia realiter terminat maternitatis relationem.

16. Nota denique, quod licet obiectum, ut mensura, non respiciat scientiam; (quia ut docent Aristoteles, & Diuus Thomas, loco supra citato, scibile dicitur relatiūe, non quia scibile ordinatur ad scientiam, sed quia scientia ordinatur ad scibile) tamen ut causa speciei impressæ, respicit potentiam, relatione secundi gen-

teris; & eodem modo potentia præctica, ut talis, respicit obiectum, relatione secundi generis.

QVÆSTIO IV.

An una relatio prædicamentalis valeat esse alterius fundamentum?

§. I.

Explicatur titulus, referunturque sententiae.

1. Quid titulus inquirit est; **Q**an unitas transcendentalis prædicari, et alium relationum valeat prædicamentalem fundare respectum? sicut unitas transcendentalis qualitatum illam valeat fundare: videlicet, an sicut unitas, seu convenientia inter duas albedines reperta, prædicamentalem fundat respectum: sic unitas seu convenientia inter duas paternitatis reperta, valeat fundare prædicamentalem similitudinis ordinem?

2. Partem negatiuam defendunt omnes Thomistæ: quia existimat esse Diuī Thomæ i. p. q. 42. ar. 1. ad 4. Sed (ut bene inspexit insignis Thomista Magister Lema) nec in hoc loco, nec alibi, illam defendit: & ideo iste Auctor, non auctoritate, sed ratione debili fixus, illam patrociniatur.

3. Affirmatiuam docet Scotus cum sua schola: & ex alijs Magister Scot. disp. 47. secl. 11. Ruumus q. 14. in huius gratiam sit.

Disputatio sexta. Questio quarta.

§. I I.

Conclusio.

4. Relatio prædicamentalis in prædicamentali fundari valet respectu. Probatur primò ex Euclide insigni arithmeticò: nam proportionalitas, que relatio est, in proportionibus, que relationes sunt, fundatur; ergo relatio prædicamentalis valet in relatione fundari.

5. Ratione efficacii probatur. Non alia ratione datur prædicamentalis similitudo inter duas albedines, nisi quia sunt eiusdem rationis, & speciei: & quia ex se, sola relatione transcendentali sunt relatæ: sed etiam duæ paternitates sunt eiusdem rationis, & speciei: & à sola relatione transcendentali sunt inter se relatæ; ergo propter eandem rationem debet inter illas dari similitudo prædicamentalis.

6. Etsi dicas duas paternitates solum esse negatiæ, seu fundamentaliter similes, per earentiam diuersitatis. Contra est: nā idē potest dici de omnibus alijs rebus: cum hæc solutio solum sit pro voluntate respondentis; etsi non est pro libito, assigna mihi rationem, quare inter duas albedines valet resultare, & non inter duas paternitates.

7. Tertio probatur: vna ratio rationis fundatur in alia; ergo vna realis in alia: cum illæ non

sunt chymaricæ, sed factæ ad similitudinem realium.

§. I II.

Fundamenta opposita sententia.

8. Primum (quod est cōtra secundam nostræ assertionis rationem) sic procedit. Duæ similitudines sunt eiusdem rationis, & speciei: & tamen non valēt fundare aliam similitudinem; vtique quia ad similitudinem nequit dati similitudo: iuxta illud, *ad rationem formalē non datur ratio formalis;* ergo ex eo quod duæ paternitates sunt eiusdem rationis, non sequitur quod inter illas debet dari similitudinis relatio, ne ad rationem prædicamentalem, detur relatio prædicamentalis: & sic processus in infinitum, qui à rebus per se ordinatis relegatur.

Respondetur concedendo antecedens; & negando consequentiam: nam licet duæ similitudines sunt eiusdem rationis, tamen non valent fundare aliam similitudinis rationem: tum quia inter se, non transcendentaliter, sicut duæ paternitates; sed prædicamentaliter sunt relatæ: tu quia inter se sunt rationes referentilis; & ad rationem formalem referendi, reduplicatiuè ut tales, nequit dari alia ratio referendi: at vero paternitas, licet respectu filij sit ratio referendi, tamen respectu alterius paternitatis non est ratio formalis referendi: & ideo in ordi-

ordine ad illam valet aliam diuer-
si generis fundare relationē; abs-
que eo quod ad rationem referen-
di detur formaliter alia ratio for-
malis referendi.

Ex quo constat, non dari pro-
cessum in infinitum: quia si sīdūm
est in similitudine inter duas pa-
ternitates reperta. Constat hoc
à simili, in actu metaphysico, qui
licet sit via, ut quo attacta à Me-
taphysico: tamen secundum ra-
tionem entis valet per aliū ac-
tum et quod, & ut terminus attin-
giā Metaphysico: haud aliter in
presenti: licet paternitas respectu
filij sit ratio referendi, & , prout
sic, nō valeat aliam paternitatem
fundare: tamen, respectu alterius
paternitatis, non est ratio referē-
di; sed quod refertur: & sic. aliam
alterius generis fundat relatio-
nem.

Iuxta hanc solutionem locu-
tus est Magister Sanctus loco su-
pra citato, dum dixit: n̄ e iterum
vna relatio referratur ad aliam per ali.
quam aliam relationem: cum autem
discimus quod paternitas opponitur filia-
tions, oppositio non est ratio me-
dia inter paternitatem, & filiationem;
qua vero quemomodo relatio multiplicar-
etur in infinitum. Ausulta nostra
solutionis doctrinam, in qua do-
cet Magister Angelicus vnam re-
lationem non referrari ad aliam, ad
quam est ratio formalis referēdi,
vel ad quam formaliter refertur,
per aliam relationē, videlicet pa-
ternitatem, non referrari ad filiations
nem per aliam paternitatem: ne-

detur processus in infinitum: non
tamen docet, vnam relationē non
referri ad aliam, ad quam non est
ratio referendi, vel ad quam for-
maliter non refertur per aliam ra-
tionem: cum ergo paternitas non
sit ratio referendi patrem, ad aliū
patrem; sed ad filium: ideo neces-
sario est, respectu alterius patris,
assignanda alia ratio referēdi; ut
posit ad illum referri; non vero
est assignanda alia inter similitu-
dines in paternitatibus fundatas:
cum ad inuicem sint rationes re-
ferendi.

9. Secundum, quod est funda-
mentum Magistri Lerma sic se
habet. Relatio prædicamentalis
resultat actiue ex fundamēto; sed
relatio prædicamentalis, licet sit
realis, est minimæ entitatis; ergo
non potest habere actiuitatem in
aliam relationem. Certe Magis-
trum Lerma videtur non vidisse
inconsequentiam: nam ipse alibi
asserit, (& bene) substantiam esse
fundamentum relationis prædicam-
entalis: ex eo in consequentiam ip-
sius infero: nam actiuitas in me-
diata magis repugnat substantia
(in ipsius opinione) quam acci-
denti etiam relatio: sed respectu
relationis conceditur substantia; ergo
potiori iure debet relationi
concedi. Hoc prænotato respon-
detur distinguendo maiorem, re-
sultat actiue ex fundamēto, acti-
uitate propriæ, nego maiore: im-
propriæ, cōcedo maiorem, & mi-
norem: & nego consequentiam
nam relationes dimanant à fun-
damen-

Disputatio sexta. Quæstio quinta.

damento sicut proprietates ab essentia: quare substantia, & relatio, valent auctiue fundare relationes: cum hæc actinitas solù constat in hoc, quod una exigit aliam.

10. Tertium, (& theologicum fundamentum) sic procedit. Ex nostra cōcluſione, sequitur, quod in diuinis detur relatio realis dissimilitudinis, cum paternitatis relatio sit à filiationis relatione distincta, & diuersa: hoc impli- cat; ergo illud ex quo sequitur. Probò minorem: in diuinis sunt tātum quatuor relationes reales, scilicet, paternitas, filiatio, spiratio auctiua, & passiua; ergo dissimilitudinis relatio non est admittenda: tum sic: non potest assignari aliud principium repugnatię, nisi quod una relatio non valet aliam fundare; ergo in nostra sententia sequitur hoc absurdum.

Respondetur distinguendo se- quelam: sequitur quod detur re- latio realis dissimilitudinis dis- tincta ab alijs relationibus diui- nis nego sequelā: indistincta con- cedo sequelam. Ad probationem dico, Theologos solum assignare quatuor relationes: quia solū istæ sunt necessariae ad constitutio- nem personarum: & licet spiratio auctiua non sit necessaria ad ad cō- stitutionem Patris, nec Filij: ta- men absque illa non valet intelli- gi spiratio passiua Amoris consti- tutiva: & ideo istæ quatuor sunt annumeratae, absque eo quod dis- similitudo, vel diuersitas carum

numeretur: unde etiam si in rebus creatis opus sit distincta relatio- ne, qua paternitas creata ad filia- tionem, & filiatio ad paternitatē ut dissimiles referantur: illa tamē necessaria non est in paternitate, & filiatione diuina ratione infinitatis, & illimitationis.

11. Hic poterat inquiri an dis- similitudo reperta inter paterni- tatem, & filiationem diuinam, sic per rationem distincta à paterni- tate, & filiatione diuina. Sed hæc quæstio non ad Metaphysicū; sed ad Thologum spectat: & ideo pro- nunc illam ommitto.

QVÆSTIO V.

*An prædicamentis respectu reali- ter à proprio distinguatur
fundamento?*

§. I.

*Elucidatur titulus, & proponuntur
sententia.*

1. Pro tituli intelligentia no- ta, quæstionem hanc pro- cedere de fundamento proximo, & non de subiecto, (quod ab ali- quibus solet remotum fundame- tum appellari) ut cum album di- citur simile alteri, fundamentum proximum similitudinis est albe- do; & de similitudine hac inqui- rimus, an realiter, vel solum secū- dū rationem distinguatur ab albe- dine? Si ergo aliquando subiec- tum, & fundamentum identifi- catur:

An pradicam: respectus realiter à proprio dist. fun 94

centur: (vt de subiecto, & fundamento filiationis communiter asserant Doctores, tunc relatio eo modo distinguitur, quo distinguitur à fundamento:

2. In hac quæstione prima sententia asserit relationem, à parte rei, esse idem realiter cum fundamento; & solum distingui, in quantum fundamentum concipitur cù habitudine ad aliquid extrinsecum. Est communis inter Nominales: illamque defendit O. Kain. in 1. dist. 30. q. 1. & dist. 31. q. 1. Gregor. dist. 28. q. 2. quibus adharet Aegidius dist. 26. q. 4. & ex Thomistis recentioribus Soncinus 5. Metap. q. 28. qui affirmit, relationem solum conceptibili- ter distingui à fundamento: quia in conceptu relationis clauditor terminus, qui in conceptu fundamen- tino non clauditur. Hanc sen- tentiam latè defendit Suar. disp. 47. Metap. sect. 2. qui num. 22. ad- vertit, huiusmodi sententiam nō esse intelligendam, ita ut esse re- lationis sit nihil in relatio, aut aliquid desumptum ex denomina- tione extrinseca, ab aliqua for- ma absoluta extrinseca: (vt aliqui ex Nominalibus videntur senti- re) sed ita ut relatio sit forma realis intrinsecè denonimans relati- um, quod constituit: ceterum nō est forma, aut modus, realiter, aut ex natura rei, distinctus ab omni forma absoluta: sed in re, est forma absoluta, non ut abso- luta, sed ut respectiva; vel ut res- piciens aliam, quam connotat: ita:

vt similitudo sit forma, & entitas realis, à parte rei constituens si- mile. absq; eo quod sit forma rea- liter ab albedine distincta, quan- tum ad id quod ponit in re, quæ dicitur similis; secus verò quantū ad terminam, quem cōnotat: hāc sententiam explicat exemplo ac- tionis, & motus; nam eadem en- titas quatenus est ab agente, seu connotat extrinsecè agens, dici- tur actio; & quatenus est via, seu produc̄tio termini, dicitur mo- tus.

3. Secunda sententia (huius ex- tremè opposita) docet relationem realiter, & ante omnem operatio nem intellectus, distinguiri à funda- mento: non tanquam res à modo, sed tanquam res à re: itaque (iux- ta hanc sententiam) similitudo, & albedo, non solù dantur à par- te rei, sed etiam ante omnem ope- rationem intellectus distinguun- tur inter se: ita ut hęc propositio, similitudo est albedo, nec in sensu identico sit admittenda. Prima pars istius sententia est D. Thom. 1. p. q. 28. art. 2. Hanc sequuntur Caieranus ibidem: Capreolus in 1. dist. 30. q. 1. Ferrara 4. contra Gentes, cap. 14. Fonteca 5. Me- tap. cap. 15. q. 2. Sotus in praefen- ti: & eam ex parte defendit Scotus, in 2. dist. 1. q. 5. & in 3. dist. 8. q. 1: ubi dividit relationem in se- parabilem, & in inseparabilem; & hanc secundam asserit non distin- guiri à fundamento: ut relatio in- in accidentibus: & relatio ab in- creaturis: primam vero (inquit) distin-

Disputatio sexta. Questio quinta.

distinguiam esse realiter à fundamento: ut paternitas.

§. I I.

Prima conclusio.

Philosophi autoritatibus probatur.

4. In creatis relatio realis realiter distinguitur à suo fundamento.

Constat primò hęc nostra assertio ex Philosopho's, physico. Vbi affirmat, ad relationem non esse per se motum; & relationem aduenire subiecto, absque subiecti mutatione; sed ad fundamen-tum datur per se motus, & fundamen-tum aduenit subiecto, cum illius mutationes ergo relatio, & fundamen-tum realiter distinguuntur. Probo consequentiam: nam illa quæ realiter identificantur, simul, & per eandem actionē producuntur; sed fundamen-tum producitur per motum; ergo vel relatio producitur per motum etiā, vel realiter distinguuntur à fundamento.

5. Constat secundò ex eodem Philosopho ibidem: vbi docet, relationem nō mutare subiectum per se; ergo sentit illud mutare per accidens; alias superflue esset apostata in propositione negativa illa particula per se; cum secundum Iuristas, exceptio firmat regulam in contrarium: utique quia exceptio illa per se firmat aliud mu-

tationis genus.

6. Constat tertio ex eodē, ibidē, vbi docet, quod relata sunt accidentia realia, quorum totum suum esse est ad aliud se habere; sed implicat quod in creaturis ca-dentes sit ens à se, & in se, & ad aliud adæquatè; ergo implicat quod relatio, quæ adæquatè est ad aliud, sit realiter fundamentū, quod adæquatè est à se, & in se.

7. Constat quartò ex eodē: n̄ (secundum illum) relatio resultat ad positionem termini, & fundamenti, sed id quod resultat distinguuntur realiter ab eo à quo resultat: tunc quia omnis effectus debet realiter à sua causa distinguuntur quia proprietates distinguuntur realiter ab essentia, quia ab illa diminuant, & resultant; ergo relatio, à fundamento resultans, est ab illo realiter entitatiè distincta.

§. I II.

Angelici Doctoris testimonij robatur conclusio.

(...)

8. Vicinorū assertioni facuet Magister Angelicus loco supra citato ad 2. vbi sic ait: ad secundum dicendum, quod sicut in rebus creatis, in illo quo dicitur relatio non solum est invenire respectum ad alterum, sed etiam aliquid absolutum: ita in Deo; sed aliter, & aliter: nam id quod inveniatur in creaturis, prater id quod continetur sub significatiōne

An prædicam respectus realiter à proprio dist. fun. 95

catione nominis relationis, et alia res: sed vera, et eadem. Hæc D. Thom.

vbi notanda sunt illa verba: præter id quod coniungit: ex quibus apparet, quām sinistra sit interpretatio alienum, D. Thomā comparare relationem cum subiecto; & non cum fundamento: tū quia non solum subiectum, sed etiam fundatum est aliquid præter id quod significatur nomine relationis; nam similitudo relationem, & non albedinem significat; tum quia multoties coincidit, per viam identitatis, subiectum cum relationis fundamento.

9. Fauet etiam idem Magister 4. contra Gentes cap. 14. vbi sic fatur: *relatio realiter substantia adueniens posterum, & imperfectissimum habet esse: ergo relatio est secundum D. Thomā suo fundamento realiter distincta: tū quia id quod substantia aduenit, non est substantia: tum quia si esset entitatiū substantia, nō haberet esse imperfectissimum.*

10. Denique ei fauet q. 8. de potentia ar. 1. vbi assignans discrimen inter substantiam creatam, & increata, ait; *quad increata substantia non efficit compositionem cum relatione increata; sed est idem realiter cum illa: substantia vero creata efficit compositionem realiter sū increata relatione propter oppositam rationem: sed relatio non semel fundatur immediatè in substantia: (vt de filiationis relatione omnes cōmuniter fatentur) ergo relatio ante omnem operationem intel-*

lectus (iuxta Angelicum Magistrum) distinguitur à fundamento.

§. IV.

Inefficaces rationes quibus probatur nostra conclusio referuntur, & refelluntur.

11. **S**edatores nostre sententie probant illam: tum quia fundatum relationis, & relatio, diuersa constituunt prædicamenta: tū ex eo quod relatio potest realiter à fundamento separari: tum denique quia fundatum transist per relationem ab uno extremo contradictorio ad aliud; quæ transmutatio, seu transitus, nequit fieri, absque superadditione alicuius rei, vel modi: cum oppositio contradictoria sit à contraria distincta, in hoc, quod illa versatur inter entitates: hæc vero inter formalitates.

12. Sed ista rationes cum in consequentia, & inefficacia nostra faciunt assertioni: prima hoc duplice claudicat: nam (in nostra & ipsorum opinione) actio, & passio, absque reali distinctione diuersa constituunt prædicamenta; ergo ex eo præcisè quod fundatum relationis, & relatio, diuersa constituunt prædicamenta, non sequitur, quod realiter distinguantur. ¶ Secunda, & tercia utroque etiam laborat vitio: nam in nostra opinione: sicut constabit ex dicendis infra in Philosophia lib. 2. disq. 2. q. 2. §. 3. per

Disputatio sexta. Questio quinta.

totam) vno realiter separatur ab extremis; & hæc ratione illius, transiunt de uno extremo contradictorio ad aliud, absque eo quod unio sit ab extremis realiter distincta; ergo istæ rationes cum inefficacia, & inconsequentia nostram firmant cœclusionem.

13. Verum tamen est, quod duæ posteriores possunt adduci aduersus Patres Societatis, qui primâ sententiam pro viribus defendunt:

nam (in ipsorum opinione) vno est à partibus realiter distincta: tum quia realiter est ab extremis separabilis: tum quia extrema per unionem trâseunt ab uno extremo contradictorio ad aliud.

14. Nec valet dicere (cum Patre Suarez) relationem, defacta correlatiui, deficere: non quoad realitatem, sed solum quoad denominationem. ¶ Non (inquam) valet, nec potest cōsequenter dari hæc solutio à prædictis Doctrinis: nam hæc solet ab illis in Philosophia acriter impugnari: vide obiectiones, & responsiones à nobis, & ab illis ibi adducendas, ut proprio gladio illos ferias.

§. V.

Rationibus efficacibus, probatur conclusio.

15. His ergo omissis rationibus sic probo conclusio-
nen. Per se, & in aliis (ut consta-
bit ex dicendis 2. physic. dispu. 4.
q. 2. §. 5. per totum) sunt modi ita

oppoiti, ut vobis essentialiter im-
porteret alterius carentia; sed fun-
damentum relationis identitatis
est per se, & relatio ens in alio; cu
speciale accidentis cōstituat præ-
dicamentum; ergo fundamentum
huius relationis est ab illa reali-
ter distinctum; ergo & alias re-
lationum: cum omnium eadē sit
ratio.

16. Dices, cum Patre Suarez, relationem non esse accidens phy-
sicum, sicut albedo respectu quā-
titatis; sed solum prædicamenta-
le, seu metaphysicum: quod vā-
let cum substantia identificari.

¶ Sed contra est prīmō: nā (iux-
ta cōmūnē philosophorum con-
sensum) omne accidens prædicamen-
tale est physicum: cum essen-
tialiter participet conceptum in
conceptui pīr se oppositum; sed
relatio est accidens prædicamen-
tale: cum peculiare accidentis
constituat prædicamentum; ergo
relatio habet rationem accidentis
physici. ¶ Contra est secūdō.
Id quod constituit prædicamen-
tum (in omnī opiniōne) est vni-
uocum, ad species sub illo cōtentas;
sed in solutione aſsignata re-
latio substantia, et substantia: &
qualitas, est qualitas, seu ens in
alio; ergo relatio, ut sic, que ab-
strahit ab his relationibus est vni-
uoca ad ens pīr se, & in alio; quod
est omnino fallum, & impossibili-
le: cum ad ens per se, & in alio, so-
lum valeat aſsignari vnitas com-
munis analoga.

17. Nec valet dicere, relatio-
rem,

nem, ut sic, abstrahere ab esse per se, & in alio: & sic cōstituere speciale prædicamentum. Non (inquam) nam prædicatum prædicamenti constitutuum est (in omnium opinione) vniuocum: sed prædicatū, quod abstrahit à substantia, & accidenti, non est vniuocum: (ut triple Suar. fatetur in en-
tis præcisione) ergo relatio prædicamenti constitutiu non abs-
trahit ab esse per se, & in alio.

18. Nec tursus valet dicere cō-
stituere prædicamentum acciden-
tis, id quod abstrahit ab esse per
se, & in alio: dum modo sit extra
conceptum subiecti, cū quo iden-
tificatur. Non (inquam) valet:
cum propter dicta: tu quia si phys-
ica inherētia non est essentiali-
ter necessaria ad prædicamenti
accidentis constitutionem; ergo
id quod physicè est ens per se va-
let prædicamentum accidentis
constituere: quod est ridiculum:
cum id quod est per se sit in præ-
dicamento substantiæ. Contra
est secundo: nam (iuxta hanc so-
lutionem) subsistentia, quæ est
substantiæ modus, nō deberet po-
nari in prædicamento substantiæ: sed
accidentis: cum sit extra concep-
tum, & entitatem essentiaæ.

19. Etsi dicas, subsistentia po-
ni in prædicamento substantiæ,
quia licet sit extra conceptum es-
sentiæ, tamen est complementum
ipsius, cum illa constitutens vnum
ens per se. Contra est: nam au-
rum est extra essentiam coronæ,
cum illa non faciens vnum per se:

& tamen (in omnium opinione)
est substantia prædicamentalis, &
non accidentis prædicamentale; er-
go ex eo quod relatio sit extra
conceptum fundamenti, & non
cōstituat vnum per se cum funda-
mento, non sequitur, quod nō de-
beat esse in prædicamento sui fun-
damenti.

20. Ex quo infero, quām absq; fundamento Modernus quidam
alſignauit regulam, ad cognoscē-
dum discrimen, quod versatur in-
ter accidens physicum, prædicamen-
tale, & logicum: dicens: phys-
icam esse illud, quod realiter in-
haret: predicamentale, quod est
extra essentiam rei, cum illa vnum
per se non constituens: & logicum,
quod est etiam extra essentiam rei,
cum illa vnum per se constitueas.
Absque fundamento (inquit) nam
autem, quod est extra essentiam
coronæ, non est accidentis prædi-
camētale, sed logicum, intra præ-
dicamentum substantiæ: etiam si
non constituat vnum per se cum
subiecto in quo est.

21. Secundò probatur nostra
conclusio: per aduentum relatio-
nis mutatur subiectum, nedū ex-
pressiū; sed entitatē; ergo re-
latio est realitas à subiecto distin-
cta. Antecedēs probat: nā om-
nes Theologi denegant Deo re-
lationem realem in ordine ad crea-
turā: tu in quia quoad omnē en-
titatem realem est à creaturis in-
dependens; tu in (¶ maximē), quia
est immutabilis; sed ex hoc prin-
cipio ei non repugnaret, si relatio

Disputatio sexta. Questio quinta.

solum adderet iuxta fundamen-
tum nouam denominationem, seu
expressionem, cum sola rationis
ratio in natura distinctione: utique
quia noua expressio Deo non re-
pugnat, (ut constat in Incarna-
tionis mysterio) ergo per relatio-
nem, nendum expressius, sed enti-
tatiue, mutatur subiectum.

S. VI.

Seconda conclusio.

22. Relatio realiter est à suo
fundamento distincta tā-
quam res à re. Probatur primò,
ex Diuo Thoma loco supra cita-
to: ubi ait; relationem esse aliam
rem à fundamento. Secundo:
quia relatio (ut cōdistincta à fun-
damento) constituit speciale pre-
dicamentum; sed hoc non valet
constitui à rebus incompletis, &
imperfectis, que habent rationem
modi: cum modus spectet ad pre-
dicamentum rei, cuius est modus;
ergo relatio est, ut res, à re à suo
fundamento distincta. Confirmatur.
Modus semper habet ra-
tionem complemēti, respectu en-
titatis, cuius est modus, & redu-
citur ad prædicamentum illius; sed
relatio constituit peculiare pre-
dicamentum, & non est comple-
mentum fundamēti: cum tribuat
nouū esse formale subiecto, quod
est proprium formæ accidentalis;
ergo relatio non distinguitur à
suo fundamento, ut modus; sed ve-
res, peculiare constituens prædi-

camentum.

23. Ceferum quia relatio est
minimæ entitatis, & ex natura
sua habet esse per resultantiam,
non potest, nec diuinatus separari
à fundamento, in quo est: vnde ad
rationem modi non sufficit, quod
forma accidentalis sit ita imper-
fecta, ut non valeat esse absq; sub-
iecto: nam forma materialis est
res, & non valet esse (saltim natu-
raliter) absque materia: & hæc,
licet res, non valet esse, (nec su-
pernaturaliter) absque aliqua for-
ma. Et si inquiras quānam sit ra-
tio modi constitutiva? Respōdeo
esse incompletionem, & imperfec-
tionem, in aliqua linea; seu esse
complementum subiecti, in quo
est: non aliter ac subsistentia est
propriè modus nature: quia ia-
geare substantiæ illam comple-
& perficit.

24. Nota denique incōsequen-
tiam Ioannis à Sancto Thoma,
(quem sequuntur aliqui moderni
nostræ familiæ) nam ipse (in præ-
senti) ait, relationem distinguere
à fundamento remoto per modum
rei; & à proximo per modum mo-
dit: quia sentit, cum isto, & nō cum
illo, identificari, iuxta commune
proloquium, ab indoctis crasie
intelieetur, scilicet, *modum non
distingui à re cuius est modus.*

25. Sed hæc doctrina, ut falsa;
debet rejici: nam (secundum Phi-
losophum) in omni entitate eadē
est ratio constitutiva, & distingui-
va: idest, omnis res distinguitur
ab alia, per seipsum, & nō per aliā

ab

An prædicam. respectus realiter à proprio dist. fun. 97
ab ipsa distinctam; sed relatio &
qualitatis v. g. quæ immediate;
(canquā in fundamēto proximō)
fundatur in quantitate, est in
opinione huius Doctoris modus
ipsius qualitatatis; ergo modaliter
solum debet distinguui à substantia;
ergo ex eo quod quantitas di-
stinguitur à substantia, ut res, nō
sequitur, quod relatio equalitatis,
ratione sui fundamenti proximi,
scilicet quantitatis, distinguatur
à substantia ut res: cum ratione
propriæ entitatis, quæ est modus,
debeat ab omnibus alijs reb⁹ di-
stingui. ¶ Nec eis fauet prolo-
quium allatum: nam licet verum
sit, quod modus non distinguatur
à re, cuius est modus, ut res; dis-
tinguitur tamen ut realitas mo-
daliter à realitate rei, cuius est mo-
dus; racio est: quia mōdus in re
aliquid est, quod non est res, cuius
est modus: cum per illum res aliter
se habeat realiter modaliter;
ergo modus, per seipsum, est rea-
liter modaliter distinctus, à re cu-
ius est modus.

§. VII.

*Argumenta que militant contra pri-
mam conclusionem.*

26. **C**ontra primā conclusio-
nem sic insurgunt aduersarij:
duo alba sunt similia per pro-
prias albedines seclusa omni re-
latione distincta: cum (secundum
Philosophum s. Metap. cap. 15.)
ea sunt similia, quarū qualitas est una;

Tom. 2.

ergo tralta assignatur similitu-
dinis relatio à fundamentis dis-
tincta.

27. Etsi dicas, esse similia funda-
mentaliter; non verò formaliter.
Contra est primo: nā (seclusa hac
relatione à fundamēto distincta)
duo alba sunt formaliter alba, &
conuenientia; ergo formaliter simi-
lia: cum similitudo, & conuenien-
tia, coincidunt petriam rationis
formalis. ¶ Contra est secundo.
similia
Duo alba non sunt in similitudine
distincta; sed in albedine; ergo al-
bedo, & non similitudo distincta
ad hunc conductit effectum.

28. Ad argumentum bene ibi.
Ad primam replicam, cōcedo an-
tecedens; & nego consequētiā;
nam conuenientia formalis est in
natura, seu in albedine, quæ est si-
militudinis formalis, & respecti-
ua fundamentum: quare in duo-
bus albīs, seculo respectu distin-
cto, manet formaliter similitudo,
& formaliter conuenientia, quæ
non cum similitudine formalis, sed
solum fundamentali, coincidit.
Ad secundam nego antecedens;
si loquantur de similitudine for-
malis, & ut quo: seclus vero si loqua-
tur de materiali, & ut quod: nam
licet unum album sit ex se sicut
aliud; tamen ex se non est simile
aliū.

29. Dices: duo alba non sunt
similia in similitudine; sed in al-
bedine; ergo albedo, & non simi-
litudo est ratio formalis assimili-
andi. In primis hęc replica debet
ab aduersarij dissolui: nā (in ip-
sorum

N

Disputatio sexta. Questio quinta.

sorem opinionem) licet realiter entitatiū albedo, & similitudo, coincident: tamen formaliter nō coincidunt: & ideo (in ipsorum opinione) absq; dubio datur similitudo formaliter ab albedine distincta. Nunc sic insurgo: duo alba nō sunt similia, in formalitate similitudinibus; sed in formalitate albedinis; ergo albedinis, & non similitudinibus formalitas est formaliter ratio assimilādi: ecce qualiter idē argumentum contra suam militat opinionem.

20. Quare pro omnibus respōderetur, distinguendo antecedens; non sunt similia in similitudine ut quo nego antecedens: ut quod, cōcedo antecedēs: & distinguo consequēs eodem modo; nam licet albedo, & nō similitudo, sit id in quo sunt fundata similia, vel id quod est simile; tamen similitudo est id quo, vel ratione cuius, albedo est ut quod formaliter similiis. Ex hoc non sequitur, quod duo alba sint minus similia, per similitudines, quam per albedines; nā similitudo formalis, & ut quo, maior est similitudine fundamentali, & ut quod: cum sit, propter quod fundamentum est simile.

21. Secundam: vnum album v.g. dicitur, nedum fundamentaliter, sed formaliter, relatum, per solam connotationem, quam obtinet in ordine ad aliud album; ergo sine entitate superaddita datur iā eis relationis effectus; ergo & relatio. Secunda consequentia cōstat ex prima: quia esse eius formae ne-

quit esse sine forma. Prima ex antecedenti. Antecedens probatur: materia prima v.g. dicitur, nedum fundamentaliter, sed formaliter, vnta, per solam connotationem ad formā, sine nouo modo realiter ab ipsa distincto; ergo similitudine fundamentalum relationis dicitur formaliter relatum, per solam nouam connotationem. ¶ Respondeatur negādo antecedens. Ad probationem cōcedo antecedēs: & nego cōsequentiam: nam materia vniō est in genere in quo est materia; & ideo valet formaliter dici vnta, per solam nouam connotationem: at verē relatio, ut conditio & fundamento, est in alio genere: (ut cōstat ex dictis, §. 3. nu. 15. 16. 17. 18. & 19. huius questionis) & ideo ad hoc ut fundamentum sit relatum, est necessaria entitas de nouo adueniens fundamento.

22. Dices: Vnum album, anteuertenter ad connotationem, est fundamentaliter relatum; ergo per connotationem denuō aduenientem, antecedenter ad nouam entitatē, est formaliter relatum.

¶ Respondetur distinguendo antecedens: vnum album antecedenter ad connotationem est relatum fundamentaliter remote, concedo antecedens; fundamentaliter proximē, nego antecedens, & consequēti: nā album, per connotationem ad aliud, non est formaliter relatum: (ut intendit obiectio) sed solam fundamentaliter proximē referibile;

quia

An prædicam respectus realiter à proprio dist fun. 98

quia connotatio, sine superadditione alicuius entitatis, non extrahit fundamentum ad aliud genus.

23. Tertium sic procedit: impossibile est, quod Petrus generet Paulum, & quod vtroq; existente vnus non sit pater, & alius filius, etiam si à Deo auferatur omnis respectus distinctus; ergo relatio paternitatis non est à fundamento distincta. ¶ Respondet negando antecedens: nam in casu quo Deus cōseruaret Petrum: & Paulum, destrūctis paternitatis, & filiationis relationibus, Petrus esset Pater solum fundamentaliter, & non formaliter; (vt dixi in solutione primi argumenti.)

§. VIII.

Argumenta que militant contra secundam conclusionem.

24. **C**ontra secundā assertiōnem insurges primò, ex Dino Thoma, opus. 48. tit. 5. cap. 2. ubi ita ait: *quod similitudo in Sōrte, ad Sōratem, non est alia res ab ali-* bedine, *qua est in Sōrte;* ergo secundum Diuum Thomam similitudo, qua est primi generis relatio, non est alia res à suo fundamento: ergo saltim ut res non est à suo distincta fundamento. ¶ Fere omnes sentiant hoc opusculum non esse Diui Thomā; si vero admittatur ut proprium, dico, Diuum Thomam solum intendere similitudinem non esse aliam rem ab ali-

bedine per veram actionem per se productam, sed solum esse quādām rem minutissimam, ad actionem per se productuam ab edēnis consecutam.

25. Secundum à ratione sic procedit. Per relationem fundamentum se habet alio modo; ergo relatio est modus fundamēti. ¶ Respondet concedendo antecedens: vel illud distinguendo, claritatis gratia; per relationem se habet subiectum alio modo *entitatine*, concedo antecedens: modaliter, nego antecedens, & cōsequentiam: nā per qualitatē etiam subiectū se habet entitatine alio modo; & tamen qualitas non est subiecti modus; sed res quantitati adueniens.

26. Tertium sic se habet. Relatio nec diuinitus potest absq; fundamento existere; sed talis dependentia est propria realitatis modalis; ergo relatio est modus fundamenti. Respondet coacedēdo maiorem, & negando minorē; nam licet modus non valeat existere absque re, cuius est modus, tamen in tali dependentia nō cōsistit ratio differentialis ipsius; (cum in hoc conueniat cum rebus imperfectis) sed in hoc quod sit complementum alicuius generis, reductio ad tale genus spectans; sicut subsistētia reductio spectat ad prædicamentū substantiā; & cōtinuitatum, ad prædicamentū quātitatis; quia cōplent realitates per se ad prædicamenta spectantes.

Disputatio sexta. Quæstio sexta.

QVÆSTIO VI.

An relationis predicamentalis essen-
tia in actuali, vel aptitudinali
consistat respectu?

§. I.

Prælibantur aliqua.

1. PRO questionis luce nota
primo duplex esse forma-
rum genus; primum est, quod ita
informat subiectū, ut illud relin-
quat in potentia ad actum secun-
dum: ut constat in omnibus potē-
tijs, & scientijs, quæ relinquunt
subiectum in potentia ad actum
secundum eis correspondentem:
nam intellectus v. g. ita actuat
animam, ut illam relinquit in po-
tentia ad intelle^ctionis actum.
Secundum est, quod subiecto ul-
timam tribuit actualitatem; ut
constat in omnibus exercitijs ul-
timis rerum: nam unio v. g. ita
actuat extrema, ut illa actu con-
stituat unita. ¶ Nunc ergo quod
inquirimus est, an relatio sit in
primo, vel in secundo harum for-
marum genere? quod est idem ac
inquirere, an relatio non solum
constituat subiectum actu rela-
tum ad terminum, sed etiam pro-
xime referibile ad illum? (nam re-
feribilitas radicalis (in omnium
opinione) non dimanat à rela-
tione, sed illam antecedit, cum
subiectum ex se sit remote sal-
utari referibile).

2. Ex hoc colliges, quam abs-
que fundamento aliqui Thomis-
ti cōfundunt hanc difficultatem
enī alia à nobis in anteprædicamen-
tis decisa: quæ inquirit; an
accidentis essentia in aptitudinali,
vel actuali consistat inhæren-
tia? nam ex decisione huīus, nullatenus
pendet nostræ difficultati-
s resolutio: quia etiam si à actu
ali inherētia sit de essentia ac-
cidentis, & consequenter rela-
tionis: adhuc examinandum re-
stat, an hæc relatio, quæ esen-
tialiter inhæret actu in subiecto,
illud tantum relatum, vel an si-
mul proxime referibile consti-
tuat? & etiam si quantitas, v. g.
per modum essentiæ non dicat
actualēm inhærentiam; sed ap-
titudinalēm; adhuc non sequi-
tur, quod reddat subiectū pro-
xime aptum ad extensionem:
cum primariò illud extēsum red-
dat; ergo nec ex inhærentia ap-
titudinali relationis debet sequi re-
spectus aptitudinalis per modum
essentiæ: nec ex actuāli, actualis,
3. Nota secundo, aliquos mo-
dernos bene considerare relatio-
nem in abstracto, seu in statu so-
litudinis, (qui ab alijs secundū se
appellatur) & in concreto, seu in
statu contractionis: & male in
præsentē affirmare, essentiam
relationis in abstracto non con-
sistere in actuali exercitio; secus
verò in concreto: male (inquam)
rum quia essentiæ rerum (secun-
dum Philosophos) sunt per sta-
tus mutariabiles: tū quia de rela-
tione

tione in abstracto potest dubitari: an sit ratio formalis qua subiectum est proximè referibile, & simul actu relatum; vel an solum sit ratio qua subiectum est actu relatum?

4. Ex hoc colligo, hanc difficultatem habere locum in duplice relationis statu: nam licet regulariter, (& bene) excitetur de relatione in concreto: non est, quia non habeat locam in statu solidinis, sed quia ex primario esse actu forme magis clare percipitur a nobis a posteriori essentialis formæ conceptus.

S. II.

Prima proponitur sententia.

5. **H**is prælibatis, licet prima sententia duplē effectum relationi tribuat: primarium unum, quo subiectum est proximè referibile ad terminum; & secundarium aliud, quo est actu relatum: ramen nō omnes huius sententie sectatores ei eodem modo hos præstāt effectus: nam alij (qui in præscindunt ab ad relationis) dicunt relationem secundum conceptum in comunicare subiecto referibilitatem proximam; & secundum conceptum ad actuale exercitium referendi: ut sic viam parent ad constitutivum primæ personæ in diuinis: nam (iuxta hūc modum opinandi) prima persona constituitur, in ratione personæ, per paternitatis relationem, se-

cundum quod exprimit conceptum; & distinguitur a secunda, referturque ad illam, secundum quod exprimit conceptum ad.

6. Alij vero (cum Caietano huīus sententie Auctore, & Principe) affirmant, subiectum constitui proximè referibile, & relatum, per conceptum ad ut nostro modo intelligendi præcistum a conceptu in eiusdem relationis. Vnde Caietanus 1.p.q.40. ar.4. ait, prius a personam cōstitui in ratione persone per ad paternitatis, ut conceptum, non verò ut exercitum: quia ad, ut conceptum, seu signatum, (quod idem est) præcedit generationem, quam ut exercitum subsequitur. Iuxta hunc modum opinandi saluat, quo pacto eadem relatio primam personam constitutat per esse hypostaticum relatum, idest, per relationem ut conceptam: & etiam saluat, quo pacto persona constitutatur per personalitatem, seu proprietatem relatiuam: etiam si hoc, ut exercita, subsequatur ad actu generandi.

7. Et ut terminos huius sententiae intelligas, nota relationem, ut conceptam (secundum Caietanum) exprimere relationis quidditatē, in creatis constituentem subiectum proximè referibile; & in diuinis personam in esse hypostaticam relationem antecedenter ad actu generandi: ut exercitam vero exprimere ipsam individualē formam, quæ post generationē, tam in diuinis, quam in creatis, actu,

Disputatio sexta. Quæstio sexta.

& exercitè refert subiectum ad terminum productum.

§. III.

Cæstani mens impugnatur.

8. Sed licet subtilitas huius doctrinæ tanto sit digna doctore: tamen quia falsa, displicet; tum quia diuisio relationis in conceptam, & exercitam, omnibus exercitijs est propria, etiam si sint de genere actus secundi: tum quia relatio, secundum munus propriū relationis, non valet generationē præcedere: tum quia (ut constabit ex dicendis infra) subsistentia ex suo proprio conceptu, tā in diuinis, quam in creatis, est absolta, & non relativa.

§. IV.

Alius modus opinandi.

9. Vare Moderni Thomistæ alia via incedunt: & ut cum sententia à nobis patrocinanda, de actuali respectu relationis diuinarum personarum constitutionem componant, notant relationem diuinam esse (ratio & nostra) in triplici munere dissecandā; primum in esse formæ hypostaticæ: quod correspondet conceptui in alia relationis creatæ: secundum in esse actionis, seu generationis; quod correspondet generationi creatæ: tertio vero in esse relationis exercitæ: quod correspondet

conceptui ad relationis creatæ.

10. Hoc prænotato, sic primam Trinitatis personam constituunt, dicendo, Paternitatem diuinam v.g. secundum conceptum per se, qui æquivalat in relationis creatæ, constitutere primam personam, non in ratione Parris, seu primæ, sed in ratione huius determinata personæ; & secundum conceptum ab, exprimere munus actionis, vel generationis: & denique secundum conceptum ad, exercere munus referendi: vnde ab supponit in personæ constitutuum: cum actiones sint suppositorum; & ad supponit ab, & in: cum relatio, ut exercita, supponat (per modum rationis fundandi) generationem supponentem in suppositi constitutuum.

11. Ex his inferunt primum, (& bene) quod in diuinis eadem individualis, & impræscindibilis formalitas præstat id quod in creatis à diversis dimanat entitatib: nam Paulus v.g. non ab eadē forma habet subsistere, posse generare, & referri: sed à subsistentia (à sua natura distincta) habet subsistere: & à potentia generativa, posse generare; & ab actione generandi, generare; & deniq; à paternitatis relatione actu referti: ratio huius sumitur ex ilimitatione Dei, & limitatione creaturæ: & ex illo axiome, que sunt in inferioribus diuinis, in superioribus sunt congregatae.

12. Inferunt secundum, relationem creatam solum participare

CON-

In quo consistat relationis essentia?

100

conceptum ad increata: tum ratione propriæ limitationis: tum quia in nullius Doctoris opinione relatio creata exerceat personalitatis, & actionis generatiuæ munera.

13. Inferunt tertio: in prima persona esse inclusum duplex in unum commune, quod est diuina natura in tribus personis eadem: & aliud particulare, relatum, quod transcendentaliter imbibitur in ad Paternitatis, tanquam subsistentia, seu personalitas determinatam constituens personam: ratio primi est, nam natura diuina in tribus personis eadem non est à paternitate realiter distincta: ratio secundi est, nam paternitas, quantumvis intelligatur præcisa à natura diuina, includit modum per se, modo in alio relationis creta correspondente.

§. V.

Hic modus opinandi impugnatur.

14. Sed hæc doctrina veritatem confundit, & equiuocatio ne constitutuum primæ personæ, & relationis ut sic proponit; tum quia in relationum non valet assignari antecedenter ad generationem, cum hæc sit ratio fundandi illud; tū quia hypostasis, seu subsistentia, ex propria ratione formalis, est absoluta, & non relativa; tum quia tale in, vel est intra genus relationis, ratione propriæ expressionis, vel ratione alterius,

Tom. 2

scilicet, ratione ad; si primū; ergo antecedenter ad ad est prima persona distincta, & opposita: cum in diuinis omnis distinctio, & oppositio sit in genere relationis: sed antecedenter ad Filium nequit intelligi ut opposita; ergo pro illo priori originis, in quo solum intelligitur in hypostaticum, non intelligitur, ut distincta; ergo nec in genere relatio, quod idem est. Si secundum; ergo solum est implicitè, & materialiter intra genus relationis, quo pacto etiam silentia diuina est intra genus relationis: cum omnis perfectio in diuinis sit entitatine eadem.

15. Sidas, ad implicitè cognitum, pro illo priori, intrare non solum materialiter, & entitatiè ad in peculiare formæ hypostaticæ: sed etiam formaliter. ¶ Contra est: nam pro illo priori originis Paternitas non intelligitur, ut actu referens Patrem ad Filius; ergo nec intelligitur, ut tribueris aliquam denominationem, intra genus relationis: cum denominatio, intra genus relationis, non valeat esse nisi ratione oppositionis, & ordinis, qui nequit dari absque termino, pro illo priori non intellecto.

§. VI.

Propria mens.

16. Ut propriam explicemus: tem de constitutio personæ infinitæ, noto primò, solam

N 4

rela-

Disputatio sexta. Quæstio sexta

relationem multiplicare personam in diuinis: & sic quidquid sub conceptu absoluto est, & concipitur in Deo, est tribus personis communis, iuxta illud commune nostri Anselmi prologo: *In diuinis omnia sunt unum, ubi non obatur relatio nisi oppositio.*

17. Noto secundò, ratione formalē cōstitutiām subsistentiā, personalitatis, seu hypostasis, (quod idem est) esse explicatam per incomunicabilitatem ad illam, in creatis immediatē subsequitam: non quia subsistentiā es- sentia in tali cōmunicationis negatione consistat: cum essentialiter sit complementum naturae positionis: sed quia multoties per negationem explicatur clarius positionem rei.

18. Noto tertio, quod sicut à Theologis duplex assignatur genus distinctionis vnum ex limitatione, & aliud ex oppositione di- manans: sic incomunicabilitas valet ex hoc duplice oriri principio: vnde incomunicabilitas, que datur in creatis, cum sit ex limitatione, immediatē cōsequitur ad subsistentiam naturae terminatiūm, & completiūm: nam hæc essentialiter compleat, & determinat naturam ad rationem subsistentis in se, & nō in alio supposito: at verò incomunicabilitas, que datur in diuinis, cum non possit esse ex limitatione: quia hæc Deus repugnat: ideo immediatē non consequitur ad subsistentiam; sed ad formam relationis,

vt calem: cum ratione huius omnis sit oppositio, & distinctio.

19. Noto quarto, multiplicationem perfectionum in Deo bifaciè posse accipi: primo substantiè; secundò adiectiūe: tūc multiplicantur perfectiones increatae substantiūe, quando ex se, & ratione sui sunt distinctæ: tunc verò adiectiūe, quādo non ex se, nec ratione sui, sed ratione alterius multiplicantur. Vnde in diuinis solum relationes, vel id quod pertinet ad genus relationis formaliter, est substantiūe multiplicatum: ceteræ verò perfectiones ad summum possunt adiectiūe multiplicari.

§. VII.

Prima conclusio.

20. **H**is prælibatis, vt lucem maioris difficultatis habeas perfectam, astro primò: in diuinis subsistentiam ex se nō esse relationem; sed absolutam: est Cœciliij Florentini sessione 18. definitis sic: *ita ut in nullo alio differant, nisi quod Pater est Pater: Filius est Filius:* sed Pater solum est Pater per paternitatem vt explicat munus *ad*: ergo subsistentia, (qua), nec in contrariorum opinione, explicat munus *ad*: non est ratio distinguendi; ergo nec est in genere relatio; cum omne id, quod est in tali genere, sit in diuinis ratio distinguendi.

21. **E**s

21. Est etiam maioris Theologi nostri Anselmi in Monologio, ca. 77. ubi sic fatur: quia amves plures persone sic subsistunt separatis ad in- uicem, ut tot necesse sit esse substantias, quae sunt persona; quod in pluribus hominibus, quo: quae personae, est in- dividuae sunt substantiae, cognoscitur. Quare in summa essentia sicut rō sunt plures substantiae, ita nec plures per- sonae. Si quis itaque inde velit alienum loqui, quod tres, dicet esse Patrem, & Filium, & virumque Spiritum. Huc usque Doctor Anselmus. Ex quo celebri testimonio sic insingo in gratiam nostrā assertionis: nam in praesenti assertit diuinis perso- nas esse tres ratione paternitatis, filiationis, & spirationis passiuū: & non ratione personalitatis; er- go solum ad harum multiplicat in diuinis personas; ergo antecedenter ad ad relationis totum quod est in diuinis est absolutum. Ante- cedens, (in quo est difficultas) cō- stat: nam docet in Trinitatis iu- sticio non esse tres individuas substantias: id est tres personali- tates independenter à relationi- bus Patris, & Filii, & Spiritus Sādi: sicut in creatis, vbi tot sūt personalitates, seu individuae subst- antiae, quae personae; ergo in diuinis solum multiplicantur perso- nae per relationes.

22. Dices: Divum Arselmum in praefato testimonio non negare in diuinis tres substantias, seu personalitates anteuertenter ad ad relationis; sed solum tres es- sentias: ut constat ex illis verbis:

Tom. 2.

quare in summa essentia sicut rō sunt plures substantiae, &c. ergo in dō- triina nostri Anselmi nostra non fundatur conclusio. ¶ Sed contra est: nam Patens Anselmus hic, (ut legenti constabit) nomine substantiae non intellexit essentiā: sed substantiam, seu personali- tatem: primo quia in maiori sui syllogismi loquitur de individua substantia, quae in omnium ore est substantia; ergo in minori subst- antiae nomine substantiam, & non essentiam, intellexit: ni dicas Anselmum non inferre minorem ex maiori. ¶ Secundo, quia infra expresse intellexit personalitatem nomine substantiae, his verbis: ei si dicat illam admirabilem Trinitati- tem esse unam essentiam, vel naturam, & tres personas, seu substantias; ei ergo nomine substantiae substantiam, vel personalitatem intelligit.

23. Rursus est Divi Augustini tom. 3. & 7. de Trinitate cap. 5. ubi sic fatur: absurdum est autē ut substantia relativa dicatur: enim enim res ad seipsum subficit; ergo secundum Divum Augustinum enim res ad seipsum subficit; er- go non ad aliud; ergo non est in genere relatio, quod ex se est ad aliud, & non ad se.

24. Est denique Doctoris San- ti (quidquid Thomista dicant) nam q. 29. ar. 4. & q. 8. de potētia. ar. 6. & 7. sic ait: relationes, in qua- tum relationes, non habent quod sub- sistere faciant; ergo ex mente Di- ui Thomæ substantia, quae na- tutam diuinam facit subsistere,

N 5

non

Disputatio sexta. Quæstio sexta.

non est ex se in genere relationis.
25. Ratione etiam constat: nam in diuinis sola oppositio, ex relatione cōsurgens, multiplicat personas; sed si substantia ex se esset relativa iam in Deo esset aliud distinctionis principium; ergo non omnia præter relationes erant unum; ergo substantia, propter relationem condistincta, non est relativa: sed absoluta. ¶ Confirmatur. Perfectio relativa, vel quæ est in genere relatio, ad distinctionem perfectionis absolute, respicit terminum extrinsecum; sed substantia, ut talis, nō est ad terminum extrinsecum, sed ad subiectum, quod intrinsecè afficit, & complebit (ut constat ex Diuo Augustino) ergo substantia ex se nō est intra genus relationis.

§. VIII.

Secunda conclusio:

25. IN diuinis relationes inter se substantiae distinctæ, adiectivæ multiplicant personas, & personalitates, seu substantias: non verò naturam, nec alias perfectiones absolutas. Ratio primi est: nam relatio immediate (ut constat ex dictis) aduenit supposito, quod pro formaliter dicit substantiam; sed forma relativa opposita realiter solum multiplicat subiectum immediate affectum, & rationem formalem, qua subiectum est capax illius formæ; ergo relationes in diuinis realiter adiecti-

ve multiplicant personas; præcipue cum distinctio in diuinis non dimanet, nec ex persona, ut haber rationem personæ: nec ex substantia, ut haber rationem substantie; sed ex relatione, ut termino extrinseco opposita. Ratio secundi est: nam natura, omnipotentia, iustitia, misericordia, &c. nec ut quod, nec ut quo sunt oppositæ, seu relata: sed relatio solum multiplicat adiective terminos oppositos, & relativos; ergo non multiplicat naturam diuinam, nec alias perfectiones absolutas in Deo repertas.

26. Dices. In diuinis datur tres personæ, & tres substanties; ergo & tres substantiae: cum implicitorum sit, quod multiplicentur cōcreta, quin abstracta ex se multiplicentur. ¶ Respondetur distinguendo antecedēs: dantur tres personæ, adiective distinctæ, concedo antecedens: tres, substantiæ distinctæ, nego antecedens: & eodem modo distinguo consequēs: nam personæ non multiplicantur, in ratione personæ, seu substantis, sed in ratione oppositæ; & sic abstracta debent etiam hoc modo multiplicari.

27. Replicabis: quia in diuinis non dantur tres omnipotentia, ideo secundum fidem non dantur tres omnipotentes; sed unus omnipotens, sed in diuinis secundum fidem dantur tres personæ; ergo & tres personalitates; alias non tres, sed una esset persona. Respondetur distinguendo maiorē: quia

quia non dantur tres omnipotentiæ, nec substantiæ, nec adiecti-
uæ distinctæ, ideo non dantur tres omnipotentes, concedo maiorē:
quia non dantur tres, substantiæ distinctæ, ideo nō dantur tres om-
nipotentes, nego maiorem: & cō-
cessa minori; distinguo cōsequēs:
dantur tres personalitates adiec-
tiæ, concedo consequentiā: sub-
stantiæ, nego consequentiā: nā
relationes nec vt quo, nec vt quod,
referunt omnipotentia, sicut per-
sonari: & sic non dantur tres om-
nipotentes, sicut dantur tres per-
sonæ: etiam si omnipotentia sit in
tribus personis: nou aliter ac na-
tura est in tribus personis, absque
eo quod sint tres naturæ.

28. Non quiesces. Natura hu-
mana fuit suppositata per subsis-
tentiam Verbi, & non per subsis-
tentiam Patris; ergo in diuinis
subsistentia Verbi est ex se distin-
cta à subsistentia Patris. ¶ Res-
pondetur cōcedendo antecedēs;
& negando consequentiā: nam
subsistentia Verbi non vt ex se,
seu vt substantiæ una cum subsis-
tentia Patris, terminauit naturam
humanam: sed vt adiectiæ distin-
cta, per filiationis relationem, na-
turam terminauit humanam: &
ideo non Patris, sed Filii subsistē-
tia, naturam terminauit, seu sup-
positauit humanam.

§. IX.

Corollaria ex dictis illata.

29. Ex his infero primò discri-

mer, quod veritatur in diuinis in-
ter rationem constitutuam per-
sonæ, & personarum: nam perso-
na constituitur à natura, & subsi-
stentia absolute, at vero personæ
constituuntur à relationibus, tali
subsistentiæ aduentientibus.

30. Infero secundo in diuinis
eandem esse rationem constituti-
uam, & distinctiūam; nam perso-
næ constituuntur, & distinguuntur
per relationes, vel per subsisten-
tias, adiectiæ sumptas.

31. Dices. Personæ cōstituu-
ntur per subsistentias; sed in diuinis
relationes distinguuntur à sub-
sistentiæ; ergo in diuinis, per viam
rationis formalis, non coincidit
ratio constitutiva personarū cum
ratione distinctiūa. ¶ Responde-
tur distinguendo maiorem: per-
sonæ constituuntur per subsisten-
tias, in creatis, concedo maiorē;
in diuinis, nego maiorem: & con-
cessa minori: nego consequentiā:
nam in creatis non solum perso-
na, sed personæ constituuntur per
subsistentias substantiæ distinc-
tas: at vero in diuinis licet subsis-
tentia sit ex se ratio constitutiva
personæ, non tamē personarum:
quia hæ sunt per relationes oppo-
sitæ constituta, & distinctæ.

32. Infero tertio, personam in
diuinis solum esse unam substan-
tiæ (idemquè dicendum est de
subsistentiæ) nam ratio distinctio-
nis nec dimanat ex persona, vt ha-
bet rationem in personæ: nec ex sub-
sistentia, vt habet rationem sub-
sistentiæ; sed ex relationibus op-
positi

Disputatio sexta. Questio sexta.

positis: at verò personæ, & tub-
sistentiæ adiectiæ sunt tres: nam
adiectiæ includunt relationes,
personas constituentes, & distin-
guentes.

33. Infero quarto, naturam di-
uinam, absque substantia intel-
lecta, esse (nistro modo intelli-
gendi) incompletam, & imperfe-
ctam: quia non intelligitur cum
omni perfectate substantiæ: si ve-
ro sit intellecta, non solum cum
perfectate naturæ, sed subsistentiæ:
tunc intelligitur completa: & ut
principium quod generationis: nā
(ut docet fides) Deus non est de
Deitate, sed de Deo: quamuis ut
sic non intelligatur ut Pater, nec
ut prima persona: quia istæ deno-
minationes subsequuntur in alio
signo originis posteriori, in quo
est generatio, tanquam ratio fun-
dandi paternitatem, & filiationem:
vtique quia nec Pater valet intel-
ligi absque Filio; nec prima per-
sona absque secundi: intelligitur
tamen pro illo priori natura diui-
na per substantiam terminata, ut
persona diuina: & in alio signo po-
steriori intelligitur talis persona
diuina, ut Pater, ratione paterni-
tatis: & Filius ratione filiationis;
& denique ut Spiritus Sanctus, ra-
tione spirationis passus.

34. Dices primum. Ergo Pater
non solum communicat Filio cā-
dem naturam; sed etiam eandem
subsistentiam; tum quia subsisten-
tia ex se est absoluta: tum quia de-
bet Filio naturam communicare
cōpletam. Respondetur distin-

guendo consequens: Pater com-
municat Filio eandem substanti-
am substantiæ concedo conse-
quentiam; adiectiæ, & ut per re-
lationem paternitatis terminatā,
nego consequentiam: ad primam
probationem dico, substantiam
adiectiæ acceptam esse (ex nos-
tro modo intelligendi) saltim de-
nominatiæ intra relationis ge-
nus: & ut sic incommunicabilem
alteri. Ad secundam dico, relatio-
nem non constituere naturam cō-
pletam in ratione personæ: cum
hoc sit substantiæ; sed in ratione
personarum, (ut sūpè sūpius dixi)
quare licet Pater aeternus cōmu-
nicet Filio naturam completam:
tamen cī non communicat paterni-
tatis relationem; sed naturam,
per substantiam absolutam com-
pletam. Tota hęc doctrina potest
explicari in materiale peccati,
quod licet materialiter acceptū,
& ut non fundans malitiam, sit à
Deo; tamen ut formaliter accep-
tum, & ut malitiam fundans, non
est à Deo, sed à creatura: haud
aliter in praesenti; substantia,
prout fundans relationem Patris
v.g. non valet Filio communica-
ri, quia ut sic iam est peculiaris, &
determinata intra genus relatio-
nis; at verò ut illam non fundans
communicatur Filio: quia ut sic
est absoluta, & communis.

35. Dices secundo. Hęc per-
sona diuina, antecedenter ad pa-
ternitatis relationem, genera-
tum paternitas sequatur ad gene-
rationis actionē; sed personage-
nerans

nerans est persona distincta; cum in diuinis hoc munus sic proprium Patris; ergo antecedenter ad paternitatis relationem intelligitur ut distincta; ergo non omnis distinctio dimanat in Deo ab *ad* relationis. ¶ Respondetur concedendo maiorem; & distinguendo minorē: persona generans est persona distincta, ratione connotata, concedo minorem: ratione recti, nego minorem, & consequētiā: nam talis persona, pro illo priori originis, intelligitur ut adiectiū distincta in ordine ad *ad* paternitatis, ut ab illa connotatum: non aliter ac (in opinione Thomistarum) intellectio notionalis intelligitur antecedenter ad *ad* relationis distincta ab intellectione essentiali per connotatiōrem paternitatis, in alio signo posteriori, ex nostro modo intelligendi, habitæ.

36. Replicabis. Relatio, secundum Philosophū, resultat ad positionem termini, & fundamenti; ergo antecedenter ad signum paternitatis, & filiationis intelliguntur duæ personæ Trinitatis inter se distinctæ: una per modum generantis; & alia per modum geritæ. ¶ Respondetur concedendo antecedens: & distinguendo consequens: antecedenter ad signum paternitatis, & filiationis intelliguntur distinctæ, in ordine ad relationes paternitatis, & filiationis, concedo consequentiā: absq; tali habitudine, seu connotatiōne, nego consequentiā: nam (ut

dixi in solutione obiectionis) istæ duæ Trinitatis personæ in signo generationis connotant relationes, in signo posteriori habēdas: & ratione huius connotatiōnis intelliguntur distinctæ: nō aliter ac in creatis, actio est à passione distincta, ratione diversa habitu, dinis.

§. X.

Decisio difficultatis.

37. PRÆfixa personarum cōstitutione secunda sentētia, (qnā pro conclusione amplector) docet, relationē essentialiter esse rationē referendi actu subiectū ad terminum: ita ut primarius effectus relationis, actu subiecto communicat, consistat in actuali exercitio referendi. Pro hac stat Magister Suarez disp. 47. sect. 9. n. 9. Vazquez 1. p. disp. 150. cap. 2. Sapientissimus Magister Coriel in manuscriptis, & ferè omnes moderni. Hac nostra assertio probatur primò ex dictis: nam paternitas in diuinis non constituit Partem proximè referibilem; sed actu relatum; ergo nec in creatis; ergo ratio referendi est de quidditatuo conceptu relationis.

38. Dices, essentiam diuinam non esse proximè referibilem, nisi ratione subsistentie personæ constitutive: cum relatio adveniat personæ; & non naturæ: sed in diuinis subsistentia est in genere relationis; utique quia id quod constituit rem proximè referibile est

Disputatio sexta. Questio sexta.

respectu; ergo similiter in creatis relatio, sicut in diuinis, prius debet constituere subiectum referibile, quam relatum. ¶ Sed adhuc admissa, & non concessa maiori; tum quia subsistentia non constituit essentiam proximè, sed remote referibilem; tum quia hoc non est proprium naturæ; sed actionis generatiæ, respectu superpositi: tum denique quia (ut si prius dixi) subsistentia non est relativa, sed absoluta: dico, referibilitatem proximam non esse in genere relationis: cum hæc referibilitas, tam in diuinis, quam in creatis perfectioni conueniat absolute.

39. Secundò probatur assertio. Ratio formalis huius predicationis constitutiva, (in omnium opinione) est relatio, & non referibilitas proxima; sed relatio, ut à referibilitate proxima cōdisticta, non constituit subiectum proximè referibile; sed relatum; cum relatio ordinetur ad constituentium subiectum formaliter relationum; sicut albedo ad constituentium formaliter album; ergo sola ratio referendi est de essentia relationis,

40. Tertiò sic probatur cōclusio, à pluribus nostræ assertionis sectatoribus. Effectus relationis non est in genere causæ efficientis, sed formalis; sed in hoc genere effectus primarius est ipsa actualis communicatio formæ; ergo effectus primarius relationis solù est constituere subiectum actualiter

relatum.

41. Hæc ratio his terminis proposita displicet: nam optimè stat, quod relatio sit actu unita subiecto, per modum actus primi, absque eo quod ei actu unitatur per modum actus secundi; sicut optimè stat, quod anima rationalis in genere formalivariatur materia ut sensitiva, absque eo quod ei ut intellectiva variatur; ergo ex actuali communicatione relationis non sequitur, quod subiectum ab illa sit primario relatum: sed ad summum, quod actu constituat illud referibile.

42. Quare hac relictâ ratione, ex his terminis aliter deduco rationem pro nostra assertione. Nulla forma, intra proprium genus, seu ligeam, constituit subiectum proximè actuabile per illam: ut constat in anima rationali, quæ non constituit materiam proximè animabilem; & in albedine, quæ non constituit subiectum proximè de-albabile: & sic de alijs formis; ergo nec relatio debet constituere subiectum proximè referibile; sed actu relatum. ¶ Confirmatur: nā licet in linea effectiva detur actualitas radicalis, qua suppositum est radicaliter potens; & formalis, quæ est formaliter potens; & denique actus secundus, quo est actu agentis; vel quo hæc duplex potentia est in actu: tamen nec actualitas remota est in genere actualitatis proximæ: cum illa sit in substantiæ, hæc verò in qualitatib[us] prædicamento: nec utraque est in prædicando.

dicamento actus secundi: cum iste sit in praedicamento actionis; ergo in genere relationis, in quo (in omnium opinione) est actuale exercitium, non valet assignari aptitudinale, quo subiectum sit referibile proxime; ergo referibilis proxima est extra relationis genus.

43. Dices. Multoties formæ, intra idem praedicamentum, duplum præstat effectum, primarium unum, & secundarium aliud: ut videre est in quantitate, quæ non solum extendit subiectum in ordine ad se, sed etiam in ordine ad locum: & etiam in substantia, quæ non solum est ens per se, sed etiam est accidentium sustentativa; ergo hoc idem poterit affirmari de relatione. ¶ Respondeatur concedendo antecedēs: (etiam si à pluribus, quoad primum exemplū nō concedatur: quia sentiunt, extensionem in ordine ad locum non spectare ad praedicamentum qualitatatis, sed *ibi*) & negando consequentiam: nam licet in aliquibus formis valeant assignari intra idem praedicamentum duæ formalitates subordinatae, quæ spectent ad constitutionem essentiaz, & proprietatis: tamen nullam ex eplum inuenies, in quo forma per modum actus primi constitutat subiectum proxime actuabile ab ipsa.

44. Quinto etiam specialiter probatur conclusio: Pater in esse Patris non constituitur per aliquid indirecte, seu per modum passionis, speclans ad praedicamentum

relationis: cum Pater sit in recta linea prædicamenti; sed per exercitium actuale relationis constituitur formaliter in esse Patris; utique quia antevenerenter ad hoc exercitium actuale non est generans in esse Patris; ergo exercitium actuale relationis nō est proprietas, sed essentia relationis; ergo referibilitas (à contrarijs pro essentia relationis assignata) nō est intra genus relationis, sed illud antecedit: præcipue cum ratio fundandi relationem constitutat subiectum proxime referibile.

§. XI.

Argumenta opposite sententiae.

45. Primum sic procedit. Intra genus relationis datur conceptus *in*, & *ad*: sed relatio prius communicat subiecto conceptum *in*, quam conceptum *ad*; ergo relatio primario constituit subiectum referibile, & secundatio relatum. Probo hanc consequiam: relatio secundaria conceptum *in* nō constituit subiectum relatum: cum hoc sit proprium conceptus *ad*; ergo constituit illud referibile: cū intra genus relationis non sit imaginabilis alius effectus; et si non constituit illud referibile, nec relatum: assigna effectum à conceptu *in* relationis dimanantem: cum ab illo subiecto communicato aliquis debeat provenire esse eius.

46. Thomistæ qui negant rationis analogæ præcisionem sim-

plici-

Disputatio sexta. Questio sexta

plíciter, consequenter negát maiorem: nam in relatione, (in horum Thomistarum opinione) non datur duplex conceptus obiectus, sed unus, sub duplice expressione: ita ut ex parte rei conceptus non distinguitur in ab ad: vel formalitas in, à formalitate ad: nec etiam effectus in, ab effectu ad: sed solum penes diuersum modū cōcipiendi, seu significandi: quatenus secundum inconfusè: & implice; & secundum ad clarè, & expresse intelligitur subiectum actu relatum.

47. Verum tamen iuxta nostrā doctrinam, præcisionem simpliciter admittētem, responderet cōcedendo maiorem: & distinguendo minorem; prius communicat in, quā ad; prius prioritate rationis, cōcedo minorem; prius prioritate reali, nego minorem; & cōsequentiam: nam licet verum sit, quod valeat intelligi conceptus in relationis, sine conceptu ad; tamen subiectum actuatum secundum conceptum in non intelligitur referibile, nec relatum; sed solum à forma accidentalī actuatum: quia pro illo priori solum intelligitur subiectum actuatum à ratione communī accidentis, abstractentis à perfectione absoluta, & relativa: non aliter ac si intellectus intelligeret animam rationalem in materia secundū sensitivę, & non secundum intellectivę cōceptum, absque dubio nō intelligeret materiam ut intellective, sed solum ut sensitivę ani-

matam.

48. Secundum sic se habet. Relatio paternitatis non communicat subiecto primario esse relatum: sed esse proxime referibile; ergo relationis essentia in prædicta cōsistit referibilitas. Antecedens probatur: nam (in opinione Divi Thomæ) eadē paternitatis relatione, qua Pater respicit filium natum, respicit postea nondum natum; ergo paternitatis relatio primario non communicat subiecto esse relatum; sed esse proxime referibile. Hęc consequentia probatur: nam in hoc casu, relatio paternitatis exercitare non refert Patrem ad filium nondum natum: cum existentia termini sit necessaria ad relationis exercitiū; ergo solum cōstituit patrem proxime referibilem. ¶ Respondeatur negando antecedens. Ad probationem dico paternitatis relationem in ordine ad secundum filium, nondum natum, non constitutere patrem actu relatum; nec proxime referibilem; sed esse rationem referendi: vnde relatio, in tali casu, non est in potentia ad exercitium relationis, sed solum ad extēsionem materialem ipsius exercitij.

49. Dices primō. Hęc relatio paternitatis (in casu posito) non refert actu patrem ad filium non natum; ergo potest illum actu referre; ergo eius essentia non consistit in actuallī exercitio referendi. ¶ Respondetur distinguendo secundam consequentiam: essentia rela-

relationis non consistit in actuali exercitio exercitè, concedo consequentiam; signatè, nego consequentiā: nō essentia exercitijs, vel actus secundi, non consistit in hoc, quod exercitè, sed solum in hoc, quod signatè, sit exercitium; ut videre est in vnione, cuius essentia non consistit in hoc, quod exercitè vniat, sed in hoc, quod signatè vniat; vel in hoc quod sit ratio vniendi: sic essentia relationis non consistit in hoc, quod exercitare; sed in hoc, quod signatè referat: idest, quod sit ratio referendi. Hac solutione respōden-dū est ad aliud argumētū, quod sit de ratione cōstitutiua huius predicamentū: quia est relatio abstracta ab omnibus speciebus cū aptitudine ut illas actu referat. Nā relatio ab omnibus abstracta solum est ratio referēdi: & si habet aptitudinē, non est ad hoc, ut subiectū cōstituat proximē referibile; sed solum ut cōstituat actu relatum. Ex his colligo, potētiā repertam in relatione abstracta ab omnib⁹ speciebus non esse propriā, & rigorosā, seu per modū actus primi, sed impropriam, & latam per modum actus secudi signatis vnde relatio, secundum se, non est in potētia ad actum secundum signatè habendum: (sicut potentia visiva est in potentia ad visionem signata habendam) sed solum est in potētia ad illum exercitè possidēdū sicut est vno secundum se ad vniensis exercitium exercitè habēdū.

50. Dices secundū. Relatio es-

sentialiter nō refert actu, sed potest actu referre; sed potentia, & aptitudo, sunt synonima; ergo aptitudinalis respectus est de essentia relationis. ¶ Respondetur distinguendo maiorē: relatio essentialiter nō refert actu, sed potest actu referre, potentia propria, & rigorosa, nego maiore: grammatical, & impropria, concedo maiorem: & concessā minori, nego absolutē consequētiā: nam ut consequētiā absolutē esset vera, op̄ erat quod aptitudo, seu potentia, non esset ad actum secundum exercitè habendum: sed ad illum absolute habendum vnde. potentia, quæ solum est ad exercitium exercite habendum, solum vocatur grammatical, & impropria: ut videre est in omnibus potentijis in vltimis exercitijs repertis.

51. Dices vltimo. V alet dari relatio paternitatis v.g. generati cōmunicata sine ordine ad filiū existentem: vtique quia paternitas v.g. non respicit hunc, vel illum filium; sed filiū ut sic, hoc est rationē filij, quæ datur, nedum in filio existente; sed etiam impossibili: cum ratio filij in utroque sit cadē: ergo illius essentia non consistit in hoc, quod actu referat subiectū ad terminum. ¶ Respondetur negando antecedens. Ad probationem dico, quod licet verum sit, quod pater non respiciat, tāquam terminum formalem, existentiam filij, sed alium: tamen tanquam conditionem sine qua non illam exposcit in termino: non aliter ac

Disputatio sexta. Questio septima.

licer existentia causa non sit ratio formalis producendi: est tamen conditio sine qua non valet producere.

52. Tertiū sic procedit. Relatio rationis sit ad similitudinem relationis realis; sed rationis nō constituit primariō uitram relatiā: sed referibilem; ut cōstat in generitatem, quā defectu termini ab alio aīt pro alio signo fici, seu cōfici, nō constituit animal relatu; sed referibile ad species; ergo idē dicendū erit de relatione reali. Respondeatur concedendo maiorem: & negando minorem: nam (vt dixi in Logica disp. 3. quest. 5. §. 6. na. 28.) eodem actū quo sit relatio generitatis ex parte animalis, sit (propter conexiōnem ex parte specierum) relatio subiectibilitatis, non sub cōceptu referendi, quia secundum istū non spectat per se ad genus, sed secundū conceptum terminandi: etiā si sub conceptu terminandi fiat conceptus referendi.

53. Dices. Species angelicæ in ordine ad obiecta futura consti-tuūt Angelū proximè referibiliē: vtique quia illa obiecta nō actu; sed aptitudine repräsentantur ab speciebus angelicis; ergo essentia relationis non cōstituit subiectum actu relatum. Respódetur negando antecedens: dato quod species ordinentur ad sua obiecta respecta prædicamentali, & non transcendentali nam in huiusmodi opinione repräsentatio, quæ datur in speciebus angelicis con-

stituit illas relatas in ordine ad obiecta actu existentia: & in ordine ad futura est ratio referendi, seu repräsentandi: vnde illa species non est in potentia ad actum secundum, nec ad actuale exercitium actus secundi, quod iam habet in ordine ad obiecta existentia, sed solum est in potentia ad extensionem exercitiū actualis. Vide quæ dicta sunt ad secundum argumentum.

QVÆSTIO VII.

*An predicamentalis respectu termini
natur ad absolutū, vel respectuū?*

g. I.

*Lux tituli, & communis suppositio-
nis impugnatio.*

1. **I**n superioribus, ad inuesti-gādā relationis quidditatē, aliqui de fundamento, ex quo resultat, prēmissus, sed quia relatio non tantum requirit invenientium fundamentū, sed etiā extrinsecum terminum, quem respicit, in præsenti inquitimas: an terminus relationis, qui relationi dat finem, sit respectivus, seu tendens in aliud; vel an sit absolutus, seu in se permanens?

2. Pro huius difficultatis luce, supponunt fere omnes Doctores cū Magistro Suar. disp. 47 lect. 16 non esse sermonē de termino actu terminante: nam hic est denominatio extrinseca à relatione tec-mina-

Qualis sit terminus relationis prædicament? 106

minata formaliter dimans; nō aliter ac terminus actualis visionis est denominatio exte in seca ab ipso actu visionis formaliter proueniens; sed de ratione, qua terminus, per modum actus primi, valet relationem terminare.

3. Sed hēc suppositio nō valet nec probabilit̄ defendi: Primo, quia in terminis, & obiectis, act⁹ secundus non est à primo distinctus, cū eorum causalitates sint ad genus cause formalis reductiū spectantes; ergo id, quod in actu primo valet terminare, est id, quod in actu secundo terminat. Secundo: denominatio extrinseca. v. g. visum, per modū rationis formalis, includit visionē; sed visum, vt includit visionem, actu non valet visionem terminare: ni dicās idē à seipso actualiter terminari; ergo terminus, actu terminans relationem, non est denominatio extrinseca, ab ipsa relatione dimans. Tertio: denominatio extrinseca resultat ex terminatione actuali formæ: ergo terminatio actualis antecedit extrinsecā determinationem; ergo in præsenti idē est disputare, de ratione, qua termin⁹ per modum actus primi valet relationem terminare, ac de ratione, qua per modum actus secundi terminat.

§. II.

Referuntur sententiae.

4. Hac ergo suppositione reli-

Tom. 2.

cta, prima sententia defendit, omnem relationem, sive mutuam, sive non mutuam, semper terminari ad respectuum. Ita Caietanus 1.r.q. 13.ar. 7. Föseca 5. Metap. cap. 15.q. 4. scđt. 4. Complutenses in præsenti, & alij quam plurimi.

5. Secunda asserit relationes mutuas ad respectuum, non mutuas ad absolutum terminari. Ita Ferrara 2. contra Gétes cap. 11. Massius hic scđt. 4.q. 2. Gallego controversia. 29. Ruvius q. 7. Vazlentia 1.p.q. 13. disp. 4. punto 4. & alij quam plurimi ex Modernis Thomistis.

6. Tertia docet omnem relationem, sive mutuam, sive nō mutuā terminari ad absolutum formaliter. Ita Scotus in 1. dist. 30. q. 1. Suarez disp. 47. scđt. 16. Vazquez 1.p. disput. 159. cap. 6. Capreolus in 1. dist. 30. quest. 1. art. 2. ad 3. Sotus hic quest. 1. ad 8. & ex Thomistis quam plurimi recentiores. In huius sententie obsequium sit.

§. III.

Prima conclusio.

7. **T**erminus per se, & formalis, relationis nō mutuę est absolutus. Probatur. Scientia relatione prædicamentali secundi generis respicit scibile, & similiiter creatura relatione seruitutis Creatorem; sed istae relationes nō respiciunt pro termino rationem

Q. 2.

rea-

Disputatio sexta. Questio septima.

reali: cum in scibili ad scientia, nec in Creatore ad creaturam, sit aliqua relatio realis: nec relationē rationis: quia (vt cōstar ex dictis in hac disp. q. i. §. 3. no. 12. & 13.) relatio realis prædicamentalis querit pro fine, seu termino, entitatem realē, & realiter existētē; ergo solum respiciunt entitatem absolutam, in his extremis repercam: ergo in relationis non mutuis terminis constituitur per abso- lūtūm, & non per respectūm.

8. Magistri Arauxo, & Hortiz afferunt, has relationes terminari ad relationes rationis in alijs ex- tremis ab intellectu conficias: vā Deus; vt Dominus, vel vt conſtitutus in esse Dñi per relationem rationis Domini terminat forma- liter relationē seruitutis; & simili- ter scibile, per relationē rationis, scientiam formaliter terminat.

9. Sed hęc solutio manet iā im- pugnaturā quia (vt nō semel di- xi) terminus formalis relationis realis prædicamentalis debet esse realis, & realiter existens; tū quia sic fundame- nū non sufficit ad relationē prædicamentali; sic nec terminus rationis: cum ab utroq; dimanet: iuxta illud, ad positionē termini, & fundamenti, resultat rela- tio: tūm quia relationes scientia, & creature, semper existunt, etiā si in extremis oppositis non sunt relationes rationis confitit; tūm quia cognitio practica harum re- lationum rationis in terminis illarum per accidens se habet ad relationes seruituris, & scientia

terminandas: cum hęc non respi- ciant entia rationis à nostro in- tellectu efformata, sed scientia scibile, & creatura veram, & realē virtutem Creatoris.

10. Quare alij, cum Caetano, respondent terminum relationis non mutuę esse formaliter talem, per denominationem extrinse- cam, sumptam à relatione in fun- damento existente: quia (secun- dum Philosophum) scibile refer- tur ad scientiam per scientię rela- tionem.

11. Sed hęc solutio nō valeat susti- neti: primo: quia denominatio ex- trinseca relativa, id est, sūpta for- maliter à relatione in fundamento exi- stente, de formalī dicit ipsam relationem; sicut visum, visionē; sed nulla res valeat seipsum termi- nare, nec à seipso dependere, nec deniq; constituere de formaliter ter- minū, à quo realiter finiatur, ter- minetur, & depēdeat; ergo denomi- natione extrinseca, sumptā à rela- tione, que est in fundamento, non est ratio formalis terminandi.

12. Secundo: denominatio ex- trinseca relativa est natura poste- rior ipsa resultante: cum resul- tet ex a duali formae relatiūe ter- minatione; nō aliter ac visum re- sultat formaliter ex eo quod visio sit à parte terminata; ergo de- nominatione extrinseca, ex termina- tione reali relationis consurgens, non est relationis terminus. Nec auctoritas Philosophi illis fa- uet: quia supponit actualē ter- minationē in relationis antece- denter

Qualis sit terminus relationis praedicamentis? 107

denter ad respectum alterius extremiterminantis: ut constat ex iphis verbis: nam ait, scibile referri ad scientiam, quia scientia referitur ad scibile; ergo secundum Philosophum relatio scibilis supponit relationis scientiae actualis terminationem, cum referatur ad scientiam, ex eo quod scientia fuit relata ad scibile. Quare dicendura est, Philosophum solum loqui de relatione rationis occasionaliter causata, ex actuali relationis non mutua terminatione.

13. Dices. Metaphysicæ actus, qui tendit ad paternitatem tanquam ad obiectum, respicit illam relationem prædicamentali tertiij generis: sed paternitas est entitas respectiva; ergo relatio non mutua respicit per se entitatem respectuum. Respondetur cum Patre Suarez concedendo maiorem: & distinguendo minorem; est entitas respectiva, respectu filii, cōcedo minorem: respectu actus Metaphysicæ, nego minorem, & consequentiam, si intelligatur in sensu formalis: nam paternitas nō exercet munus relationis, in ordine ad actum Metaphysicæ, sed in ordine ad filium: unde paternitas, respectu actus Metaphysici, potius obtinet munus entitatis absolutæ: cum respectu illius sit obiectum, & mensura: quam munus entitatis respectuæ.

S. IV.

Secunda conclusio.

14. Terminus relationis mu-

Tom. 2.

tuæ formaliter, & per se est absolutus. Constat primò ex primam relatione non mutua vere, & propriè est relatio: & tamen quia talis, non exposcit terminum respectuum; sed absolutum; ergo nec mutua: quia prædicamentalis, debet illum expolcere: tum quia non est aliqua ratio diversitatis, nam relationem esse mutuam, non est aliquid intrinsecum in illa, sed est denominatio extrinseca, sumpta ex relatione alterius extremiti: unde si per impossibile cessaret relatio alterius extremiti, relatio illa non diceretur mutua: tum etiam quia, hoc casu posito, maneret relatio à parte rei terminata; sed non per aliquid respectuum: quia supponimus relationem alterius extremiti iam non esse: igitur per aliquid absolutum. 15. Dices: mutuam relationem non exposcere terminum respectuum, quia prædicamentalis, sed quia mutua. Sed contra est: nam relationes mutuae de facto datur abesse termino respectivo: ut constat in ratione maternitatis, qua Virgo Mater respicit Christum Filium, quæ ex se est mutua: & tamen non terminatur ad aliquid respectuum: cum secundum Diuum Thomam 3.p.q.35.ar. 5. in Christo Domino respectu Virginis nō detur relatio filiationis, sed solù ratio hominis concépti, seu genitiæ Virgine; ergo relatio prædicamentalis, nec quia mutua, exigit per se terminum respectuum; ergo relatio, quæ multoties da-

Disputatio sexta. Questio septima.

tur in extremo opposito relationis, solum se habet per accidens, & quasi concomitantes ad finem, seu terminum relationis mutuæ.

16. Etsi respondeas hanc relationem, & alias similes, non habere per accidens terminum formalem; sed solum fundamētalem, à quo fundamentaliter tantū sunt actu terminatae. Contra est primo: nam relatio (secundum Philosophum) resultat ex positione termini, & fundamenti; sed fundamētum materiale, seu remotū, non sufficit ad resultantiam relationis; ergo nec terminus fundamētalis, seu materialis. Secundo: terminus relationis se habet, respectu illius, in genere quasi cause formalis extrinsecæ, sicut obiectum scientie se habet respectu scientie; sed scientia, nec per accidens valet actu dari in ordine ad obiecta materialia; ergo nec relatio valet per accidens actu dari in ordine ad terminum fundamētalem, seu materialem. Tertio: id quod est de essētia aliquius rei, nec per accidens, nec diuinius potest suppleri (vt saepius dixi) sed possunt dari relationes mutue in rerū natura, absque terminis respectuīs; ergo per se, & formaliter illos non exposcent. Ni dicas essentiam rei posse variari per accidens.

17. Secundo probatur conclusio: iuxta commune proloquium Philosophorum, posito fundamēto, & termino, statim resultat relatio; ergo terminus unius relationis

non potest esse opposita relatio, sed ratio absoluta, quæ est proximum fundamentum oppositæ relationis. Consequentia probatur primo: Relatiua mutua sunt simul natura; ergo terminus illarum nō est respectuus: Ni dicas respectuum termini antecedere respectuum fundamenti, quod opponitur maximis antecedentis: nam ex eo dicimus fundamentum antecedere relationem, quia positio fundamenti est necessaria ad relationis resultantiam; sed etiam positio termini est necessaria ad relationis resultantiam; ergo vel debemus dicere relationem terminari ad absolutum formaliter, vel relationem termini antecedere relationem fundamenti. Secundo: terminus (in communi aduersariorum consensu) est causa formalis extrinseca relationis; sed omnis causa, natura saltim antecedit rem, cuius est causa; ergo si terminus relationis mutuæ est relatio extremiti oppositi antecedit ut causa; ergo non est simul natura, sed prior natura relatione, quæ est ex parte fundamenti.

18. Nec valet dicere, hanc resultantiam fieri ex termino fundamentaliter sumpto. Non (inquit) valet: tum propter dicta ad responsionem secundam primæ obiectio[n]is: tum quia si terminus materialis, seu secundum entitatem absolutam, est sufficiens ad resultantiam, quare non ad terminationem formalem? cum omnis res habeat naturaliter pro fine ultimo,

mo, & formalī, suū principiū
vt tale & tum quia relatio resultat
à termino, à quo specificatur; sed
à formalī; & non à materiali spe-
cificatur; ergo ab illo, & non ab
isto debet resultare: tum denique
quia relatio fundatur in fundame-
to à quo resultat; ergo similiter
debet terminari à termino à quo
resultat: cum fundamentum ter-
mino corresponeat; sed secundū
hanc solutionem à materiali, seu
absoluto formaliter resultat: ergo
ab illo debet, & non à relatiō,
formaliter terminari.

19. Tertio probatur conclu-
sio: Relatio mediat inter extre-
ma, quæ inter se talem ordinē ser-
uant; vt vnum se habeat, vt princi-
pium, & aliud vt finis; sed ex tremū
quod habet rationem principiij;
formaliter vt tale, non est relati-
uum, sed absolutum; cum sit rela-
tionis fundamētū: ergo nec quod
habet rationem finis, seu termini
est relatiuum, sed absolutum; cum
relatio non mediet inter relatiua,
sed inter relatiuorum extrema:

20: Dices. In nostra opinione,
vna relatio valet esse alterius fun-
damentum, idest, ex tremum per
modum principiij; & consequēter
per modum finis, seu termini: cum
fundamentum vnius sit alterius
terminus; ergo relationes mutuæ
saltim in tali casu terminantur ad
respective. ¶ Respondeatur cōclu-
sionē dādo antecedens, & distinguen-
do consequens; terminantur ad
respective, vt exercet munus ab
soluti, concedo consequētiā;

Tom. 2.

vt exercet munus respectiū, nego
consequētiā: nā (vt dixi ad ob-
iectionē ultimam primā cōclu-
sionis §. 3. nu. 13. in his, & simili-
bus casib⁹, respective se habet,
ac si esset aliquid absolutum. Ade-
de, hanc obiectionē non esse in
fauorem sūx sententia, nec con-
tra nostram conclusionē, nā ipsi
non solum intendunt probare re-
lationē terminari ad respectiū)
sed ad respectiū, quod est corre-
latiuū extremiti oppositi: non
vero ad id, quod solum est fun-
damentum correlatiū.

21. Quartō probatur conclu-
sio: Mutua causalitas in eodē ge-
nere causæ infimo, & atromo, nō
valet admitti: vtique quia impli-
catorium est, quod eadem res, in
eodē genere causæ infimo, & at-
romo, sit respectu eiusdem prior,
& posterior, dependens, & inde-
pendens; sed terminus relationis
(in opinione adversariorum) est
causa extrinseca formalis, & spe-
cifica relationis terminata; ergo
relatio terminata nequit esse ter-
minus relationis tertianantis; et
ergo relationes mutuæ mutuè non
se terminant: n̄ velis concedere
relationibus mutuis causalitatem
mutuam, in eodem genere causæ
infimo, & atromo.

22. Dices cum Patre Arriaga:
terminus relationis valet relatio-
nem specificare absq; eo quod sit
relationē prior: vt constat in ter-
mino, seu obiecto productō ab
actione practica, qui talem speci-
ficat actionē, etiam si nō sit actio-

O 4

ne

Disputatio sexta. Questio septima.

ne prior, sed posterior; ergo ex eo quod terminus relationis specificet relationem, non sequitur, quod debeat esse illa prior. ¶ Respondetur negando antecedens: nam omnis causa (secundum Philosophum, & veritatem) saltem prioritatem naturae antecedit effectum, quem causat. Ad instantiam dico, terminum productum ab actione esse priorem actione, in genere cause formalis extrinsece, licet in genere cause efficientis sit actione posterior: prioritas enim, & posterioritas, in diuerso genere cause non repugnat: ut latè ostendam in lib. 1. de generatione, dispu. 1. quest. 5. per totam.

§. V,

Argumenta contra primam conclusionem.

23. Primum desumitur ex Magistro Angelico 1. p. q. 40. ar. 2. ad 4. vbi sic ait: *cum enim dicitur, quod relatiui esse est ad aliud, per h[oc] aliud intelligitur correlatum, quod non est prius; sed simul natura: sed relatio non mutua etiam est constitutiva relatiui tendentis ad aliud; ergo ad aliud quod sit in genere relationis: cu[m] solum hoc sit correlatum.* ¶ Respondetur Diuum Thomam in praefato loco solum loqui de relationibus mutualiis: (vt legenti constabit) & de his verum dicit; nam relatio mutua, que est in uno extremo referatur ad aliud, scilicet, ad correlati-

uum: non formaliter ut correlatum est, sed fundamentaliter, id est, ut fundat aliam relationem correlative constitutinam.

24. Secundum à ratione sic procedit: terminus relationis non mutua non valet intelligi formaliter absque opposita relatione: ut constat ex Diuo Thoma 1. ad Anibalium dist. 30. q. 3. ar. 1. ad 3. vbi loquens de termino relationis expressè ait: *terminum non posse intelligi, nisi sub opposita relatione: sed id, sine quo res non valet intelligi, est de conceptu formali, & perse illius; ergo relatio opposita, siue realis, siue rationis per modum termini, est de conceptu formali, & per se relationis non mutua.* ¶ Respondetur distinguendo maiorem: non valet intelligi absque opposita relatione, à nobis, cōcedo maiorem: à Deo, vel ab Angelo, nego maiorem: & distinguo minorem: id sine quo res non valet intelligi est de conceptu formali illius; si tale requisitum sit ex parte conceptus obiectui concedo minorem: si solum sit ex parte conceptus formalis imperfecti: id est, ex nostro imperfecto modo concipiendi nego minorem: & consequentiam: nam relatio rationis subsecuta ad terminationem relationis non mutua solum requiritur ad nostrum imperfectum modum concipiendi: quia noster intellectus non valet intelligere id quod est alterius, etiam si sit absolutum, & per modum mensuræ, nisi in ordine ad aliud: & ideo non valet intelligere tex-

Qualis fit terminus relationis predicament? 109

terminum relationis nisi in ordine ad relationem, cuius est terminus: non aliter ac visibilitas coloris non valet intelligi à nostro intellectu nisi in ordine ad potentiam visivam, etiam si sit formalitas absoluta, habens se per modum mensuræ independentis. Ex eo autem quod non valeat relationis terminus à nobis cōcipi, absque tali respectu, non sequitur, quod sit de cōceptu per se ipsum: ut constat in Angelo, qui in via non valet à nobis intelligi nisi ad instar rei materialis, etiam si materialitas rei non sit de cōceptu obiectivo ipsius Angelii: & in priuatione, que nequit à nobis cognosci, nisi ad instantiis positivi, etiam si tale ens positivum non sit de essentia ipsum.

25. **Tertium.** Relatio creaturæ respicit aliquid relatiuum, scilicet, Deum, ut Creatorem, & Dominum; sed relatio Creatoris, & Domini constitutiva non est rationis; sed realis: cū realiter absq; illa intellectus sitio fīt Creato-
r, & Dominus; ergo relationes non mutuā respicunt formaliter terminum respectuum. **R**espōdetur negando maioremnam relatio creaturæ non respicit Deum, ut formaliter; sed ut fundamenta-
liter Creatorem. Ad minorē di-
eo Deum esse realiter terminati-
nē, seu realiter fundamentaliter Dominum, & Creatorem: nō ve-
to realiter formaliter: ut expresse docet Diuus Thomas 1. p. q. 13.
art. 2. ad 5. vbi sic loquitur: *quod*

Tom. 2.

*cum ea relatione referatur Deus ad
creataram, qua creatura referatur
ipsum, cum relatio subiectiōis realis
ter sit in creatura, sequitur, quod Deus
non secundum rationem tantum, sed
realiter sit Dominus. Quod vero so-
lum sentiat, Deum esse Dominum
realiter fundamentaliter tantum,
constat ex eodē Magistro in pra-
dicto loco, vbi in calce corporis,
sic fatur: *Sed in Deo non est aliqua
realis relatio ad creataram, sed secun-
dum rationem tantum, in quantum
creatura referetur ad ipsum.* Ex quo
colliges, Diuuni Thomam pluri-
bus in locis assertore Deum refe-
ri ad creaturas, in quātū crea-
turæ referuntur ad ipsum, nō quia
hoc quod est terminata relationē
seruitutis, seu subiectiōis sit for-
maliter relatio; sed quia funda-
mentaliter est occasio relationis
rationis.*

§. VI.

Argumenta contra secundam conclusionem.

26. **P**rimum argumentum est ex Philosopho in presenti, qui sic fatur: *Si ē seruo inferamus reliqua omnia, etiam illud quod homo
non sit, modo seruus relinquatur, ad-
hac Dominus ad illum referatur, & il-
le vicissim ad Dominum;* ergo ratio-
formalis terminandi relationem
domini est seruitus; & conseque-
ter ratio terminandi est relativa.
Consequentia est evidens: nā (se-
cundum Aristotelem) ablatis om-

O 5

nibus

Disputatio sexta. Quæstio septima.

nibus alijs præter respectuum, remanet ratio terminandi; ergo in respectu constitit: nam ex eo colligimus colorem illuminatum esse rationem terminandi auctum visionis, quia ablatis omnibus alijs, dummodo ratio coloris illuminati maneat, manet visionis terminus. ¶ Respondetur aliquando fundementum, aut rationem terminandi, & relativum, eodem significari nomine: unde seruitutem appellamus relationem seruitutis, & debitum passiuæ coercionis, in quo fundatur relatio seruitutis; & dominium appellamus relationem dominij, & virtutem coerciuam, in qua fundatur dominium: & ideo Diuus Thomas, q. 7. de potentia afferit Deum dici realiter Dominum à potestate coerciuæ, quæ realiter est in Deo. ¶ Hoc posito ad locū Aristotelis respondetur, per rationem serui intelligere debitum passiuæ coercionis; quo assignato, seu supposito, seruus valet terminare relationem dominij, & fundare relationem seruitutis, etiam si deficiat ratio hominis; nam terminus formalis relationis dominij, per viam rationis formalis, non est homo quomodo libet, sed est homo, ut habes debitum passiuæ coercionis: unde ratio hominis nimis de materiali se habet ad terminandam dominij relationem. Nec contra hanc solutionē potest aliquid sequi ex eo quod Philosophus dicat in hoc capite, quod positam relationem dominij, stat in seruo ser-

vatus relatio; & quod ablata, definit esse: nam hæc connexio, naturaliter inseparabilis, non dimittat ex eo quod adiuicem se terminent, sed ex eo quod fundamenta, & termini harum relationum ita sunt inter se connexi, ut fundementum unius, sit terminus alterius; & è cōtra: & sic (naturæliter loquendo) repugnat, quod una sit absque alia.

27. Secundum à ratione sic procedit. (estque simul argumentum ad probandum relationes nō mutuas terminari ad respectuum) Inter relationem, & terminū formalem ipsius, datut oppositio relativa; ergo termin⁹ formalis cuiuscunq[ue] relationis est alterare; latio; vtique quia nō possunt aliqua duo relativæ opponi, nisi in utroque extremo sit ratio oppositionis: non aliter ac aliqua duo non valent contrarie opponi, absque eo quod in utroque extremo sit ratio oppositionis contraria. Respondetur concedendo antecedens: & negando cōsequentiā: nam relativa oppositio non consistit in hoc, quod extrema habeant respicere, & respici intra genus relationis: sed in hoc, quod unum terminet, & finiat, relationem alterius: unde oppositio relativa magis potest appellari repugnantia, quam oppositio: vocatur autem oppositio latè intra genus relationis, quia id quod respicit formaliter, & per se, est tale per formam directè spectante ad genus relationis; & id quod

res-

respicitur, est terminativè de cōnotato intra genus relationis.

Ex quo colliges primò, oppositionem relatiūam exercere munus respiciendi, & simul munus terminandi, cum hoc discrimine, quod primum munus exerceat per aliquid formaliter spectans ad genus relationis; & secundum per aliquid per se spectans ad alia genera, etiam si de cōnotato sit intra relationis genus. Colliges secundò, quod in relationibus mutuis duplicatur oppositio; ita ut duplicatum respicere exerceatur per relationē, & duplicatum respici, seu terminari per entitatem absolutam. Colliges tertio discrimen quod versatur inter oppositionem contrariam, & relatiānam in contraria est intrinsecè in utroq; extremo ratio oppositio- nis: at verò in relatiūa solum est intrinsecè in uno, & terminativè in alio, absque eo quod ratio terminādi sit in eodem genere cum ratione respiciendi: alias contra- ria oppositio in hoc cum relatiūa conueniret.

28. Tertium argumentum à ratione sic se habet: relatiūum mutuum terminatur ad suum cōrelatiūum; ergo non ad absolutū, quod fundat relationē. Probatur antecedens: (euertendo præcipuum fundamentum nostræ conclusionis) relatiūa sunt simul natura, cognitione, & definitio- ne; sed si terminarentur ad abso- lutū, hoc proloquium non tene- ret; ergo relatiūum mutuum for-

maliter terminatur ad suum co- rrelatiūum. Prebo minorem pri- mo: quia si pater v. g. non termi- natur à filio ut formaliter tali, sed à substantia genita: pater, ut pa- ter non esset simul cum filio geni- to: utique quia substantia genita necessaria per modum termini ad paternitatem, est prior filiatione: cum ex ipsa substantia genita re- sultet filiationis relatio; ergo si relatio mutua terminatur ad ab- solutum, axioma communis non tenet. Secundo probatur eadē minor: posito termino, ponitur relatio; sed substantia genita est prior filiatione: ut dixi; ergo pa- ternitatis relatio, quæ solum ex- poscit substantiam genitam, & nō filiationem, est prior filiatione. Tertio probatur eadem minor quoad secundam, & tertiam par- tem: nam formalitas quæ non de- pendet ab alia potest, & debeat cognosci, & definiri absque ordi- ne ad illam: sed in nostra sententia una relatio nec tanquam à termi- no dependet ab alia; ergo potest cognosci, & definiri ab ipso ordi- ne ad aliam relationem. ¶ Res- pondetur distinguendo antece- dens: relatiūum mutuum termi- natur ad suum correlatiūum, ut formaliter tale nego antecedens: ut specificativè, & materialiter: tale concedo antecedens: & ne- go consequiam: ad probatio- nem cōcedo maiorem quoad pri- mā partem: & nego minorem: cum causali alterius probationis: nam si pater respiceret filium, ut talēm

Disputatio sexta. Questio septima.

tales per modum termini formalis, absque dubio proloquium non teneret: quia terminus formalis necessario debet antecedere resultantiam relationis: (ut dixi latè in cōclūsione secunda: nec probatio secunda minoris aliquid vallet: immo ex illa contrarium infero: nā si relatio paternitatis exigit positionem substantię genitæ per modum termini formalis, & fundamētū filiationis; ergo in posteriori sequenti datur vtraque relatio cum simultate naturæ: cū vtraque in priori antecedēti supponat fundamentum, & terminū: nam si substantia genita antecedit per modum termini ad resultātiam paternitatis: etiam antecedit ad fundamentum filiationis: ut in posteriori sequenti cum simultate naturæ resultet vtraque relatio: quia simultas naturæ solum consistit in simultanea duorum coexistētiæ sine ordine prioris, & posterioris: quia dependētia unius rei ab alia re obstat ad simultatē naturæ: cum res à qua alia dependet sit prior prioritate naturæ, re depēdente. Ad id quod dicitur de simultate cognitionis, dico primo vnam relationem esse sī nul cognitam cum alia: nō quia essentialiter, & per se dependeat ab alia tanquam à termino: quia hæc dependentia, (ut dixi) simultati naturæ opponitur; sed quia ex nostro modo imperfecto concipiendi nō valet intelligi terminus relationis sine ordine ad relationem, cuius est terminus: ut

supra dixi in solutione ad secundum argumentum, contra primā conclusionem §. 5. nr. 24. Secundo dico esse simul cognitione: non quia vnum dependeat essentialiter ex cognitione alteri: ut dixi in prima solutione; sed quia terminus vnius est fundatū alterius: & ē contra; fundatum vnius est terminus alterius: & ideo inter se collatis fundamentis, & terminis omnino cōcomitantē exigunt naturaliter cognosci, sicut esse: ut verum teneat proloquij Philosophi: quod cognosci sequitur ad esse. Tertio potest dici, quod cum simultas cognitionis solū in teneat in relationis mutuis: ut constat ex Divo Thoma 1.p.q. 13.ar.7.ad 7. ideo sensus proloquij non est quod relatiua, ut relatiua sint si nul cognitione; sed quod relatiua ut mutua sint simul cognitione. Ad id quod dicitur de definitione respondet prīmō iuxta primā solutionem huius argumenti: quod cum definitio sequatur ad rem, ut apprehensam, & non possit à nobis apprehendi relationis terminus, nisi in ordine ad relationem, cuius est terminus: ideo definitur in ordine ad aliam relationē: etiā si in re non sit terminus ipsius. Secundo iuxta secundam respondetur vnum relatiuum definiri in ordine ad aliud, nō ut relatiuum est formaliter; & reduplicatiū; sed ut quid absolutum est fundatū relationē correlatiui constitutiū.

Qualis sit terminus relationis predicament? 111

29. Quartum argumentum definiatur ex relationibus diuinis: nam in diuinis ratio terminandi semper est formaliter aliquid respectuum: utique quia Filius ratione filiationis terminat Patrem; & è conuerso, Pater & eterus ratione paternitatis terminat Filium: igitur in creatis ratio terminandi non est absoluta; sed respectiva. Antecedens fere ab omnibꝫ admittitur Theologis: quia terminus relationis realis realiter distinguitur ab ipsa relatione: & in diuinis omnia sunt unum, ubi non existit relationis oppositio. Consequentia probatur: nam relatio creata est quedam participatio increatae relationis, in his quae non implicant; ergo sicut increata, sic creata terminatur formaliter ad respectuum: quia in hoc nulla apparet implicationis ratio.

Respondet primo concedendo antecedens: & negando consequentiam: ratio disparitatis est: nam relationes in diuinis non supponunt extrema formaliter constituta in esse extremorum; sed ipsæ constituent formaliter relationem in esse relativum, & in esse extremorum: quia ad esse extremitati requiritur distinctio; & in Trinitate venerando mysterio omnis distinctio oritur formaliter ex relationibꝫ: at vero in creatis, cum relationes supponant formaliter extrema in esse extremorum, solum constituunt ea in esse relativum: & ideo cum ex se terminus relationis habeat ra-

tionem extremitati; & extremitum, ut extremitum constitutum in diuinis, & non in creatis per relationem; terminus in diuinis, & non in creatis debet esse aliquid relativum.

Ex hac solutione colliges discrimen quod versatur inter relationes creatas, & increatas: nam increatae resultat ex termino materiali; at vero creatæ ex termino formalis. Ratio primi est: nam cum terminus ad resultantiam debeat antecedere relationem; & terminus formalis in diuinis nequeat antecedere propter similitudinem quam cum alijs relatione peti habere: ideo resultantia illarum est ex termino materiali: ratio vero secundi est: qui in creatis terminus formalis specificat relationem terminatam: sed omne specificatum debet antecedere rem specificatam; ergo in creatis terminus formalis antecedit relationis resultantiam.

30. Dices. Etiam in diuinis terminus formalis specificat relationem; ergo etiam in diuinis debet illam antecedere. Respondet negando antecedens: nam in diuinis nec paternitas est causa filiationis; nec è contra: & ideo nec paternitas specificat filiationem; nec filatio paternitatem.

31. Secundo & melius ad argumentum principale respondetur iuxta dicta q. antecedenti, §. o. n. 35. & 36. distinguendo antecedenter in diuinis paternitas relatione non terminatur ad absolutum absque aliqua connotatione ad respectum.

Disputatio sexta. Quæstio octaua.

num concedendo antecedens: cū connotatione ad illud nego antecedens: & consequentiam: ratio autem quare in diuinis detur hæc connotatio, nō necessaria in creatis; est, quia pannis relatio realis ex se exigit terminum à fundamento realiter distinctum: & cum in diuinis omnis distinctio oriatur ex relationibus: ideo non valet terminari ad absolutum absolute sumptum; sed ad illud ut adiectivum affectum per relationem in obliquo connotatum. Vide que dicta sunt ibi ne repetitio generet tedium.

32. Quiautum sic se habet. Prædicamentalis respectus respicit aliad per modum puri termini; sed absolutum ut tale non habet rationem puri termini; sed causæ, mensuræ, seu effectus; ergo prædicamentalis respectus non respicit absolutum; sed relatum. Respondetur concedendo maiorem: & distinguendo minorem: absolutum ut tale habet rationem causæ, mensuræ, seu effectus materialiter, & specificatiue concedo minorem: formaliter, & reduplicatiue nego minorem: & consequentiam: nam ista rationes de materiali se habent in termino relationis ad rationem terminandi; cum de formalis solum dicat rationem puri termini. Adde hoc argumentum debere solui ab aduersarijs: nam in eorum opinione terminus formalis est mensura, & causa formalis extrinseca relationis terminata; etiam si in eorum opinione

excedeat respectu relationis titulum puri termini.

QVÆSTIO VIII.

An predicamentalis respectus sumat unitatem specificam à termino, vel à fundamento?

§. I.

Explicatur titulus, & proferuntur sententiae.

1. Pro questionis intelligentia nota quod hoc quod est sumere speciem ab alio duobus modis potest intelligi: primo pro eo quod est ab alio participare tanquam à principio produciuo esse specificum: qua ratione dicimus filium habere esse specificum à patre: secundo magis proprie: pro eo quod est constitui in tali, vel tali specifico esse ratione illius; & hoc adhuc dupliciter: primo veluti à ratione intrinseca: quo pacto quilibet species in suo esse specifico constituitur metaphysice à propria differentia; & physice à propria forma: secundo veluti à ratione extrinseca: quo pacto omnis res, quæ essentialiter ordinatur ad aliud, constituitur in suo esse specifico ex ordine ad illud: quo modo in opinione Diui Thomæ 1. p. q. 77. art. 2. potentie constituuntur in suo esse formalis specifico in ordine ad propria obiecta. In hac ergo ultima acceptione inquirimus: an relationes, quæ essentia-

liter

A quo prædicamentalis respectus sumat speciem? 112

Iter versantur inter fundamen-
tum, & terminum, accipiant su-
um esse specificum in ordine ad
terminum, qui est relationis finis;
vel in ordine ad fundameñtum,
quod est relationis principiū; vel
an ab utroque simul tanquam à
principio, & fine?

2. In hac re prima sententia de-
fendit relationes ad æquatè speci-
ficari à suis terminis; sicut poten-
tia à suis obiectis. Sic Soncinas
5. Metap. q. 32. Aranxo, & alij
quam plurimi.

3. Secunda media via incedens
ait specificam unitatem relationis
sumi à terminis, & à fundamētis.
Sic Malsius, & Salablanca, quos
refert, & sequitur Complutense
Collegium: estque communis in-
ter Modernos, qui leue scādalu[m]
possident: nam Didacus à Iesu
asserit relationem accipere spe-
ciam à fundamento initiatu[m], &
à termino formalī cōpletu[m], Ma-
gister Aranxo defendit fundamē-
tum concurrere ad speciem rela-
tionis, ut continens in se termi-
num: id est, ut refundens in termi-
no dissipationem, vel unitatem,
quam in se habet. Moderni deni-
que clarius id explicant afferentes
relationem accipere unitatem
specificam à fundamento in gene-
re cause efficientis; & à termino
in genere cause formalis extrin-
seca.

4. Tertia sententia docet rela-
tiones accipere unitatem specifi-
cam non ex terminis; sed ex fun-
damentis formaliter sumptis. Sic

Flandria 5. Metap. q. 16. art. 10.
Nazarius 1. p. q. 32. art. 2. contro-
uersia. 2. Caietan. 1. p. q. 13. art. 7.
§. ad 3. obiect. & q. 32. art. 2. §. cō-
tra hanc autem, Bañez 1. p. q. 32.
art. 1. dub. 2. ad 3. Verumtamen si
ab his auctotibus inquiras in quo
genere causæ, fundamentum tri-
buit relationibus speciem? Res-
pondent illam tribuere in genere
causæ efficientis, quatenus funda-
mentum est causa efficiens rela-
tionis.

§. II.

Notantur aliqua.

5. **S**ed ut proprium proferā iu-
dicium nota fundamēta re-
lationum bifarie posse usurpari:
primo materialiter, pro rebus, quæ
fundant relationes; in quo sensu
relationes specificè diuersæ valēt
in eodem fundari fundamento: se-
cundo formaliter, pro rebus, quæ
fundant, nō absolutè sumptis, sed
prout stat sub diuersis rationibus
fundandi: in quo sensu fundamē-
tum unius, non est fundamentum
alterius: nō aliter ac licet eadem
ratio que possit à pluribus attingi
scientijs: non tamē ut stat sub di-
uersis relationibus sub quibus.

6. Secundo nota omnem enti-
tatem creatam sive absolutā, sive
respective, accipere suam speciem
ab aliqua causa esse etiā: nā Pe-
trus v. g. qui entitas absoluta est
accipit esse specificum à Deo, & à
causa secunda: & potentia intel-
lecti.

Disputatio sexta. Questio octaua.

lectio, quæ respectiva est, accipit unitatem specificam in genere cause effectiæ ab anima rationali: sic absque controversia tenendum est relationem accipere unitatem omnem à suo fundamento formaliter accepto. Nunc quod (meo videti) examinandum n'est, an esse specificum relationis, habeat ultra causam effectiæ, aliam extrinsecam, à qua accipiat extrinsecè esse specificū; non aliter ac potentia intellectiva ultra animam rationalem, à qua effectiæ accipit esse, habet proprium obiectum, à quo formaliter extrinsecè accipit unitatem specificam? His prælibatis, sit.

§. III.

Conclusio.

7. **V**Ntas specifica relationū non ex terminis; sed ex fundamentis formaliter acceptis accipitur, nedum in genere cause efficientis; sed materialis extrinsecæ, similis generi causæ formalis extrinsecæ. Est Philosophi 5. Metap. cap. 15. vbi distinctionem specificā relationum indagavit, non ex terminis; sed ex fundamentis formaliter acceptis: vt vidi-
mus supra q. 3, §. 1. nu. 1, vsque ad 4. est etiam Diui Thomæ 3. p. q. 33. ar. 5. vbi sic ait: *Unitas relationis vel eius pluralitas non attendunt secundum terminos; sed secundum causam, vel subiectam.* Hoc idem docet quodlibet 9. ar. 4. vbi sic ait: *uni-*

tus relationis pensanda est ex ipsis relationibus fundamento, vel causa; ergo ex mente & triusque unitas specifica relationis, non ex terminis; sed ex fundamentis debet accipi, tam efficienter: quam subiectuē: ut constat ex illis verbis: secundum causam, vel subiectum.

8. Rationibus vero efficacibus probatur. Ut vidiimus q. 2. huius disp. §. 1. nu. 1. Relatio prædicamentalis est à transcendentali distincta: quia prædicamentalis est ad aliud tanquam ad purum terminum: transcendentalis vero tamen ad causam, effectum, vel mensuram; sed purus terminus ut talis essentialiter dicit negationē totius causalitatis: utique quia alias non esset distinctus à termino transcendentali respectus; ergo prædicamentalis, non à termino; sed à fundamento formaliter accepto specificatur. Hæc consequentia constat ex præmissis: nam specificatum vt tale est causa rei specificatæ; sed terminus relationis prædicamentalis non valet esse causa illius; ergo non valet illam specificare.

9. Secundo probatur ratione speciali. Inter specificans, & specificatum hoc versatur disserimen: quod specificans, quia mensura non respicit reali respectu specificatum, quod se habet ut mensurabile; sed terminus relationis prædicamentalis (principiè in opinione aduersiorum afferentium terminari ad respectuum) respectu nedum reali; sed prædicamentali respicit rela-

A quo prædicamentalis respectus sumat speciem? 113

relationem specificatam; ergo nō valet se habere ut specificans, nec ut mensura relationis terminata: quod idem est.

10. Tertio probatur ad hominem: nam in aduersariorum sententia, relatum est simul natura, & cognitione cum suo termino formaliter; sed omnis causa ex communi Philosophorum consensu est prior suo effectu; ergo terminus non valet esse causa extrinseca relationis.

11. Quarto probatur ratione etiam speciali. Terminus intrinsecus, qui sapit naturā puri termini supponit unitatem specificam, illamque solum terminat: ut constat in subsistencia Verbi divini, quæ supponit naturam humanam per rationalitatem ad speciem naturæ humanae determinatam; ergo terminus extrinsecus, qui se habet respectu relationis, ut purus terminus non determinat relationem ad hanc, vel illam speciem; sed relationem pro aliquo priori à fundamento determinatam ad speciem determinatam terminat extrinsecè absque aliqua causalitate.

12. Secunda pars nostræ assertioonis constat ex notabilibus: & amplius probatur: omnis entitas quæ est ad aliud: idest, quæ est respectiva, accipit suum esse specificum, neandum à causa effectiva; (sicut aliae entitates creatæ) sed ab aliqua causa extrinseca, à qua propria manifestatur perfectione; sed terminus (ut constat ex pri-

ma parte nostræ assertionis) non valet se habere ut causa extrinseca relationis; ergo fundamentum formaliter sumptum est causa nedum efficiens; sed extrinseca materialis relationis.

13. Probatur secundo. Paternitas v.g. non solum dimanat effectuè à fundamento; sed etiam subiectatur, seu fundatur in substantia generantis, ut cibnotat generatione per modum actionis; ergo prout sic exercet causalitatē materialem extrinsecam similem causalitati formaliter extrinsecæ. Dicitur autem hæc causalitas materialis similis causalitati formaliter extrinsecæ: quia sicut causalitas obiecti, quod formalis extrinsecæ est manifestat perfectionem determinatæ scientiæ esse distinctam à perfectione alterius ab alio obiecto specificata: sic fundamentum formaliter acceptum manifestat perfectionem unius relationis esse distinctam à perfectione alterius in alio fundamento fundatæ.

§. IV.

Argumenta contra conclusionem:

14. **C**ontra nostram conclusionem in favore oppositiæ sententiaz insurges primo. Omne accidentis respectuum specificatur ab eo, quod respicit; sed ratio prædicamentalis est accidentesentialiter respectuum termini; ergo adæquatè specificatur

Disputatio sexta. Quæstio octaua.

etur ab illo. Maior constat: tum ex Diuo Thoma 1.2. quæst. 54. art. 4. vbi hæc habet verba: *Omnia que dicuntur secundum ordinem ad ali quod, distinguuntur secundum distinctionem eorum, ad que ascuntur: sed secundum Philosophum ratio distinctiva coincidit cum constitutiva; ergo si terminus distinctivus specificè unam relationem ab alia, etiam constituit illam in suo esse specifico tum ratione. Potentie, & habitus specificantur à propriis terminis: quia illos respiciunt, sed ratio maioris rigore respicit proprium terminum: cù totum suum esse habeat in ordine ad illum; ergo potiori iure debet à proprio termino, specificari.*

Respondeatur distinguendo maiorem: onine accidēs specificatur à termino inspecto: si exerceat titulum causæ, vel mensuræ concedo maiorem: si solum exerceat titulum puri termini nego maiorem: & concessa minori nego consequentiam: nam licet relatio essentialeiter respiciat terminum: tamen illum non respicit per modum causa specificantis; sed per modum puri termini terminantis extrinsecè speciem à fundamento acceptam: non aliter ac humaritas ab equinitate essentialiter distincta, & constituta per rationalitatem respicit essentialiter substantiam non per modum causa specificantis; sed solum per modum termini terminantis.

Nec auctoritas Dñi Thomæ est huic doctrina opposita: nam loquitur de his, quæ dicunt ordinem ad aliud tāquam ad causam: et si 1. p. quæst. 32. art. 2. ait relationē sumere distinctionem, non solum à fundamentis; sed à terminis: non est quia sentiat terminum esse causam relationis, sed quia à posteriori infertur ex distinctione specifica termini, distinctione specifica relationis: nam fundatum distinctionem tribuēs unitatem distinctionis relationis, infert terminum distinctum, non per modum determinantis, seu per modum causæ specificantis; sed per modum termini terminantis unitatem à fundamento acceptam.

Nec ratio est huic doctrina contraria: nam licet relatio, & potentie habeat suum esse in ordine ad proprios terminos: aliter tamen, & aliter: nam potentia dicit ordinem ad proprium terminum, tāquam ad obiectum, & mensurantem vero relatio tāquam ad purum terminum.

15. Insurges secundo. Id est fundamentum in ordine ad diuersos terminos fundat relationes specificè distinctas: ut constat in albo; quod in ordine ad aliud album est simile: & in ordine ad nigrum est dissimile; ergo distinctio specifica relationum nō à fundamentis: sed à terminis debet accipi.

Sed hæc obiectio instaurata habet manifestam: nam in opinione aduersariorum, idem album terminat

A quo pradicamentalis respectus sumat speciem? 174

minat relationem similitudinis alterius albi, & dissimilitudinis nigri: ergo diuersitas fundamenti, etiam si sit cum unitate termini valet specificam diuersitatem tribuere relationibus. Propter hoc Patres Carnelitz specialiter, notant distinctionem ab illis excoigitatum inter unitatem, & diuersitatem relationum: & dicunt relationes exposcere ad unitatem specificam unitatem fundamenti, & termini: at vero ad diuersitatem sufficere diuersitatem sive termini, sive fundamenti: rationemque accipiunt ex illo vulgari: malum ex quocumque defectu; bonum vero ex integra causa. Sed difficultem certe & nouam excoigat uere solutionem; & ut inefficaciam, & nouitatem ipsius in forma, & in materia percipias: respondetur distinguendo antecedens: idem fundamentum fundat relationes specie distinctas; idem materialiter sumptum cōcedo antecedens: idem formaliter sumptum nego antecedens: & consequentiam: nam album sub unitate, vel sub conuenientia formalis fundat similitudinem formalem; & sub pluralitate, vel disconuenientia formalis fundat dissimilitudinem formalem: non aliter ac eadem ratio quae sub diversis rationibus sub quibus diuersas specificat scientias.

16. Insurges tertio. Fundamentum se habet respectu relationis, sicut terminus à motu respectu

et motus; sed terminus à quo non tribuit motui unitatem specificā: ergo nec fundamentum relationis Respondetur negando maiorem: nam motus non respicit non esse termini à quo tanquam proprium specificatiū: cum ab illo essentialiter discedat: at vero relationis fundamentum essentialiter respicit, ut accedit ad propriū, & specificū esse: & ideo diverso modo se habet relatio respectu fundamenti, ac motus respectu termini à quo.

17. Insurges quarto. Relatio specificatur per id per quod definitur: sed definitur per terminum, & non per fundamenū: ergo ab illo, & non ab isto specificatur.

Respondetur distinguendo maiorem: per id per quod definitur tanquam per causam extrinsecam concedo maiorem: tanquam per purum terminum nego maiorem: & eodem modo distinguo minorem: & nego consequētiam: nam cum relatio sit ordo viuis ad aliud; id est fundamenti, ad terminum; ideo definitur per ordinem ad utrumque; licet non eodem modo: ut constat ex distinctione. Nec valet dicere, quod ablato termino auferitur relatio. Nam etiam ablato fundamento auferitur; & ratio utriusque est: quia ab utroque essentialiter dependet iuxta diuersitatem assignatam.

18. Insurges quinto. Si relatio non sumit unitatem specificam à termino; ergo nec à posteriori in-

Disputatio sexta. Quaestio octaua.

fert unitatem, vel diuersitatem relationis; sed hoc est falsum, adhuc in nostra opinione; ergo & illud. Probo sequelam: nam filius eadem relatione respicit relationes specie diuersas, patrem, scilicet, & matrem; ergo terminus nullo modo infert unitatem, vel diuersitatem relationis. Hoc argumentum solum habet efficaciam in opinione afferente patrem ac-
tium; matrem vero pauciue solum concurrere ad filij generatio-
nem: nam in contraria opinio-
ne, pro qua stat Scotus cum Ga-
leno libro 4. de usu partium, &
lib. 2. de semine nullam habet dif-
ficultatem: cum in illa paternitas
solum sit a maternitate numeri-
ce distincta; sicut filiatio unius fi-
lij est a filiatione alterius solum
numero distincta: & sic sicut una
paternitas sufficit ad plures filia-
tiones; sic una filiatio ad pater-
nitatem, & maternitatem. Fer-
re omnes Thomistæ respondent
has duas relationes esse specie di-
uersas inadæquate, & in esse rei;
non vero formaliter, quatenus
terminant filiationem: quia ex
utroque relatione fit formaliter
vnius terminus adæquatus filia-
tionis.

19. Sed hæc solutio non potest
sustineri: nam filius uno parente
orbatus manet cum eadem filia-
tione in ordine ad alium paren-
tem; sed si terminus formalis re-
sultaret ex utroque parente, absq;
dubio deficeret relatio filiationis:

defectu termini; ergo ex utroque
parente non fit terminus adæqua-
tus filiationis: ni dicas resultare
in tali casu aliam filiationem spe-
cie distinctam.

20. Quare hac relata solutione
respondeatur cum Patre Ferrara
2. contra Gentes cap. 12. & cum
Suarez vbi supra, n. 28. in filio es-
se duas relationes specie distin-
tas formaliter in esse relationis:
hoc est, duas per rationem; quam-
uis materialiter, & in esse rei, hoc
est, realiter, tantum sit una rela-
tio: non aliter ac potentia, & im-
potentia sunt species qualitatis
per rationem tantum formaliter
distinctæ. Vnde quando Diversus
Thomas, ait filium eadem rela-
tione referri ad duos parentes,
solum loquitur de unitate entita-
tiva, & materiali; non vero de
formalibus: & quod hæc sit mens Di-
ui Thomæ constat ex 3. p. quæst.
35. art. 5. ad 3. vbi ait: ex parte au-
tem prolis est una relatio secundum
rem; sed duplex secundum rationem;
in quantum correspondet utrique re-
lations parentum secundum duos res-
pellens intellectos. Hæc, & non alia
argumenta inueni contra nos-
tram assertionem; et si alia sunt in
fauorem secundæ sententiae sunt
soluta ex rationibus nostræ con-
clusionis: & ideo brevitatis cau-
sa omitto, ne repetitio super-
flua generet fasti-

diu v.

(2).

S. V.

Corollarium appendie.

21. Inquires pro complemēto
equationis, & disputatio-
nis: an relatio sumat unitatē in-
dividualē à subiecto, vel à ter-
mino? Respondeo cum omni-
bus Thomistis illā recipere ad-
quare à subiecto. Constat tuū ex
eo quod omnia accidentia indiui-
duantur adquātē à subiecto: tūm
ex eo quod una numero potētia
visua sufficit ad plura obiecta,
nēdum numericē; sed specificē in
esse rei distinctā, absque eo quod
ab illis individuetur: quia cōse-
nuunt formaliter in esse coloris;
ergo similiter una numero pater-
nitas ad plures filiationes, absque
eo quod ab illis individuetur:
quia cōueniunt in esse filiationis:
tūm denique ex eo quod pater in
ordine ad omnes filios est nēdum
materialiter; sed formaliter unus
numero; ergo eadem paternitatem
qua recipit primum, respicit om-
nes; ergo relationes non multipli-
cantur numericē iuxta multiplicatiōnē
numericaē terminorum.

22. Sed dices pro Scoto qui cō-
trariam sententiam tenet. Idem
numero effectus in nullo genere
causæ valet adquātē causari à
pluribus causis eiusdem rationis,
sed quilibet filius valet adquātē
terminare paternitatis relatio-
nem; ergo paternitatis relatio-

non valet terminari ab alia filia-
tione.

Respondetur distinguēdo ma-
iorem: non valet causari a plurimis
causis formaliter diuersis cō-
cedo nāiorem: materialiter tan-
tum diuersis nego maiore: & di-
finguo minorem: quilibet filia-
tio adquātē terminat paterni-
tatem: adquātē intensius cōce-
do minorem: adquātē exten-
sive nego minorem: & consequen-
tiā: nam sicut eadem potentia
visua valet terminari a pluribus
obiectis materialiter diuersis:
quia in ratione terminandi for-
maliter conueniunt: si eadem re-
latio valet terminari a pluribus
relationibus: quia in ratione ter-
minandi formaliter conueniunt.

Replicabis. In ordine ad quē-
libet filium datur nona genera-
tio, seu noua ratio fundandi pa-
ternitatem; ergo & noua pater-
nitas. Respondetur concedendo
antecedens: & negando con-
sequentiam: nam noua generatio
est necessaria, & ad productionem
filii, & ad hoc ut relatio paternitatis,
qua iam erat in generāte ex
prima generatione se extendat
ad secundum filium: non vero ad
hoc ut noua paternitas resultet:
nam huius resultautia impeditur
a paternitate habita per primam
generationem: non aliter ac inten-
sio qualitatis non producit de
nouo qualitatem: quia illā iam
supponit productam per
actionem altera-
tiuam.

DISPV TATIO
SEPTIMA
DE QVALITATE
ET QVALL.
PROOEMIVM.

SN hoc capite disputat Philosophus de qualitate: quod in duas diuidit partes: in prima adducit definitionem, & species illius: in secunda proprietates, & passiones qualitatis. Ad pri-
mam deueniendo partem: qualitas est à qua quales esse di-
cimur: ut ab albedine dicitur aliquid album. Deinde species assignat: pri-
ma est, habitus, & dispositio: habitus est: qualitas difficile mobilis à
subiecto, & diu permanens in illo: ut scientia, & virtus; dispositio est:
qualitas facile mobilis à subiecto: ut color, & frigus; sanitas, & agri-
tudo. Secunda species est potentia, vel impotentia: & ponit exemplum in:
dormie lepidis, que est potentia ad resistendum sectioni: & in molle al-
ienus corporis, que est impotentia ad idem: nam non facile cedit sectio-
ni. Tertia species est passio, vel passibilis qualitas: inter quas apponit dis-
crimen: nam passio est qualitas cito transiens: ut color, contractus ex-
vereundia: passibilis vero qualitas diu permanet in subiecto: ut ca-
lor quem habet homo à nativitate: est etiam aliud discrimen: nam passibi-
lis qualitas absolute denominata subiectum; non tamen passio: quia non
dicitur aliquis absolute pallidus à subiecto pallore ex morbo, vel ira, contracto.
Quarta species est forma, aut figura: veretudo, & curvitas. Rursus qua-
litatem in concreto definit dicens: quale est illud, quod à qualitate di-
citur tale.

2. In secunda vero parte tres qualitatis proprietatos designat: prima est:
habere

habere et contrarium: ut calor frigore contrariatur: virtus, vicio: quae proprietates non conuenit omni: nam lumen, & figura non habent contrarium: cum contraria debeant esse sub eodem genere. Secunda est suscipere magis, & minus: nam album. v. g. dicitur magis, vel minus album: quae proprietas non conuenit omni: quia triangulus non est magis, vel minus triangulus. Tertia, quod ratione ipsius aliquid dicatur similia, vel dissimilia: quae proprietates debet intelligi de similitudine fundamentali, & non de formaliter: quia haec non ratione ipsius, sed relationis ratione conuenit qualitati: hac proprietas omni conuenit; sed non soli: cum haec etiam sit propria substantie. Ultimum tandem proponit argumentum: nam scientia sicut posita in praedicamento relationis: ergo non pertinet ad hoc. Ad quod respondeat scientiam ibi supponere pro relatione mensura: qua consequitur ad entitatem habitus scientifici: & non per entitatem habitus, que illam fundat: nam aliquando ob non-minum inopia nomen fundamenti accommodatur, & adaptatur forma fundata. Secundoque respondet scientiam ibi non esse numeratam inter relationem secundum esse: sed solum secundum dici: quae per omnia disiugatur praedicamenta. Hac de recopilatione textus.

QVÆSTIO I.

An qualitatis definitio ab Aristotele tradita sit exacta?

§. I.

Indubitatum suppone.

1. **V**erum cum omnibus suppono qualitatem esse ab alijs praedicamentis distinguiam: nam non est substantia: cum non existat per se: nec quantitas: cum non sit ex se; sed solum ratione quantitatis extensa: nec relatio: cum non sit accidens relationum; sed absolutum: nec aliquid ex sex ultimis praedicamentis: vt constabit ex dicendis infra, dis-

Tom. 2.

pa. 8. q. vnica per totam. Nihilominus Doctores in inuestiganda ratione huius praedicamenti constitutiva sunt diuisi: nam tere omnes sentiunt Magistri definitiones non explicare expressionem propriam, per quam accidens ut sic contahitur ad expressionem qualitatis ve sic: & ideo pro libito varias assignant descriptiones.

§. II.

Doctrinam placitam impugnantur.

2. **P**ater Suarez disp. 42. se ct. 1. n. 4. sic essentiam qualitatis ut sic describit: qualitas est accidente quodam absolutum adiunctum substantie creata ad complementum per-

P 4

feliciter.

Disputatio septima. Quaestio prima.

sectionis, cuius tam in existendo, quam
in agendo. Hec qualitatis ut sic
descriptio ut superflua, & insuffi-
ciens rejecitur (& bene) à Com-
plutensibus in praesenti: speciali-
ter vero quo ad ultimas particulas
explicativas rationis differentia-
lis, & proprie, illa impugnat. Hec
definitio debet explicare essentia
propria qualitatis ut sic; sed qua-
litatis ut sic non est perficere tan-
cum in existendo, cum hoc quanti-
tati, & sex ultimi predicti elementis.
Carne autem in agendo: cu hoc
non a qualitatibus, ut sic; sed qualita-
tibus in specialisti proprium: ut vi-
dere est in potentia, & habitu; ergo
hec definitio male explicat essen-
tiam qualitatis ut sic.

3. Quare Pater Hurtado disp:
13. scđt. 1. §. 4. sic descriptio qual-
itatem qualitas est accidentis absolu-
to, à quantitate distincta. Hec
etiam displicet Complutensioue:
et quia sex ultimi adaptatur pre-
dicamentis: tu n. quia non bene de-
finitur hanc per hoc quod sit
axiomad distinctione à leone: etū spe-
cialiter quia per negationem ad
essentiam essentialiter non subsi-
ditur n. nos bene explicatur esse-
tiae recipiencia: tu n. denique quia
ignota minet propria qualitatis
ut sic expresso.

4. Propter huc aliqui quos su-
pressum nomine citat Moderni, al-
ferunt, qualitatem esse accidentis, quod
convenire cōposito ratione forme. Etia
displicit: tum quia ut dicit in lib.
1. de genera. q. 3 per eorum etiam
quod ita conuenit eo in cōsisto-

tione formæ: tum quia etiam si
admittamus quantitatem conve-
nire cōposito ratione materia, adhuc non valet admitti: nam in
eali causa etiā figura, quæ qualitas
est, conueniret cōposito ratione
materia: tum denique quia sex ul-
ti in prædicamenta conuenient cō-
posito non ratione materia; sed ca-
rione formæ.

5. Vnde alij Moderni ex do-
mesticis defendunt qualitatem tri-
buere substantie estimabilitate,
seu dignitatem. Non placet nam
vel loquuntur de estimabilitate
morali; vel de phisica: non de pri-
ma: nam quamplutim sunt qua-
litates, quæ solam physician tri-
buant estimabilitatem: ut videre
est in albedine, colore, figura, &c
alijs: non de secundanam qualitas,
& sex ultima prædicamenta etiā in
tribuant dignitatem, & estimabi-
litate phisicam.

6. Videntes huc tam diversa
placita, Thomistæ assertunt cum
pluribus ex ierapicida schola que-
litatem esse accidentis prædicatum, fer-
modicari cum jubilante: nict, esse
accidens, quod tribuit partes sub-
strutio, vel quo tribuit modum;
in sensu, quo Hispani dicunt; no-
tione modo in his, quæ agit, vel di-
cit: sic Carmelitæ in praesenti. Sed
nec in primo, nec in secundo sensu
placet: non in primo: nam vel lo-
quuntur de partibus entitatis, vel
de illis, ut extensis in ordine
ad se, vel de intensione graduall
de entitatis non mā substâcia ut
sic abstrahit à materiali, & spiri-

reali; in qua talis non reperitur compositione: non de ipsis ut extensis: nam hoc proprium est quantitatis: non de intensione graduali: quia haec non conuenit triangulo: utique quis ut dixi cum omnibus in littera Magistri: triangulus non admittit intensiōnem; ergo quantitatis si non conuenit tribuere partes substantias, quod proprium dispositionis est: ut constat ex Philosopho, & ex diuo Thoma. s. Metaph. &c. 20. Non in secundo: tum quia non solum qualitas; sed situs, & alia praedicationēta tribuunt substantiae modū: tum quia trihaere modū in praesenti accipitur ab his Doctoribus pro hoc, quod est tribuere partes, quod triangulo; (ut dixi) non conuenit.

7. Dices cum Complutensibus: haec figura trianguli non ordinatur, nec disponit partes ipsius in ordine ad locum: quia hoc proprium est situs; tam illas ordinat in ordine ad se; ita ut sit ratio quare haec vniatur illi, & non alteri; ergo triangulus vere ordinatus, & dispositus. Videntur inconsequenter loqui: nam in praedicamento quantitatibus Doctores cū communī cōsensu defendebant essentiam quantitatis, seu extensionē in ordine ad se, considerare in hoc quod corpus habeat partes ordinatas in ordine ad unionem, seu in ordine ad se: & nunc huc effectum tribuunt figura: quare essentia quantitatis ut sic nullis ex his descriptionibus explicatur; sed implicatur. Hac dixi quia omnes hi Do-

ctores propriū sequentes dictamen, reciepiunt regale Aristotelis ingenii, quod in naturalibus debet omnibus anteponi. Vnde licet verum sit quod Aristotelica descriptio non seruet in omnibus omnes regulas recte definitionis; tam seruat omnes quas materia permittit: & ideo in re tam ardua,

§. III.

R. solutio questionis.

8. **L**ibenter adhæco Aristotele descriptioni. Sed antequā passus Philosophi magistros rationis luce sequanur: nota ex Aristotele. s. Metaph. tex. 16. & ex Diuo Thoma in eodem loco. le. &. 16. qualitatem aliquando significare differentiam essentialem cuiuslibet rei sine substantiali, & sine accidentiis: in qua acceptione fuit qualitas accepta à Porphyrio cap. de differētia: aliquando vero significat omne accidentē praedicamentale: in qua acceptione omne accidentē praedicatur in quale substantia: aliquando vero significat genus generalissimum huius praedicamenti, vel formam: per quā respōdere debemus ad questionē factum de quali: nam si inquiras qualis sit Paulus? non te cōtē respōdebis: esse quantum; esse alieubis; esse relatum; esse in tempore: bene etiam esse libetalem, esse alib; esse studiosum: in hac ergo acceptione fuit qualitas in praesenti à Philosopho definita.

Disputatio septima Questio prima.

9. Nota secundo iolam speciem ex genere, & differentia essentia- liter constante posse recte defini- tione explicari; nō vero suprema genera; in quibus nō sunt exi- gendæ strictè regulæ recte definitionis: & sic solum valēt aliquali- ter describi.

10. His prælibatis sic probo cō- clusionem, esse etus formalis formæ ut immersus in materia est nobis magis notior, & perceptibilis, quam ipsa forma à materia abstra-cta; sed Philosophus in presenti explicauit cōceptum essentiale in qualitatibus per effectum formalem ipsius; scilicet, per hoc quod est qualificare subiectum; ergo nobis descripsit essentiam qualitatis ut sic eo modo quo ex se est à nobis magis perceptibilis.

S. I V.

Obijciones aliquæ.

11. **O**bijciones primo. Hæc defi- nitio r̄que ignota vide- tur, ac definitum sc̄cum idem defi- niatur per seipsum; ergo hæc defi- nitio non est admittenda. Respo- detur negando antecedens: nam licet verum sit, quod abstractum ex se sit magis notius, quam con- cretum: nihilominus quoad nos concretū est magis notius: & ideo non idem perse ipsum, sed abstractum nobis ignotius, per concretū nobis notius in præsenti descripsit.

12. Replicabis. Quale non va- let cognosci absque eo quod prius

cognoscatur qualitas; ergo defi- nitur per ignotius, seu per id quod indiget explicacione. Responde- tur negando antecedens: nam (vt dixi) quo ad nos, quale est notius? & ideo valet qualitas per quale recte describi.

13. Obijciones secundo. In defini- tionibus non debet dari circu- lus; sed in præsenti Philosophus definivit quale per qualitatē; ce- go male definivit qualitatē per quale. Respondeatur concedendo maiorem: & minorem: & negādo coasequentiam: nam ad rationem propriā circuli opus est, quod ad invicem se explicit habendo se eodem modo: qualiter nō accidit in præsenti: nam Philosophus de- finivit qualitatē per quale, tan- quā per quid nobis notius; & qua- le per qualitatē, tanquā per quid ex se, & ex natura sui notius; & tanquam per quid post definitio- nes specierū notius: & ideo Phi- losophus non statini definit qua- le per qualitatē; sed post specie- rum definitiones.

14. Obijciones tertio. In hac de- finitione intrat definitum; ergo non est rigorosa. Respondeatur dis- tinguendo antecedens: intrat de- finitum eodem modo nego ante- cedens; diuerso modo cōcedo ante- cedens: & consequentiam: nam in definitione intrat ut pars con- creta: quo modo nō est definitum. Adde pro solutione omniū; quod in his descriptionibus que proprie- non seruat rationem definitionis, non sunt expostulande regulæ.

Aristoteles recte definitionis.

15. Obijcies quarto. Hæc est mala definitio: quantitas est quæ facit quantum; ergo & hæc: qualitas est, quæ facit quale. Respôdetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam prima definitio est mala: quia alio modo valet essentia quantitatis: ut sic clarius describitur: at vero essentia qualitatis ut sic alio modo non est definitibilis: & ideo talis definitio est exacta.

16. Dices. Ferè omnes qualitates sunt ordinatae ad aliquod extrinsecum: ut constat in intellectu, & voluntate; ergo valet in ordine ad illud amplius explicari essentia qualitatis ut sic. Respondetur: negando antecedens: nam licet quamplurimæ qualitates secundum ultimas expressiones dicant ordinem ad aliquod extrinsecum; tamen quam plurimæ nec secundum ultimas expressiones illâ dicunt. Quare cõceperas qualitatibus ut sic à talibus abstractis respectu: et ideo per ordinem ad extrinsecum non valet talis explicari conceperis. Etsi inquiras: quid qualitas ut sic respiciat? Respondeo solum recipere subiectum illud qualificando.

QVÆSTIO: II.

De qualitatibus species numeris
A Philosopho numeratae:
Ciquonodo inter se distinguntur:

Prima explicatur species.

Aristoteles in præsenti quatuor specierum paria præfixit: nunc de illis sigillatim disputare decrevis & primo de prima; videlicet de habitu, & dispositione. Pro cuius captu nota, quod licet habitus, & dispositio sint à Metaphysicis varijs acceptioribus assumptæ; nihilominus in præsenti solum accipiuntur dupliciter: primo ut inter se genetice conuenient: in quo sensu in opia nominum hæc ratio genetica vocibus suarum specierum est promiscuè appellata à Philosopho in præsenti: quod valde speciale est in hac prima qualitatis specie: in hoc ergo sensu est sic definita à Philosopho. Metap. tex. 19. *prima species qualitatis est, secundum quam res bene, vel male se habent.* Secundo ut inter se differunt: in quo sensu habimus (secundum Philosophum) est quæras secundum quam res bene, vel male se habent difficile mobilis: dispositio vero est qualitas secundum quam res bene, vel male se habent facile mobilis. Nunc ergo quod difficultatis superest, est ictare, an in primo sensu essentia huius speciei generice accepta accipiantur in ordine ad subiectum, vel in in ordine ad operationem? & an in secundo hæc species; videlicet habitus, & dispositio inter se specifico, & essentialiter, vel solù accidentaliter differant?

Disputatio septima. Questio secunda.

§. 11.

Prima resalutur difficultas.

2. IN hac re prima sententia si-
seric primam speciem quali-
tatis ab habitu, & dispositione
abstractam per se primo respicere
operationem. Fundamentum hu-
ius est auctoritas Augustini. lib. de
bono nuptiali. cap. 21. vbi sic ait:
habitus est quo quis vivit: id est, quo
quis operatur; ergo essentia huius
speciei primus, & per se respicit
vivit, & operationem. Fauet huic,
auctoritas Philosophi. 2. ethic.
cap. 5. vbi dicit quod habitus est
quo bene, vel male operamur. Fa-
uet denique ratio non despicienda:
nam cum habitus sit propter po-
tentiam debet per se primo ordinari
ad finem potestem; sed potentia finis
est operatio; ergo & habitus
finis etiam est operatio.

3. Secunda sententia à Sancto
Dottore. 12. q. 42. a. 2. insinuata,
affirmat essentiā huius speciei de-
bere accipi in ordine ad esse, sicut
secunda in ordine ad operari: & sic
asserit per se primo respicere su-
biectum, & non operationem ins-
pectā à secunda qualitatis specie.
Fauet huic proloquium Philosophi
asserentis, prius est esse, quam
operari: Fauet etiā definitio Philo-
sophi, & denique quā amplius
qualitates ad hanc speciem spectā-
tes; que non operationem; sed es-
se respiciunt: ut constat in gratia
habituali, sanitate, pulchritudine,
& alijs; ergo hanc species debet

constitui per ordinem ad esse.

4. Sed hęc placita nec Philosophi,
nec Dīci Thomae sequuntur
mentem: & ideo tertia senten-
tia pro virtibus patrocinanda est;
que docet essentiam huius speciei
subalterne: que se habet ut ge-
nus ad habitum, & dispositionem
per se primo respicere conuenien-
tiam subiecti; nunc sit media qua-
litate ordinata ad operationem;
ut constat in habitibus operatiuis:
nunc media qualitate ad esse solū
ordinata ut constat in gratia: sa-
nitate. & alijs qualitatibus ad hęc
speciem per se primo spectatibus:
vnde hęc species per se primo nec
respicit actum operandi, nec actū
essendi; sed conuenientiam, vel dis-
conuenientiam subiecti; licet per
se secundo, & per modum medijs
conducentis ad conuenientiam.
subiecti respiciat in exercicio ac-
tus essendi, vel operandi. Constat
hęc nostra specialis assertio ex de-
finitione Philosophi Iōeo supra-
citato: vbi ait hanc primam speciem
esse qualitatem secundum quam subiec-
tum bene, vel male se habet; sed sic
est, quod qualitates spectantes ad
hanc speciem bene, & male affici-
unt subiecta medijs actibus essen-
di, & operandi; ergo per se primo
secundum Philosophum nec res-
piciunt actus essendi: nec operan-
di; sed conuenientiam, vel discō-
uenientiam subiecti.

5. Explicatur hęc ratio. Omnis
res respicit per se primo finem
sue inclinationis; & per se se-
cundo media conducentia ad finē
pro-

proprietate inclinationis; sed actus est sensi, & operandi conducunt in hac prima qualitatis specie ad conuenientiam, vel disconuenientiam subiecti; ergo conuenientia, vel disconuenientia subiecti est per modum finis inspecta: & actus ut media ad talē finē cōducētia, ergo per se primo solum respiciūt cōuenientiā vel disconuenientiā subiecti.

6. Per quod patet ad rationes dubitandi in favorem primae sententiae: nam ex eo quod potentia per se primo respiciat operationem per modum finis, non sequitur quod habitus ut spectans ad hanc primam speciem debet illam per se primo respicere; sed factus est, quod illam ut conduceat ad conuenientiam potentiae per se secundo respiciat, ut habitus à potentia sit dictatus. In hoc sensu debet exponi definitio Africani: nam licet habitus respiciat ipsum; tamē illam non per se primo, nec per modum finis respicit; sed per se secundum: & ut medium conduceat ad conuenientiam, vel disconuenientiam subiecti.

7. Per hoc etiam constat ad rationes dubitandi pro secunda sententia adductas: nam qualitates non respiciant absolute proprium esse; sed ut conueniens subiecto.

8. Dices acutē satis. Habitūs operatiūs ut talis per se respicit operationem: cum secundū Philosophum secundū de anima ab illa specificetur, ut est in ordine ad obiectum; ergo falso nunc assertis cōtra Philosophum, & cōtra cō-

munem Philosophi cōsenīum, quod solum per se secundū respicit operationē. Pro solutione nota, quod habitus operatiūs potest bifarie accipi: primo ut reduplicatiū operatiūs: in qua acceptatione procedit obiectio, & in qua libenter fateor per se primo respicerē operationem; sed ut sic nō ad hanc primam qualitatis speciem directe spectat; sed ad secundam in directe propter diuersum modum respiciēdi operationem: Secundo ut cōvenit cum alijs rebus spectabilibus ad hanc primam speciem: & in hac acceptione non est reduplicatiū; sed specificatiū tamē operatiūs: cum hæc ratio in alijs qualitatibus ad hæc speciem spectabilibus, non innenatur; & in hæc acceptione non per se prius; sed per se secundū respicit operationem: cum illam respiciat, ut ordinatam ad conuenientiam, vel disconuenientiam subiecti: nec hoc est speciale in habitu: nam calor, & frigus spectant ad tertianū speciem: ut sunt termini alterationis: & ad hanc ut conuenientes, vel disconuenientes subiecto.

S. III.

Secundā refutatur difficultas.

9. **A**D secundam accedēdo difficultatem dico contra Scotum: habitūm esse essentialiter, & specificē distinctum à dispositione. Contrariam tenet probabilitas Divus Thomas. q. 7. de malo a. 2. ad. 4. sed. 12. q. 49. a. 2. ad. 3. recta-
et auit

Disputatio septima. Questio secunda.

Et aut illam, & nostram defendit.
Sed antequam nostra resolutionis
rationem proponam; obserua pri-
mo Scotum cōpositam defendē-
tem sententiam non negare habi-
tum spirituale distinguī specificē
à dispositione corporali: & simili-
ter habitum, & dispositionem res-
piciētes diuersa obiecta: & deni-
que habitum habente in rationem
actus primi, & dispositionem ra-
tionem actus secundi; sed negare
habitum, & dispositionem distin-
guī essentialiter per hoc quod ha-
bitus sit difficile, & dispositio fa-
cile mobilis à subiecto: in quo
etiam sensu afferit nostra conclu-
sio cum communi Thomistarum
schola distinguī specificē.

10. Obserua secundo, quod fa-
cile, & difficile mobile valent su-
biecto duplicitate conuenire: pri-
mo ratione subiecti: non aliter ac
in opinione plurium conueniunt
passioni, & passibili qualitatib; nā
si in secundo modo statim expli-
cando conuenirent iste rationes
passioni, & passibili qualitatib; abs-
que dubio non ad tertian; sed ad
hanc speciem: secundo
ratione sui, & non ratione alicuius
subiecti, seu conditionis indi-
vidualissim quo sensu datur in ha-
bitu, & dispositione; (teste Diuo
Thoma loco supra citato) & in
hoc sensu denotat̄ intra prædicamen-
tum qualitatis essentialē dis-
tinctionē. Notāter dixi denotant
distinctionē; & nō causant forma-
līcer distinctionē, intra prædicamen-
tum qualitatis: nam facile, &

dificile mobile non sunt differē-
tia per se spēctantes ad prædi-
mentū qualitatis; sed ad motum,
actionem, vel passionem: attrauen-
i ipsa si ex le qualitatibus conueni-
unt, designant essentiales distinc-
tias intra prædicamentum quali-
tatis.

11. His obseruat̄ probatur
primo conclusio. Implicat quod
eidem rationi conueniant prædi-
cata opposita; sed esse ex natura
sua facile, & difficile mobile à su-
biecto sunt prædicata opposita;
sicut sunt rationale, & irrationale;
ergo iste differentiae sunt essentia-
liter distinctæ. Confirmatur, esse
qualitatem ex natura sua diu per-
manentem; & esse qualitatem ex
natura sua facile transiūtem sunt
signa distinctionis essentialis; sed
habitū est qualitas, quae ex natu-
ra sua postulat permanentiam; &
dispositio est qualitas ex natura
sua exigēs permanentiā parvam;
ergo sunt qualitates essentialiter
distinctæ.

12. Secundo probatur: nam si
habitū, & dispositio solū distin-
guerentur secundū maiorem, vel
minorem perfectionem conuenien-
tem rei iuxta diuersos status, non
daretur dispositio, quae ex natura
sua non posset peruenire ad statū
habitū; sicut non datur puer, qui
ex natura sua nō possit peruenire
ad virilem statum; hoc tamen est
falsum; ergo & quod distinguat
tantum accidentaliter secundum
maiores, vel minores perfectio-
nes. Minor probatur: nam iuxta

com-

communem sententiam actus vitales immanentes sunt dispositio-
nes animi; huiusmodi autem non possunt habere ratione habitus;
quia ex natura sua nunquam pe-
tut di p permanere in subiecto: ut
patet in volitione, & alijs simili-
bꝝ quꝝ licet perfectissime sint, &
maximam habeant intensionem, fa-
cile dimouentur à subiecto; ergo
non omnis dispositio trāsit ex na-
tura sua ad statum habitus.

13. Si autem inquiras: unde
proueniat habitus esse qualitatē
ex natura sua difficile mobilem à
subiecto: & dispositionē esse qua-
litatem facile mobilē à subiecto.
Respondeo, quantum ad corporis
dispositiones, rationem esse: quia
ex natura sua pendent ex causis
corporalibus, quꝝ facile mutatur
à subiecto. Hanc rationem tradit
D. Tho. 1. 2. q. 50. 2. 1. in corp.
& in solat. ad. 2. & quantum ad dis-
positiones animæ, rationem esse:
quia animæ dispositiones, videli-
cer, actus vitales habent essentia-
liter rationem actionis; quꝝ sapi-
unt titulum motus; & cum motus
in fluxu, & tendentia consistat, &
facile dimoueatur à subiecto: quia
nunquam illius partes permanēt;
ideo actiones immanentes facile
ex natura sua dimouentur à subie-
cto; nī per accidēs, & ratione su-
biecti aliter contingit evenire.
Quod ratio nō habet locum in hi-
bitibus: nam habitus, cum sit faci-
litas, quꝝ tribuitur potentia ad
operan. lūm, ideo imitatur natu-
ram potentia, quꝝ ex se permanē-

tiam importat.

§. IV.

Aliqua obiectiones.

14. **N**ihilominus insorges pri-
mo ex Aristotele in hoc
capite: ubi ait: dispositionem faci-
lē dimoueri à subiecto, si non trā-
sit in rationem habitus; ergo dis-
tinguitur accidentaliter; sicut per-
fectum, & imperfectum: alijs nū-
quam transiret in habitum; sicut
nūquam transit irrationale in ra-
tionale. Respondetur Philosophū
in præsenti nō astrarere dispositio-
nem trāsire in habitum per se, vel
in habitum secundum tem; sed so-
lum in habitum per accidens, vel
secundū modum: nam vt. benē ad-
vertit Fonseca. 5. Metap. cap. 14.
Aristoteles non dixit dispositionē
hieri habitum; sed posse vocari ha-
bitum: n̄ hoc est, posse vocari habi-
tu similitudinari, & per accidēs
propter diuturnitatem; quam ac-
quitit ratione subiecti.

15. Insorges secundo. Effectus
est imitatio causæ; sed causa ha-
bitus, est actus ex se cito transiēs;
ergo habitus ex se non est diffi-
cile mobilis. Primo respōdetur ne-
gando actum esse causam, quam
habitus debet unitare: nam causa
principalis habitus, cui effectus
debet assimilari, non est actus; sed
potentia ex se permanēs, quꝝ me-
dio actu, tāquam media causa ins-
trumentali, cui effectus non debet
assimilari, producit habitum, Se-
cunda-

Disputatio septima. Questio secunda.

cundo responderetur actum solam esse causam in fieri, nō vero in cōseruari; & sic non bene procedit argumentum à minimā permanētia cause in fieri, ad minimā permanētiam effectus; si alias causa in cōseruari est permanēs: ut cōstat in figuris artificialibus, que motu, aut compressione perficiuntur: diu enim permanent, etiam si motus, & compressio facile transeant.

16. Insurges tertio. Passibilis qualitas est saltim accidentaliter difficile mobilis; ergo habitus ex se nō est difficile mobilis: quia quod alicui cōuenit accidētaliter, per se non valet alteri cōuenire: nec è contra: ut constat in rationalitate. Respondeatur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam ratio constitutiva habitus nō est quod sit difficile mobilis per accidens; sed per se: quōmodo nec per se nec per accidens conuenit passibili qualitati, nec dispositioni.

17. Insurges quarto. Habitus opinionis, & erroris sunt proprie, & vere habitus: ut constat ex Dilio Thoma. i. p. q. 51. a. 3; & tamē non sunt difficile mobiles à subiecto: cum non habeant causas stabiles conuincētes intellectum; si-
cūt habet habitus scientia; ergo habitus ex se non est difficile mobilis. Respondeatur negando maiorem; propter rationem minoris: nā Dinus Thomas non assertit esse habitum secundum rem, sed solum secundum modum propter

tenacitatem intellectus, seu subiecti; & nō propter veritatem actus demonstrativi intellectum cōvincētis; & sic solum secundum modum, sicut dispositio, sunt difficile mobiles à intellectu, in quo subiectantur.

§. V.

Secunda explicatur species.

18. Pro huius intelligētia nostra primo potētiam bifarie usurpari: prīmo logice pro potentia obiectiva, quæ in non repugnantia ad habendum actu esse es-
tentiale consistit: qua ratione id quod non implicat, possibile nominatur: hęc nos repugnantia dicitur potētia, vel quia ad modum potentiae concipiatur, vel quia de-
nominantur res extrinsece possi-
bles à potentia productiva, quæ in prima residet causa. Secundo pro potentia physica, & reali, que in rebus reperitur; ratione cuius aliqua entitas dicitur potens recipere, aut producere aliam entitatem. unde dividere possumus hanc physicam potentiam in ac-
tivam, & passivam: potentia passiva est aptitudo ad recipiendum:
ut materia prima dicitur habere potentiam ad formam: quia habet aptitudinem ad recipiendam formam: potentia vero activa est aptitudo ad agendum: ut potentia intellectuā hominis dicitur potentia activa: quia est virtus intel-
lectionis productiva: & hęc etiā sub-

subdiuidi valet in potentiam remotam, seu radicalē, & in proximam, seu formalē: remota, seu radicalis dicitur primum principiū, seu prima radix operationis: proxima, seu formalis est virtus quæ tribuitur radicali principio ut proximè sit potēs operari: ut respectu intellectio[n]is humanae remotum, seu radicale principiū est homo: proximū vero, seu formale est intellectus humanus. Questio igitur non procedit de potentia obiectiva: nam cum in nō repugnātia consistat, non spectat per se ad aliquid prædicamentum: nec procedit de potentia materiali, & passiuā: quia hæc nō pertinet determinate ad hoc prædicamentū; sed reperitur in prædicamento substantiæ: ut de se patet; & in prædicamento quantitatis, in quantum quantitas est forma, qua mediante plurimā accidentia recipiuntur in substantia: nec procedit de potentia operativa remota, seu radicali: quia fere semper radix, & origo operationis est substantia: procedit ergo questio de potētia operativa proxima, & formalis, quæ semper est qualitas constituentis subiectum proximè potens operari.

19. Nota secundo, quod impotētia valet etiam dupliciter accipi: primo pro parentia potētia, quomodo ad nullum valet spectare prædicamentum: cum mera negatio non valeat contrahere rationementis positivi in decem prædicamentis diuisam: secundo pro-

Tom. 2.

principio debili ad agendum: in quo sensu potētia visuā senis impotentia dicitur: in hoc ergo secundo sensu procedit difficultas.

20. His prælibatis dico potentiam solum esse ab impotentia accidētaliter: ab alijs vero qualitatibus speciebus essentialiter distinctā. Est cōmuniſ inter Doctores uno, aut altero excepto existimatibus Aristotelem nomine potentia intelligere potentiam formalē productivam; & nomine impotentia materialē, & passiuā: quæ explicatio aliena est à mente Auctoris, & à veritate: quia ut ex se constat potentia passiuā non pertinet determinatè ad hoc prædicamentum: cum hoc substantiæ, & quantitati etiam conueniat.

21. Hoc supposito probatur prima conclusionis pars. Potētia secundum Philosophum 3. de anima distinguuntur per actus; sed actus potētia, & impotētia nō differunt essentialiter: cum actus potentia visuā pueri, & senis nō sint essentialiter, sed solum accidentaliter distincti; ergo nec potētia, ab impotētia est essentialiter distincta.

22. Secundò probatur eadē pars: nā impotentia, & potentia solum distinguuntur in quantum hæc ægræ, & cum difficultate proprium munus, & operationē exercet; illa verò debite, & perfecte exercet propriam operationē; sed hæc distinctio est accidentalis tantu[m]: ergo inter se non obtinet essentialē distinctionem. Minor probatur:

Q

ea

Disputatio septima Quæstio secunda.

eadē potētia impedita aliqua qua
litate cōtraria, aut propter partū
perfectionē ægrē, & cum difficultate
propriā exerceat operationē;
& eadem potentia expedita, & li-
bera, cū debitā habeat perfectio-
nē debite exerceat propriam ope-
rationē: igitur supradicta distin-
ctio solum est accidentalis. Con-
firmatur: nā impotentia ad operā-
dum cōuenit entitati, vel accidē-
taliter, & ratione alicuius extrin-
seci; vel essentia liter, & ratione sui-
si primum habeo intentū: videlicet,
quod non distinguitur essen-
tialiter à potentia: si secundum:
ergo talis impotentia, seu inepti-
tudo ad operandum, cum in ne-
gatione consistat, non contrahit
genus qualitatis, quod essentiali-
ter est positivum; ergo impoten-
tia non coalescit essentialiter ex
tali ineptitudine.

23. Secunda pars probatur. Potē-
tia, & impotentia per se primō ref-
piciunt operationem; sed hoc nō
conuenit alijs: nā si alicui deberet
cōuenire, maximē habitui opera-
tioꝝ, vt talis; sed in hac acceptione
(vt dixi supra) nō ad primam, sed
ad hanc spectat specie; ergo potē-
tia, & impotentia essentialiter ab
alijs qualitatis speciebus distin-
guuntur. Confirmatur. Substātia
immediatē non est operatiua: vt
constabit ex dicendis in philoso-
phia lib. 2. disp. 4. q. 2. per totā;
sed per solam potentiam, aut im-
potentiam constituitur proximē
potens operari: igitur potētia, vel
impotentia est species ab alijs qua-

litatis speciebꝝ essentialiter distin-
cta. Minor probatur: nā habitꝝ, &
dispositio per se primō nō cōstitu-
uit subiectum potens ad operan-
dum; sed determinant potentiam
disponendo illam benē, vel male,
vt late dixi sup. §. 2. à n. 4. vsq; ad
8. inclusives & similiter forma, &
figura non sunt qualitates opera-
tinge: cū quantitatē cōlequātur:
nec etiā passio, & passibilis qual-
itas, sunt de linea operatiua: cū po-
tius habeant esse per operationē:
& dicantur termini; & nō princi-
pia operationum; ergo substantia
per solā potentia, aut impotentia
constituitur proximē potēs in or-
dine ad operationē; ergo natura
potētia, & impotentia est speci-
ficē distincta à natura aliarū spe-
cierū: cūm proprium munus hu-
iūs speciei sit ab alijs aliarum es-
sentialiter distinctum.

24. Dixi in hac solam acceptione: nā
in alijs certum est habitum distin-
gui à potētia: quia hec est ad sim-
pliciter posse; & habitus naturalis
solum ad faciliter posse: & simili-
ter potētia est ab essentia per ema-
nationē; & habitus supernaturalis
non est per emanationem, sed per
infusionem à Deo: etiam si super-
naturalē cum potentia conueniat
in hoc quod est tribuere subiecto
simpliciter posse.

§. VI.

Obiec̄tiones resolutioni obstantes.

25. O Bijc̄ies primō: facile, &
difficile mobile à subiecto,

De speciebus & distinctione qualitatis? 122

25. distinguunt essentialiter habitum, & dispositionem; ergo perfecte, & imperfecte agere debent distinguere essentialiter potentiam, & impotentiam. ¶ Respondetur concedendo antecedens: & negando consequentiam: nam illæ differentiae conueniunt habitui, & dispositioni ex se; at vero istæ conueniunt potentiaz, & impotentiaz ab extrinseco, ex debilitate subiecti, aut ex praua, vel contraria dispositione.

26. Obiecties secundo. Facile, & difficile dimoneri à subiecto, aut quod id est, habere magnam, aut parvam permanentiam in illo, sunt signa distinctionis essentialis: ut constat ex supradictis; ergo facile, & difficile exercere operationem, erunt etiam signa distinctionis essentialis: quia non est maior ratio vius quam alterius: nā sicut prima conueniunt habitui, & dispositioni ex se, & ex natura sua: ita & secunda potentiaz, & impotentiaz; ergo haec possunt esse signa essentialis distinctionis.

Respondetur negando consequentiam, & paritatem rationis: ratio discriminationis est notoria: nam a grè exercere propriâ operatione nunquam conuenit potentiaz ex natura sua; sed ratione alterius extrinseci impeditis, vel ob defectu virtutis: ut patet discurrendo per omnem potentiam: vnde regulariter Metaphysici asserunt, quod ager naturale non impeditum statim producit effectum, quem potest prestantissimum: ceterum aliqui-

bus qualitatibus ex natura sua conuenit facile, aut difficile dimoueri à subiecto: vt diximus de habitu, & dispositione: & ideo hæc, & non illa sunt signa specificæ distinctionis.

27. Obiecties tertio. Mollities ex natura sua a grè resistit sectioni, & durities ex natura sua facile resistit; sed durities dicitur potentia ad resistendum, & mollities, potentia; ergo potentia, & impotentia essentialiter distinguuntur: cum huiusmodi qualitates essentialiter distinguantur; & altera ex natura sua facile resistat; alia vero solù a grè, & cū difficultate. ¶ Respondetur negando maiorem quoad primam partem: nam res mollis nō resistit a grè, & cum difficultate sectioni, quia mollis est; sed quia habet adiunctionem aliquam duritatem, saltim in statu imperfecto; quæ ratione status, & ob contrariam qualitatem, quæ ex natura sua facile cedir, a grè, & cum difficultate resistit: quod ex se contat: nam mollities non datur ad resistendum sectioni: alias res valde mollis, valde resisteret: quia impossibile est intelligere augmentum in principio, & quod huiusmodi augmentum sit causa decrementi in operatione.

§. VII.

Tertia explicatur species.

28. Pro decisione tertia qualitatis speciei, scilicet passionis,

Disputatio septima. Quæstio secunda.

pane
sionis, & passibilis qualitatis, no-
ta, in præsenti speciem usurpari
pro qualitate sensibili, quæ est tē
minus alterationis. Vnde quali-
tas ex subita, facili, & cito tran-
seunte alteratione producta, vt
pallor ex metu, & rubor ex vere-
cundia, nuncupatur passio; pro-
ducta vero ex permanente alte-
ratione: vt naturalis color, passi-
bilis appellatur qualitas.

29. Hoc supposito dico passionē,
& passibilem qualitatem inter se
distingui accidentaliter, ab alijs
vero essentialiter. Secunda pars
probatur: nam solum istæ quali-
tates habent immutare hoc mo-
do sensum; ergo istæ sunt ab alijs
essentialiter distinæ.

30. Prima pars probatur primo:
exemplo adducto ab Aristotele
in textu huius capituli: nam color
rubeus ex verecundia causatus nō
distinguitur essentialiter à colore
rubeo à natura innato; sed primus
color dicitur passio; & secundus
passibilis qualitas; ergo passio so-
lum accidentaliter à passibili dif-
tinguitur qualitate.

31. Probatur secundo: nam ci-
to transire, & diu durare sunt dif-
ferentiae accidentales intra præ-
dicamentū qualitatis, quando ip-
sa formæ illas non exigunt: sed istæ
formæ sensibiles immutantes
sensum non exigunt ex se perma-
nentiā, nec transitum: cum pallor
causatus ex ægritudine absq; ali-
qua mutatione intrinseca træseat
ad rationem passibilis qualitatis;
ergo istæ species inter se solum

sunt accidentaliter distinctæ.

32. Tertio probatur: nā qualitas
quæ ex natura sua cito transit ab-
solutè denominat subiectum: vt
patet in intellecione, & volitio-
ne; sed passio secundum Aristote-
lem ab solutè non denominat sub-
iectum: quia cito transit: ergo hu-
iusmodi status, & patua mora ac-
cidentaliter conuenit passioni.

33. Dices: nam vt constat ex
textu Philosophi, qualitas est
forma à qua denominamur qua-
les; sed à passione absolutè non
denominamur: vt constat ex e-
odem Philosopho; etgo passio nō
est qualitatis species.

34. Pro solutione huius obiectionis
notandum est, quod vt aliqua for-
ma absolutè denominet subiectum,
non sufficit, quod inhæreat subiec-
to, & quod ei tribuat proprium
effectum formalem; sed ultra hoc
requiritur quod non exceedatur à
contraria forma in intentione, &
perfectione: vt constat in subiecto
caloris; quod absolutè nō deno-
minatur calidum, quando habet
frigiditatem magis intensam; sed
absolute denominatur frigidum:
imò quando qualitates opposi-
tæ adquantur in intentione, sub-
iectum non accipit denominationem
ab aliqua illarum; sed tribui-
mus denominationem aliquā sub-
iecto, qua significamus utramque
qualitatem esse in subiecto secun-
dum tantā intentionem: vt in su-
pradicte exemplo; quando subiec-
tū habet calorem, & frigidita-
tem in eodem gradu, non deno-
minatur

minatur calidum, aut frigidū absolute subiectū habeat calorem, & frigiditatem; & in re sit calidū, & frigidū: quia impossibile est formam esse in subiecto, quin tribuit illi proprium effectum formalem: imo aliquando absolute non tribuimus denominationē propter imperfectionem status; etiam si predicatum essentialiter conueniat subiecto: ut puer propter imperfectionem status non dicitur absolute homo.

35. Hoc prænotato ad obiectiōnem respondeatur negando consequētiā: nam licet verū sit, quod à passione subiectū non denominatur absolute propter imperfectionem status; tamen vere, & proprie denominatur: ex hoc autē quod absolute non denominatur subiectū à passione, non sequitur, quod non sit qualitas: nā quādo Aristoteles docet qualitatem esse formam à qua denominamur quales, est intelligendus de denominatione vera, & propria nō verò de absoluta, quæ tribuitur subiecto absolute propter perfectum formē statū. Sed est aduertēdum, quod quando dicimus maiore, aut minorem durationem conuenire passioni, & passibili qualitati per accidens, non intendimus omnem qualitatē sensiblē per accidens habere maiorem, vel minorē durationē: nam aliquæ sunt qualitates sensibiles, quæ ex natura sua postulant patuam durationem: ut sonus: ceterum licet huiusmodi qualitates essentialiter distinguā-

Tom. 2.

tur à reliquis, tamen non participat essentialiter quidditatem passionis: quia tunc qualitas, est & citetur passio quando per accidētes, seu ratione alterius patuam habet durationem.

§. VIII.

Quarta explicatur species.

36. Pro quarta qualitatis specie, quæ forma, & figura non minatur; nota quod in præsenti forma nō accipitur pro forma substantiali, nec pro omni accidenti, quod forma subiecti dicitur; sed pro modo, seu dispositione quantitatis, à qua resultat in quantitate denominatio formoli, vel difformis: similiter figura non sumitur in præsenti pro signo, aut imagine; sed pro quantitatis termino.

37. Hoc præmissō dico formam, & figuram ab alijs essentialiter, inter se vero solum accidentaliter distingui. Prima pars constat ex notabili: nam solum hæc qualitas est terminus, modus, seu dispositio quantitatis; ergo hæc est ab alijs essentialiter distincta. Secunda probatur: eadem forma quæ à Mathematico appellatur figura, à Philosopho appellatur forma: nam figura dicitur, quatenus consideratur ista quantitatis dispositio ut abstracta ab alijs accidentibus sensibilibus: & forma, quatenus consideratur cum alijs accidentibus sensibilibus; ex quibus

Q3

cum

Disputatio septima. Questio secunda.

eum illa resultat denominatio formosi, vel disformis: vel ut vult Dominus Thomas. 7. Physic. le&. 5. forma significat figurā artificialem, ut domus, curris; figura vero omnem alium modum, seu dispositionem partium quantitatis; ergo inter se non sunt essentialiter; sed solum accidentaliter distinxeruntur.

38. Dices. Figura est terminus quantitatis; sed terminus reducitur ad speciem illius, cuius est terminus; ergo figura non spectat ut species ad qualitatis praedicationem. Respōdetur quod licet in hac acceptance sit quid incompletū, & imperfēctum reductiuē spectas ad praedicamentum quantitatis; tamē ut contrahit rationem qualitatis ut sic, valet per se, & directe spectare ad qualitatis praedicamentum: non aliter ac in nostra opinione, oratio est species quantitatis discretæ: quia illam directe participat; etiam si rationes constitutiæ illius, ut existent, & mox di alterius speciei spectet reductiæ ad aliam speciem.

39. Pro adæquata huius speciei intelligentia nota, quod in præsentis figura non accipitur pro dispositione partium in ordine ad locū, sed pro dispositione partiū in ordine ad se: ratio est: nam illa constituit praedicamentum situs;

hæc vero hæc quartam
qualitatib[us] speciem.
(?)

QVÆSTIO. III.

An divisione ab Aristotele tradita sit adæquata?

§. I.

Varij modi defendendi adæquationem huius divisionis imponuntur.

I. **L**icet ab omnibus hæc divisione ut adæquata, & legitima amplectatur; tamen non omnes eodem modo illius explicant sufficiētiā: nā Simplicius in hoc capite probat huins divisionis adæquationem hoc modo: nam omnis qualitas vel est naturalis, aut aduentitia; si aduentitia constituit primā speciem qualitatis: quia omnis habitus, & dispositio aut nostris actibus acquiritur, aut aduenit ab extrinseco: si naturalis, aut est operatiua, vel nō: si operatiua, constituit secundam qualitatis specie; scilicet potentiam: si non est operatiua, aut reperitur in extrema parte quantitatis; videlicet in superficie; & tunc constituit quartam qualitatis speciem, scilicet figuram: aut reperitur in subiecti profunditate; & tunc constituit tertiam qualitatis speciem, scilicet passionem. Hæc modum defendendi hanc divisionē rejecit D. Thom. i. 2. q. 49. a. 2. in corp. quia plurimi sunt habitus, & dispositiones non aduentitiæ, sed naturales: ut sanitas; & aliae qualitates,

tes, quæ disponunt subiectum in ordine ad esse: & etiam sunt plurimæ qualitates aduertitrix, quæ spe-
ciant ad tertiam, & quartam spe-
ciem: ut constat in figuris artifi-
cialibus; & in calore, aut frigidi-
tate, quæ ab extrinseco adueniunt;
ergo prædictus modus est rei cié-
dus, ut oppositus Diuo Thomæ,
& veritati.

2. Pater Suarez. disp. 42. Me-
tap. sect. 5. n. 9. & 10. approbat
prædictam diuisionem, ex eo quod
omnis qualitas recte disponit su-
biectum in proprio esse, vel in or-
dine ad operationem, quæ dispo-
nit ad esse; vel est modus qui con-
sequitur ad quantitatem; & tunc
constituit figuram: vel est forma
adueniens subiecto, ut recte illud
disponit, & ornet in proprio esse;
& tunc constituit passionem, seu
passibilem qualitatem; quæ dispo-
nit ad operationem; vel est ipsa o-
peratio, quæ constituit dispositio-
nem; vel est principium operatio-
nis, quod si formale sit permodum
potentia, constituit potentiam,
si vero superadditum tribuēs fa-
cilitatem, & determinationem,
constituit habitum. Sed hic mo-
odus exponēdi est expresse contra-
mentem Philosophi; qui non so-
lum operationes, & actus imma-
nentes; sed etiam qualitates, quæ
disponunt subiectum in ordine ad
esse appellat dispositiones: ut pa-
ret in exemplis ab ipso adductis:
imo Philosophus expresse nūquā
actus immanentes appellat dispo-
sitiones; calorem vero, & frigi-
dum.

Tom. 2.

tatem, & alias qualitates, quæ dis-
ponunt subiectum in ordine ad es-
se distincte, & clare enumeraat in-
ter dispositiones. Intuper hic
modus explicandi falsa nititur ra-
tionē: quia existimat omnem qua-
litatem recte disponere: cum ma-
nifestum sit opportūm.

3. Tertio aliqui sufficientiam
huius diuisionis explicant ex eo
quod qualitas est forma determi-
nans potentiam subiecti secundū
esse accidentale: aut ergo deter-
minat potentiam immanentem;
quæ non solum est receptiva, sed
etiam productiva formæ; & tunc
constituit primā speciem: vel de-
terminat potētiā mere passiū,
tribuendo subiecto virtutem, &
operationem; & tunc constituit
secundam speciem, scilicet poten-
tiā: vel determinat ut aliquid re-
sultans ex quantitate; & tunc co-
stituit quartam speciem, videlicet
figuram; vel absolutē determinat
potentiam materialem subiecti;
& tunc constituit tertiam speciem,
scilicet passionem, seu passibilem
qualitatem. Hic etiam explican-
di modus insufficiens, & inutilis
est: quia dispositiones non semper
determinant potentiam immanē-
tem subiecti: imo aliqui habitus
licet determinent potentiam im-
manentem subiecti, potētiā in ta-
li determinatione merē passiū se
habet.

§. 11.

Resolutio difficultatis.

4. **Q**uare his omisis dicendum
est cū Angelico Magistro
Q. 4 vbi

Disputatio septima. Questio tertia.

vbi supra qualitatem esse formam determinantem potentiam subiecti secundum esse accidentale; quæ vel determinat disponendo subiectum, & modificando illud bene, vel male actus essendi, vel operandi; & sic constituit primam speciem, scilicet, habitum, & dispositionem: vel determinat secundum actionem; & sic constituit secundam speciem, in quantum est principium per modum potentiarum operationum; vel secundum passionem: in quantum valet esse terminus alterationis propriæ dictæ; & sic constituit tertiam speciem; videlicet passionem, vel passibiliem qualitatem: vel denique determinat ut forma, quæ consequitur ad quantitatem; & sic constituit quartam speciem; scilicet formam, & figuram: & cum non sit excogitabilis alius modus determinandi potentiam subiecti, non datur alia species qualitatis ab assignatis distincta.

§. III.

Obiectio e militantes contra sufficiuntiam divisionis.

5. **O**bijcies primo. Sub prima qualitatis specie comprehendit Philosophus omnem qualitatem, quæ bene, vel male disponit subiectum; sed qualitates aliarum specierum etiam bene, vel male disponunt subiectum: ut constat in calore, & frigiditate,

quæ sunt qualitates tertiaræ speciei: ito idem Philosophus frigiditatem, & calorem in prima, & tercia specie qualitatis constituit; ergo membra huius diuisionis adiuicem se includunt; ergo prædicta diuisione est insufficiens.

Respondeatur concedendo maiorem: & negando minorem: nam qualitas constitutiva unius speciei, ut talis, nullatenus est alterius constitutiva. Vnde notandum est prædictam diuisionem non versari inter entites, sed inter formalitates; & sic eadem qualitas secundum diuersas rationes, seu formalitates potest constituere diuersas qualitatis species: ut vide re est in exemplo obiectiōnis: nam calor in quantum bene, vel male disponit subiectum, constituit primam speciem: & in quantum est sensibilis qualitas producibilis per veram, & propriam alterationem, constituit tertiam. Nec hoc est nouum in schola Thomistica; in qua eadem entitas motus secundum diuersas formalitates constituit primam actionis, & passionis genera; si ergo formalitates primò diuersæ, seu prædicant etorum constitutiæ valet adunari in eadē entitate; quid mirum est, quod adunentur in eadem etiam realitate formalitates, quæ sub eodē existunt genere?

6. Obijcies secundo. Qualitates supernaturales vere, & propriæ comprehenduntur sub diuisio, & non sub membris illud diuidentibus; ergo prædicta diuisione non

non est ad aquata. Antecedens probatur: nam gratia habituialis non continetur per se sub ea specie qualitatis: cum non disponat subiectum ad esse, vel ad operationem: similiter fides, & aliae virtutes supernaturales non spectant per se ad hanc primam speciem: quia non sunt dispositiones: cum ex natura sua diu permaneant: nec habitus: quia non tribuunt facultatem ad operandum; sed ut communiter docent Theologi requiruntur simpliciter ad posse: nec pertinet per se ad secundam speciem: quia licet sint virtutes operatiæ, non sunt tamè operatiæ per modum potentiarum: cum illam presupponant: nec valent ad tertiam reduci: cum non sint qualitates sensibiles per veram abstractionem productæ: nec denique possunt esse sub quarta: ut ex se constat; ergo non omnis qualitas specifica sub diuisio comprehensa, spectat ad has qualitatis species.

¶ Respondeatur negando antecedens quoad secundam partem:

nam qualitates supernaturales, quæ habent rationem virtutis spectant per se ad primam speciem: cum sint virtutes determinantes potentiam, & bene illam disponentes: & ideo communiter appellatur habitus supernaturales: nam de ratione habitus in communi non est quod tribuat facilitatem: cum hoc tantum habitui conueniat acquisito, sed quod permanenter disponat subiectum bene, vel male: ad eandem speciem secundum Diuum Thomam spectat gratia habitualis: quia licet non sit vittus immediate operativa; compleat tamen, & determinat radicalem potentiam per modum virtutis radicalis ad esse supernaturale: & etiam bene disponit in ordine supernaturali; nunc sit media operatione; nunc medio actu essendi. Sed de his latè Theologi. 12. q. 50. vbi omnes uno ore defendunt gratiam habitualem, & omnes virtutes supernaturales ad primam, vel secundam qualitatis specie re speciem.

DISPV TATIO
O C T A V A
DE SEX VLTIMIS
PRAEDICAMENTIS.

N hoc capite Philosophus sex prædicamentorum naturas brevis numeravit stylo: docens actionem esse: ut calefacere: passionem: ut calefieri: esse situm: est habere positionem partium in ordine ad locum: ut sedere: ubi: præsentiam in loco: ut esse in foro: quando: in tempore: ut heri: habitum: modum resultantem in corpore vestito: ut esse armatum. Hac de littera textus circa quam sit

Q V A E S T I O V N I C A.

An sex prædicamenta sint forme absolute, & intrinseca?

§. I.

Sex prædicamentorum definitiones.

1. **P**hilosophus definitiones horum prædicamentorum prætermisit; & sic communis sensu vobis propono definitiones traditas à Gilberto Porretano; ut ad præsens descendantus certamen. Attis igitur est egressio ab agente, seu fieri termini et ab agente. Passio est receptio alteronis in passu. Ubi est præsencia ex adiacentia ad locum resultans. Situs est accidens, quo partes habent in loco hanc, vel illam pos-

sitionem. Ex his definitionibus colliges ubi esse realiter distinctum à situ; nam manente eodem situ, variatur ubi; & è contra: utique quia quando quis sedens curru trahitur acquirit nouum ubi, & seruat eundem situm. Quando est præsentia, in ordine ad tempus. Habitum est accidens de adiacentia vestimenti resultans in corpore vestito. His definitionibus suppositis: quod inquirimus est: an formæ horum prædicamentorum sint absolutæ, vel relatives; & an sint intrinsecæ, vel extrinsecæ?

§. II.

Prima partis decisio.

2. **H**is definitionibus premisis dico cū omnibus Thomistis:

misticis: sex ultima prædicamenta non esse relationes secundum esse, seu formas relativas; sed solum secundum dici, seu formas absolutas probatur. Philosophus cum communi Philosophorum consensu diuisit ens reale finitum in decem prædicamenta primo diversa; ergo sex ultima prædicamenta non sunt forme relativae secundum esse, sed forme absolute, relativae tantum secundum dici: alias omnia essent in prædicante relationis.

3. Dices. Hæc sex ultima prædicamenta non sunt absque existentia extrinseci connotati; sed hoc est proprium relationis secundum esse: cuius relatio secundum dici (ut dixi in prædicamento ad aliquid q.2. q.4.n.1 8.) valeat dari in ordine ad terminum non existentem ergo sex ultima prædicamenta sunt relationes secundum esse. ¶ Respondeatur concedendo maiorem: & negando minorem: nam licet verum sit, quod regulariter relationes transcendentales valeant reperiri in ordine ad terminum non existentem; & quod nulla prædicamentalis sit, nisi in ordine ad terminum existentem: tamen aliqua sunt relationes secundum dici, seu transcendentales, ita minimæ entitatis; ut non solum exposcant possibilitatem, sed etiam existentiam sui termini: ut sunt sex ultima prædicamenta.

§. III.

Secunda partis decisio.

4. Ad secundam nostræ difficultatis partem dico formas horum prædicamentorum constitutivas esse intrinsecas ex adiacentia ad aliquod extrinsecum desumptas. Est communis: & constat ex Diuo Thoma pluribus in locis: ubi loquens de sex ultimis prædicamentis, ait: hæc prædicamenta esse formas intrinsecas resultantes ex adiacentia, seu ex ordine transcendentali reperto in subiecto in ordine ad aliquod extrinsecum. Ratione ergo probatur. Denominatio extrinseca est in prædicamento, in quo est forma denominans; sed si vbi idemque dicendum est de alijs prædicamentis, esset denominatio extrinseca desumpta ex loco extrinseco. Esset in prædicamento quantitatis; & non constitueret speciale prædicamentum; ergo sex ultima prædicamenta non sunt aliquid extrinsecum; sed intrinsecum in ordine ad extrinsecum resultans. Confirmatur. Omne prædicamentum accidentis saltuum per modum prædicati transcendentalis participat inherentiam; sed denominatio extrinseca non dicit inherentiâ; ergo sex ultima prædicamenta non constituantur per denominaciones extrinsecas.

5. Dices. Diuus Thom. 3. Physis.

Disputatio octaua. Questio unica.

Sic. lect. 5. & 1. contra Gétes cap. 3. & 1. p. q. 110. art. 3. docet hæc ultima prædicamenta esse aliquid extrinsecum; & esse aliquid denominatum ab eo quod est extra ipsum; ergo nostra conclusio est Sancto Doctori opposita. ¶ Dico Diuini Thomam non asserere in his locis denominationes horum prædicamentorum esse absolute extrinsecas; sed non esse ita absolutas, ut nō sint in ordine ad aliquid extrinsecum; sicut sunt denominationes substantiarum, & quantitatis.

6. Inquires pro complemento: an istæ formæ habeant perfectionem rei, vel imperfectionem modis? ¶ Respondeo omnes habere perfectionem rei. Probatur: Omnis res constituens prædicamentum est perfecta, & completa; sed modus est quid incompletum, & imperfectum cū sit aliquid rei, essentialiter ad illam ordinatum; ergo

omnia hæc prædicamenta habent perfectionem rei.

7. Nota hæc prædicamenta regulariter vocari modos: quia assimilantur modis in aliquo accidentaliter; scilicet in hoc quod est nō posse nec diuinitus exilere sine proprijs subiectis; nō tamē in essentialiter; videlicet in hoc quod sint aliquid incompletum, & imperfectum in suo genere: ut est substantia intra genus substantiarum. 8. Dices. Actio est modus substantiarum; (idemque dicendum est de alijs quinque prædicamentis) ergo non obtinet perfectionem rei. ¶ Respondetur negando antecedens: nam actio nō est aliquid incompletum in genere substantiarum: & ideo non est substantiarum modus: etiam si propter suam minimam entitatem; & propter similitudinem, quam cum modis habet, valeat modus nuncupari.

D I S-

NONA ET VLTIMA DE POST PRAEDICAMENTIS.

C A P V T . I .

De oppositione.

1. IN primo postprædicamēto-
rum capite diputat Philoso-
phus de oppositione, & oppositis,
dicens: aliqua sunt opposita con-
tradictoriæ; alia priuatuè; alia
relatiuè; alia cōtrariæ. Oppositio
contradicторia est, quæ versatur
inter ens & negationem entis: ut
inter leonem, & non leonem. Pri-
uatiua est, quæ versatur inter for-
mam, & priuationem formæ: ut in-
ter visum, & cæcitatem. Relatiua
est, quæ versatur inter relationē,
& terminum: ut inter Patrem, &
substantiam genitam: Contraria
deniq; est, quæ versatur inter for-
mas, quæ sub eodem genere valde
distant, & ab eodem subiecto ma-
tuò se expellunt: ut inter albedi-
nem, & nigredinem.

2. Differunt tamen huiusmodi
oppositiones, quia contradicitoria
non requirit extrema in subiecto;
& à positione vnius in rerum na-
tura, ad destructionē alterius, est
legitima consequentia: extrema

tamen aliarum oppositionum re-
quirunt subiectum: nam priuatio
est carentia formæ in subiecto ap-
to & à positione vnius extremiti in
subiecto, ad nō esse alterius in eo-
dem subiecto, est legitima conse-
quentia: è conuerlo vero accidit
in oppositione relativa; nā à posi-
tione vnius extremiti in rerum na-
tura, ad positionem alterius, est
legitima consequentia: ut constat
in patre, & filio; & in alijs: extre-
ma vero oppositionis contrariae
valent esse in eodē subiecto ingra-
dibus remissis: ut constat in calo-
re, & frigiditate, quæ in gradibus
tepidis valent in eodem reperiti
subiecto; non tamen in gradibus
intensis; & licet debeat cōtineri
sub eodem genere, non tamen est
opus, quod sint sub immediato, &
proximo; sed sat est, quod sint sub
mediato, & remoto, & denique
contraria, & relatiua, differunt à
contradicitoria, & priuatiua; quia
primæ exiunt extrema positiva;

at vero secundæ solūm exi-
gunt vnum posi-
tivum.
(?)

Disputation nona. Cap. 234 & ult.

C A P V T I I .

De prioritate.

I. N secundo capite disputatur Aristoteles, de prioritate, dicens: *vnum esse prius tempore alio: quia est prius duratione. Secundo dicitur prius altero in subsistendi consequentia; quādō vnum sequitur ex alio; & non ē conuerso: vt duo, & vnum: bene ergo valet, sūr duo; ergo vnum: non vero ē contra, vnu à quo non valet, est prius in subsistendi consequentia. Tertiō ordine: vt prōemiu est prius enarratione. Quartō dignitate: vt Abbas est prior, ratione dignitatis, subditis. Quintō natura: vt causa actu causans est prioritate causalitatis, seu dependentiæ, effectu prior,*

C A P V T , I I I .

De Similitate.

Ir I N tertio capite explicat similitatem rerū, quæ ex prioritate

ritate valet intelligi: solāmq̄ nō eo, quod illa dicuntur simul natura, quorum vnu absque causalitate, & inserviū, infert aliud: & actu illa dicuntur simul natura, quæ & qualiter diuidant aliquod genus: vt rationale, & irrationale diuidunt animal.

C A P V T I V .

De modo habendi.

I. N quarto capite enumerantur modos habendi; primò dicitur aliquid habere formam; vt subiectum dicitur habere albedinem. Secundò habere illa, quæ sunt circa ipsum: vt Petrum dicimus habere vestem. Tertiò partes: vt totū dicimus habere partes. Quartò contenta: vt vas dicimus habere merū. Quintò possessa: vt Paulū dicimus habere diuitias. Ultimò dicimus habere vxorem, & amicum; qui modus habēdi maximè est impropus: cūm solūm significet coniunctionem aliquorum per pactum ex-trinsecum.

COM-

COMEN-

TARIA IN LIBROS POS-

TERIORVM ARISTOTELIS STA-

GYRITAE.

PRO O E M I V M .

1. **N**ON est in mente indagare modo omnia, quæ in primis cipio horum librorum loco proœmij præmittere solēt. Commentatores; hoc enim esset longissimā texere disputationem, & subobscurū tranare spatium: nunc solū, quæ cum breuitate clarissimam spargunt lucem præmittere decreui. Huius laboris proprium obiectum est demonstratio: nā (vt constat ex discursu logicæ) tota illa tendit, tanquam in proprium scopū, in veritatis cognitionē; dum ex notis ad ignota procedit: quare cū hoc opus Posteriorum pars logicæ sit, versabitur circa aliquem modum sciendi in particulari: sunt ergo tria instrumenta quibus omnis cognitio ex notis comparatur; videlicet definitio, diuisio, & argumentatio; & etiam omnes argumentationes ad syllogismum reuocantur, cuius species sunt tres, scilicet, Demonstrativus, Topicus, & Sophisticus: vnde cūn omnia, de quibus disputat Philosophus in hoc volumine, respiciant naturam Demonstrationis, (vt ex discursu constabit) sequitur, quod Demonstratio sit obiectum horum librorum: expresse docet hoc Aristoteles li. i. priorū. cap. i. & 4. vbi proponit se primò dictum de syllogismo in communī & postea in libris Posteriorum de Demonstratione. Hinc aperte liquet, quanta sit utilitas, & dignitas huins operis, cūn in eo explicetur perfectior modus sciendi species, quæ nobis deseruit ad scientificam comparandam cognitionem.

2. Hi libri nominantur de posteriori resolutione; quia disputatur de modo, quo conclusio resoluenda est in suas causas necessarias; appellatur autem posterior resolutio, respectu illius, qua conclusio resoluitur in bonam illationem, quam docent libri Priorum; ex quo illi de Posteriori, isti vero de Priori resolutione dicuntur. Ratio est manifesta; nam ut aliqua conclusio verè dicatur demonstrata, duo principaliter exigit; primò ut resoluti valeat in bona illationem; id est, ut collecta sit per bonam syllogizandi formā; secundò ut resoluti possit in suas causas, id est, ut præmissæ, quæ illam inferunt, sint illius causæ; & quia resolutio in formā bene syllogizādi vniuersalior est, quam resolutio in præmissas, quæ exerceat causæ manus sub forma bene syllogizandi; ideo libri, qui disputatur de forma syllogizādi bona dicuntur de priori analysi; libri vero qui agunt de determinata materia, seu necessaria, de posteriori dicuntur analysis.

LIBER PRIMVS POSTERIORVM.

1. PRimus Posteriorum liber, qui viginti Septem continet capita, in octo præcipuas diuidi potest partes, in quibus disputari possunt omnia, quæ subtiliter, (licet obscurè) tradit Philosophus. In prima, (quæ est à capite primo usque ad tertium inclusive) agit de essentia demonstrationis: in secunda (quæ est à capite quarto usq; ad nonum) de illius propria materia: in tertia, (quæ est in capite decimo) de peculiari modo demonstrationis: in quarta, (quæ est in capite undecimo) de forma demonstrationis: in quinta, (quæ est à capite duodecimo usque ad quartū dicimū) de eius cōtrario: in sexta, (quæ est à capite quinto decimo usque ad decimū nonū) quomodo in demonstratione nō detur processus in infinitū: in septima, (quæ est à capite vigesimo usque ad vigesimum secundum) de varijs demonstrationis speciebus: in octaua, & ultima, (à capite vigesimo tertio usque ad vigesimum septimum) de scientia, quæ est demonstrationis effectus.

An omnis scientia fiat ex praexistenti cognitione? 129

2. Latissimum sanè, prolixumque suscipere mus laborem, si singula, quæ in hoc opere docuit Philosophus, ad vnguem nostra examinaret sciendi cupiditas; sed hoc breuitas affectata non permittit; ut illora cum claritate proponam, & ad solas tres disputationes omnia, quæ à nobis de Posteriori resolutione dicenda sunt, reuocabimus.

DISPUTATIO PRIMA AN, ET QVID SIT DEMONSTRA- TIO IN COMMUNI.

1. **V**T in hac disputatione, quæ sunt certa non disputemus, scien- dum est, quod in illa nō loquimur de cognitione diuina, nec Angelicæ; quia sicut in illis, (ut communiter docent Theologi cum Diuo Thoma. i. p. q. 14. a. 7. & q. 58. a. 3.) detur demonstratio obiecti- ua, seu ex parte obiecti, in quantum in ipsis rebus cognoscunt effe- ctum esse talem, propter suā causam; tamen nec in Deo, nec in An- gelis est propriè demonstratio formalis, seu discursus: sed de cogni- tione humana, in qua, cum omni proprietate datur demonstratio, & discursus, ne diuinæ ex parte obiecti, sed etiam ex parte actuum.

QVAESTIO I.

An omnis scientia fiat ex praexistenti cognitione?
(. . .)

§. I.

In veterati referuntur errores.

1. **I**N hac parte: non sunt audi- endi Heraclitus, & Cratil- lus, qui (ut refet Aristoteles 4. Metap. cap. 5.) negabant scien- tias, & demonstrationes; ex eo quod existimabant totam rei na-

Tom. 2.

turam perpetuo motu, & conti- nuo fluxu, instar fluminis, variari. Non (inquam) sunt audiendi: nā essentia rerū ex se sunt perpetuae, & necessaria, ut communis scho- lasticorum supponit consensus cū Philosopho in præsenti.

2. Nec est audiendus Plato, qui existimauit, nostrū scire esse quo- dam reminisci; ex eo quod aliter non posset homo desiderare scire quod omnino ignorauit. Non (in- quam) est audiendus; nam res vir- tualiter, & in confuso cognita in aliquo principio, elicit, & mouet appetitum naturalē hominis, quo

R

sci-

Disputatio prima. Quæstio prima.

scire desiderat. His ergo relictis
erroribus, sic.

§. II.

Conclusio.

3. **O** Mnis scientia ex præexistenti fit cognitione. Constat ex Philosopho in p[ro]t[er]enti, vbi hoc proponit Theorema. **Omnis doctrina, & disciplina sit ex præexistente cognitione;** sed nomine doctrina, & disciplina intellexit cognitionem scientificam; ergo omnis cognitionis scientifica ex præexistente cognitione. Minor probatur à sufficienti partium enumeratione: nam nomine doctrina, & discipline nō intellexit cognitionem sensitivam, nec cognitionem intellectuā primorum principiorum; ergo solum intellectus cognitionem intellectuā scientificā. Antecedens, quoad primā partē, probatur: nam cognitionis sensitivae non est ex alia præexistente: nisi dicas dari processus in infinitum: nam præexistens, etiam exigeret aliam præexistentem, & sic in infinitū: cum non sit maior ratio viū quam alterius; ergo nomine doctrina, & discipline non intellexit sensitivam cognitionem. Quoad secundam partem vero est evidēs: tum quia prima principia, cum ex se sint irresolubilia, nō valent præsupponere aliam cognitionem: tum quia ly ex designat causalitatem; & prima principia non sunt ex alio, tanquam ex

caula; ergo nomine doctrina, & disciplina solum intellexit scientificam cognitionem; ergo solum h[ic]c sit ex præexistente cognitione.

4. Probatur secundo. Omnis scientia sive habitualis, sive actualis, est demonstrationis effectus, (vt constabit infra ex Aristoteles definitionibus; sed omnis esse. Aus præsupponit causam pro aliquo priori; ergo omnis scientia, sive actualis, sive habitualis, fit ex præexistente præmissarum cognitione. Confiratur. Omnis scientia est essentialiter in discursu, vel est siquid ex discursu procedens; sed discursus, aliarum operationum prælupponit actus; ergo omnis scientia ex præexistente fit cognitione.

§. III.

Aliqua obiectiones.

5. **S**ed nihilominus contraria nostram resolutionem obiectes primo. Cognitionis intellectiva, etiam si sit simplex apprehensiva, præsupponit aliam, videlicet sensitivam; sed simplex apprehensiva non est scientifica; ergo hoc quod est fieri ex præexistente cognitione non est proprium cognitionis scientificæ.

Respondeatur distinguendo maiorem: omnis cognitionis intellectiva, etiam si sit apprehensiva, præsupponit sensitivam exercentem manus cause formalis. concedo.

Quam actualis scientia præquirat cognitionē? 130

maiores: munus causæ efficien-
tis nego maiorem: & cōcessa mi-
nor, nego consequentiam, nam
ly ex præexistente cognitione deno-
tat causalitatem efficiētem vnius
cognitionis in aliam: ut eleganter
docent Thomistæ in præsenti: &
cognitio sensitiva respectu intel-
lectivæ non habet rigorosè cau-
salitatem effectuum, sed solum
formalem; in quantum intellecti-
ux profert obiectum.

6. Obijcies secundo. Si præ-
existens cognitio esset necessaria
ad scientificæ cognitionis adqui-
sitionem, daretur processus in in-
finitum: vtique quia illa præxi-
stēs cognitio etiam fieret ex alia,
& illa ex alia, & sic in infinitum;
ergo ad scientificæ cognitionis
adquisitionem non est necessaria
præexistens cognitio. ¶ Responde-
tur negando sequelam: nam quā-
vis omnis cognitio habita per dis-
cūsum, (que ab Aristotele appel-
latur doctrina, & disciplina) fiat
ex alia præexistente cognitione;
tamen ista præexistens cognitio
non supponit aliam intellectuā,
ut videre est in cognitione primo
rum principiorum, quæ habetur
sine discursu, ex sola apprehēsiō-
ne terminorum.

7. Obijcies tertio. Per expe-
rientialm datur sciētia multarum
rerum; ergo præexistens cognitio
non est ad scientiam simpliciter
necessaria. ¶ Respondetur ne-
gando autecedens: quia scire ali-
quid per solam experientiam non
est propriè scire, si strictè loqua-

mur de scientia: quia aliquando
deficit experientia: si non fiat ex
omnibus singularibus; quod est
impossibile.

QVÆSTIO II.

An actualis scientia, per demon-
strationem acquista, eandem
ac habitualis, prærequi-
rat cognitionem?

§. I.

Notabilia propono.

1. Pro questionis luce nota pri-
mō, demonstrationem esse
instrumentum intellectuale, quod
importat syllogisticam formam
pro formalī, & pro materiali
principia, ex quibus, scientificus
oritur assensus. In præsenti non
disputamus de forma prærequisita, seu de demonstratione forma-
liter accepta: nam de hac disputa-
uit Philosophus in libris Priorum; sed de demonstratione ma-
terialiter accepta, seu de princi-
pijs prærequisitis ad sciētia pro-
ductionem.

2. Nota secundo, Philosophum
in præsenti duplice demonstrationis
assignasse definitionem:
nam primo eam definiuit in or-
dine ad effectum dicens: *demon-
stratio est syllogismus faciens scire:*
& secundō in ordine ad partes,
seu per rationes, ex quibus con-
stat, dicens: *demonstratio est*

R 2 *syllo-*

Disputatio prima. Questio secunda.

syllogismus ex primis, veris, & immediatis, prioribus, & notioribus causis conclusionis. His prænarrantis, sit.

§. II.

Conclusio.

3. **A**ctualis scientia per demonstrationem acquisita duplice p̄missatum prærequirit cognitionem; habitualis vero per idem acquisita medium, ultra hanc duplē p̄missatum cognitionem prærequirit conclusionis assensum. Prima pars probatur: nam scientia actualis, seu assensus conclusionis scientificus, est demonstrationis finis, & effectus: (ut constat ex prima Aristotelis definitione) sed iste, ut per demonstrationem comparatus, supponit cognitionem p̄missariū nūtum quia ex illis est genitus; tunc quia ipsæ faciunt scire actualē; ergo actualis scientia per demonstrationem comparata duplē p̄missarum prærequirit cognitionem.

4. Secunda pars probatur. Habitualis scientia per demonstrationem comparata ad æquatē totam p̄suppositam demonstracionem; cum usque ad assensum cōclusionis non sit actus scientificus, qui illam valeat generare; ergo habitualis scientia, vertale medium comparata, triplicem prærequirit cognitionem.

Confirmatur. Habitus (secun-

dum omnes) sit ex actu; & habitus scientificus ex actu scientifico: eum perfectio effectus debeat in causa præcontineri; sed in demonstratione solus assensus cōclusionis est scientificus proximè, & immediatè; ergo habitus scientificus, ultra assensum p̄missarum, prærequirit conclusionis scientificum assensum.

§. III.

Obliguntur aliqui.

5. **O**bijcies. Ad assensum scientificum non solum prærequiritur bonitas consequentis, sed etiam consequentia bonitas; ergo ultra cognitiones p̄missarum, seu principiorum prærequiritur cognitio tendens in rectam syllogismi formam. Hoc idem argumentum potest fieri de habituali scientia: nam hæc etiam pr̄supponit rectam syllogizandiformam.

Respondetur iuxta dicta in 1.p. Logicæ disp. 1. quest. 8. §. 3. & 4. negando antecedens, quo ad secundam partem: nam bonitas consequentiae non prærequiritur simpliciter, sed ad melius, ad scientiæ acquisitionem: & sic absque illius cognitione valer scientia, tam actualis, quam habitualis, generari.

6. Obijcies secundo. In p̄missis datur subiectum de quo passiones demonstrantur à scientia actuali, & habituali; sed multoties

scien-

Scientiæ non præsupponunt subiecti cognitionem: cum ipse illud definiant, ut illud cognoscant: ergo scientificus conclusionis assensus non præsupponit ad aquatum præmissarum cognitionem.

¶ Responderetur cœcedendo maiorem, & negando minorem: nam licet verum sit, quod aliquæ scientiæ definiant subiectum, de quo passiones demonstrant: tamen nō inferunt ipsam subiecti definitiōnem per demonstrationem; & ideo subiecti cognitionis est præsupposita ad assensum scientificum per demonstrationē acquisitum: agitur ergo in scientijs aliquando de definitione subiecti, ut de principio præcognito ad illationē conclusionis; non verò ut de conclusione scientifica cognita, & illata.

QVÆSTIO III.

An assensus præmissarum efficienter ad assensum concurrat conclusionis.

§. I.

Veriora suppono.

¶ **C**onsultò questionis titulus inquirit, an assensus præmissarum concurrat ad assensum conclusionis; ut intelligas nō disputari in præsenti de obiecto præmissarum: nam hoc tantum in genere causæ materialis cœcurrerit ad obiectum, ab assensu conclusionis attractum, præbendo mate-

Tom. 2.

riam ad illius compositionem, seu constitutionem: nam conclusio obiectua solum vnit, vel dividit extremitates, quæ in præmissis fuerunt vnitæ, vel diuisæ à medio. Loquitur ergo (in præsenti) de præmissis formalibus, seu de actibus intellectus, quibus iudicamus extremitates vniæ, vel non vniæ, cum medio: de quibus etiam est certum, habere aliquam causalitatem in assensum scientificum conclusionis, seu in actum quo iudicamus extremitates vniæ, vel nō vniæ, inter se: tum quia in præsenti Philosophus docet, doctrinam fieri ex præexistente cognitione; & particula ex, & fieri denotant (in omnium Philosophorum ore) aliquam causalitatem: tum quia Diuus Thom. t. p. q. 14. art. 2. & 7. docet, assensiū conclusionis causari ab assensu præmissarum, seu principiorum, & modo, quo intentio finis causat mediorum electionem; sed intentio finis (iuxta communem Doctorum cōsensum) aliquam habet causalitatem in mediorum electionem; ergo & assensus præmissarum in conclusionis assensum: tum quia essentia specifica conclusionis accipitur ex præmissis; vtique quia conclusio est vera, quando præmissæ sunt veræ: & probabilis, quando sunt probabiles; ergo ex se sunt conclusionis cause: tum denique quia in demonstratione, ex præmissis, & ex cœclusione essentialiter coalescente; datur formaliter ratio discursus; sed discursus ex natura

R 3

sua

Disputatio prima. Quæstio tertia.

sua exponit, quod una cognitio sit ex alia, tanquam ex causa; ergo assensus præmissatum, quis aliam prioritate naturæ antecedit conclusionis assensum, est istius causa.

2. Nec valet dicere hanc causalitatem solum reperiri in præmissis obiectiis: quatenus ex se determinant intellectum ad conclusionis assensum. ¶ Non (inquit) valet: nam licet præmissæ obiectiæ, seu obiecta præmissarum, determinent absolutè intellectum ad conclusionis assensum: tamen illam non determinant ad assensum discursuum, nisi medijs præmissis formalibus: nam (ut dixi) discursus essentialiter exigit ordinem viiius cognitionis in alia.

3. Nec rursus valet dicere, assensum præmissarum se habere respectu conclusionis assensus, sicut se habet respectu voluntatis bonum, quod est tota, & adæquata causa motiva. ¶ Non (inquit) valet: nam bonum, respectu voluntatis, est adæquata causa voluntatis: cum apprehensio solum sit conditio manifestans, seu propoens bonum, quod mouet, ad mediorum electionem; at vero præmissarum obiecta, licet determinent intellectum ad assensum, conclusionis: tamen non determinant ad assensum cœclusionis discursuum, sine eo quod assensus conclusionis sequatur tanquam ex causa ex assensu præmissarum.

4. Rursus absque controversia tenendum est, præmissas obiecti-

nas, i.eu præmissarum obiecta, non causare efficienter assensum formalem conclusionis: nam iste cum spiritualis sit, (ut pote actus potentie spiritualis) non valet efficienter dimanare ab obiecto præmissarum, quod aliquando est ens tantum possibile, aliquando ens materiale, & aliquando ens rationis. Quare solum inquirimus, an præmissæ formales, seu actus intellectus, à principijs conclusionis specificati, concurrent in genere causæ efficientis, vel formalis, ad assensum formalem conclusionis: nam assensus virtualis conclusionis absque dubio est indistinctus ab assensu præmissarum.

5. Consulto dixi in genere cause efficientis, vel formalis: nam certum est, assensum præmissarum non concurre ad essensum conclusionis in genere cause finalis: cum potius ē conuerso, conclusio sit finalis causa præmissarum: nee concurre in genere cause materialis: quia licet præmissæ obiectiæ (ut dixi) se habeant sicut materia conclusionis obiectiæ, tamen præmissæ formales non se habent ut materia conclusionis formalis.

§. II.

Proferuntur Doctorum placita.

6. Prima sententia afferit, assensum præmissarum non concurre efficienter in conclusionis assensum.

7. Secunda vero ex diametro oppo-

Quomodo concurrat assensus præmissarum? 132

opposita defendit, assensum præmissarum efficienter physicè concurrere ad conclusionis scientificum assensum.

8. Tertia vero inter has media docet, præmissarum assensum cōcurrere ad conclusionis assensum in genere causæ efficientis impropriæ, & latè: & proprie, & rigorose in genere causæ formalis extrinseca. dic Petrus Iesu, alias Serina, cum pluribus recentioribus. In caius gratiam, sit.

§. III.

Conclusio.

9. IN assensu præmissarum, respectu conclusionis assensus, solum datur causalitas formalis extrinseca rigorosa, & efficiens impropria. Pro huius conclusionis intelligentia nota, ex dicēdis in libris de anima: quod in genere causæ effectiū datur duplex causa: vera, & propria una: & lata, seu impropria alia: propria est, quæ per verum & realem influxū producit effectum; impropria est, quæ determinat agēs ad effectus productionem: non aliter ac in causa materiali datur etiā duplex causa; propria, seu receptiua una, quæ vere recipit actum, quem respicit: impropriæ, seu dispositiua alia, quæ solum disponit ad receptionem actus.

10. Nota secundo, quod in intellectus discursu reperitur duplex actus; unus, quo assentitur

præmissis secundum se sumptis: & aliis, quo assentitur conclusioni, ut subest præmissis: primus aetius formaliter solum terminatur ad præmissas, & virtualiter ad conclusionem, ex præmissis illatam: secundus vero terminatur formaliter ad conclusionem, ex præmissis illatam.

11. Quibus suppositis, probatur prima pars conclusionis. Intellectus cum specie est sufficiens causa efficiens rigorosa assensus præmissarum; ergo & conclusio- nis; cum non sit maior difficultas in assensu conclusionis, quam in assensu præmissarum.

12. Secundo probatur eadem pars. Assensus præmissatum vel concurrit efficienter rigorose ad assensum cōclusionis per seipsum, ut causalitas intellectus, vel ut causalitas propria, vel deniq; media alia causalitate; neutrū potest dicī; ergo assensus præmissarum non est causa efficiens rigorosa assensus conclusionis. Falsitas dilēmatis est nota quoad pri- mā partem; nam sicut assensus præmissarum est causalitas intellectus, in ordine ad principia; sic assensus conclusionis est etiā cau- salitas intellectus in ordine ad ef- fectum, ex principijs illatum; er- go assensus præmissarum non est causalitas intellectus, nec in or- dine ad conclusionem, nec in or- dine ad conclusionis assensum: quod vero assensus præmissarum, media alia actione, non tendat in assensum conclusionis, etiā con-

Disputatio prima. Questio tertia.

stat: nam ab actione in actionem non est actio: tum quia ad rationem formalē non datur ratio formalis: tū quia intellectus propria specie informatus est causa efficiens rigorosa omnium intellectionum; sed assensus præmissarum & conclusionis, propriè, & rigore exerceat munus actionis; ergo ab assensu præmissarum, quæ proprie actio est, non dimanat actio in ordine ad assensum conclusionis, quæ etiam est proprie actio.

13. Si dicas, assensum præmissarū nō cōcurrere efficiēter rigorose in assensum conclusionis sub munere actionis, sed sub munere qualitatis. Contra est; nam (ut constabit ex dicendis in libris de anima;) intellectio nō exercet munera qualitatis, & actionis, sed solum actionis immanentis, vide quæ ibi sunt dicenda.

14. Secunda pars conclusionis probatur: Assensus præmissarum determinat intellectum ad conclusionis assensum: utique quia intellectus cognoscens virtuliter conclusionem in præmissis tendit in cognitionem formalem cōclusio- nis; ergo assensus præmissarum determinat, in genere cause formalis extrinsecæ, intellectum ad assensum formalē conclusionis.

15. Dices: Species impressa determinat intellectum, in genere cause formalis; ergo assensus præmissarū illum determinat in alio genere cause. Respōdetur distinguendo antecedens: determinat species impressa in genere cause

formalis intrinsecæ, cōcedo antecedens; extrinsecæ, nego antecedens: & consequentiam: nam species est forma intrinseca, qua se- cuatur intellectus, ad notitiae productionē; at vero assensus præmissarum solum determinat intellectum extrinsecè excitando ad conclusionis assensum.

16. Vraque vero conclusionis pars probatur: nam intellectus, postquam præcessit demonstratio, inclinatur multoties ad assentendum conclusioni, absque eo quod physicè præcedat præmissarum assensus: alias dum quis acquistuit habitum inclinantē ad assentendum. v. g. viginti conclusionibus subordinatis, numquā posset euidenter assentiri vigesimæ, nisi prius formaret omnes intermedios discursus; (quod experientia cōstat esse falsum;) sed in tali casu præmissæ non habent causalitatē effectuam rigorosam, (cum physicè non sint) sed solum extrinsecam, & morale, in genere formalis; ergo assensus præmissarum in cōclusionis assensum nō exercet munus cause efficiēter rigorosæ, sed formalis extrinsecæ.

17. Tertia pars cōclusionis probatur ex D. Thoma. 2. Physic. lect. 5. ubi sic fatur: *principia, seu præmissæ, quantum ad vim illatiuam ipsarum: reducuntur ad aliquod genus causa efficiētis: sed id quod reducitur ad aliquod genus, solum latè, & impripiè ad illud spectat; ergo vis illatiua, quæ datur in assensu præmissarum, solum in proprio*

Quomodo concurrat assensus præmissarum? 133

pertinet ad genus causæ esse etiæ.
18. Secundò probatur ex eodem Magistro Angelico. 4. cōtra Gentes. cap. 57. ratione 4. vbi sic ait: principia esse quodammodo causam efficientem conclusionis; ergo non propriè: nam quod quodammodo est causa, propriè non est causa; ergo quod quodammodo est causa efficiens, propriè non est efficiens causa, ex his auctoritatibus constateriam prima pars nostræ conclusionis.

19. Tertiò probatur ratione eadem pars. Ex eo species impresa (in opinione plurium Thomistarum) spectat impropiè ad genus causæ efficientis; quia species ex se determinat intellectum ad notitiam productionem; sed assensus præmissarum ex se determinat intellectum ad influxum formalē conclusionis; ergo causalitas quæ datur in assensu præmissarum impropiè spectat ad genus causæ effectiæ.

§. IV.

Secunda sententiae argumenta.

20. Argumenta primæ sententiae sunt fundamenta nostræ conclusionis: & ideo solum appono, quæ militant in favorem secundæ sententiae. Primum desumitur ex D. Thom. 1. p. q. 58. ar. 3. ad 1. vbi sic scribit: omnis autem mouens est de uno priori in aliud posterius: unde discursiva cognitio, secundum quod ex aliquo prius noto denenit in-

Tom. 2.

cognitione alterius posterioris noti; ergo ex mente Doctoris Sancti, in discursu una cognitio est ex alia, tāquā ex causa effectiua præcipue cum in alijs locis doceat dari discutsum secundum causalitatē, vt cum ex principijs peruenimus in cognitionem conclusionis. ¶ Sed hoc, & similia testimonia, nō adstruunt causalitatem effectiua m̄tigorosam, sed solum causalitatē in aliquo genere causæ; vt cōstat ex rationibus nostræ conclusiōnīs.

21. Secundum sumitur à ratione. Assensus præmissarum nō concurrat in genere causæ formalis in assensum conclusionis; vtq: quia in hoc genere causæ sola species cōcurrat impressa; ergo solum vallet concurrere in genere causæ efficientis rigorose. ¶ Respondeatur negando antecedens: vel illud distinguendo, claritatis gratia: assensus præmissarum non concurrat in genere causæ formalis intrinsecæ, concedo antecedens: extrinsecæ, nego antecedens: & consequentiā nam (vt dixi in rationibus nostræ conclusionis) assensus præmissarum mouet intellectum ad assensum conclusionis, ad eū modum quo intentio finis mouet voluntatem ad mediorum electionem.

22. Dices. Secundum Thomistarum opinionem intentio finis concurrit efficienter propriè ad mediorum electionem: vtq: quia voluntas, vt determinata per finis intentionem, sit potens ad elec-

R 5

ctionis

Disputatio prima. Questio tertia.

ctionis actum; sed in speculatiis assensus principiorū se habet respectu cōclusiōis assensus, sicut in operabilibus intentio finis respectu electionis mediorū; ergo sicut in his intentio concurrit efficiēter rigorosè ad electionē, sic in illis assensus principiorū respectu conclusionis assensus.

Respondetur negando maiore: nā licet verū sit quod Thomistæ, (qui in præsenti defendunt assensum præmissarum concurrere efficiēter rigorosè in conclusionis assensum) defendant, etiam consequenter, intentionem finis concurrere efficiēter rigorosè in electionem mediorū; tamen, qui in præsenti nostram docent conclusionem, etiam consequenter docent intentionem finis solum concurrere efficiēter latè, & motu proprio, in mediorū electionē.

23. Tertium sic se habet. Per assensum præmissarum fit intellectus potens ad scientificum cōclusionis assensum: utique quia in assensu præmissarum continetur virtualiter cognitio scientifica conclusionis; ergo assensus præmissarum concurrit efficiēter in assensum conclusionis: nam omne quod tribuit causæ virtutem ad aliquid efficiendum concurrit efficiēter cum illa.

Respondetur negando antecedēs: nam intellectus ex se est adequare potens in genere cause effectuæ ad assensum scientificum cōclusionis: & licet verū sit, quod talis assensus non sit scientificus,

quoniam præsupponatur assensus præmissarum: tamen iste non dat intellectui virtutem effectuam; sed mouet, & quasi determinat extrinsecem virtutem effectuam intellectus ad scientificū conclusionis assensum: non aliter, ac species impresa, sive aliquo concursu effectu, determinat intrinsecem intellectus ad notitiæ productionem: nec probatio inclusa aliquid vallet; nam assensus præmissarum non continet, in genere causa effectuæ, sed in genere causa formalis extrinsecæ, assensum scientificum conclusionis: ni dicas, actionem contineri virtualiter in actione, tanquam in causa effectiva.

24. Quartū, (immediate procedens contra conclusionē) sic procedit. Intellectus eodem actu assentitur præmissis, & cōclusioni; ergo assensus præmissarum, nec in genere causa formalis extrinsecæ, causat cōclusionis assensum: quia idem, in nullo genere causa, potest esse causa sui ipsius. Antecedens probatur à simili: nā voluntas eodem actu tendit in finem, & media: ergo & intellectus eodem actu tendit in præmissas, & conclusionem, quæ se habent ut finis, & media.

Respondetur negando antecedēs, nam intellectus creatus cum limitatus sit, & non valeat eodem actu penetrare simul causam, & effectum, seu præmissas, & conclusionē, utitur diversis actibus, ut partialiter veniat in totius cognitionem, quare successio actuū est necessaria ad cognitionē præmissarum.

An prima demonstrationis definitio sit exacta. 134

missarum, & conclusionis: & cum voluntas passus sequatur intellectus, ideo etiam in illa datur similis actuum successio, in ordine ad finem, & media.

25. Dices. Secundum Doctorem Sanctum i.p.q.85.ar.4. intellectus non potest simul plura intelligere; ergo assensus praemissarum non est in intellectu cum conclusionis assensu. Respondet Doctorem Angelicum absolute non afferere intellectum creatum non posse plura intelligere; sed non posse plura intelligere eodem actu; nam quando plura obiecta ad unum ordinantur, (ut in praesenti accidit) tunc bene potest intellectus uno, vel pluribus actibus, in illud tendere.

QVÆSTIO IV.

An prima demonstrationis definitio sit exacta.
(. . .)

§. I.

Definitiones demonstrationis.

1. **D**icas definitiones demonstrationis tradidit in praesenti Aristoteles; unam per causam finalem, dicens: *demonstratio est syllogismus faciens scire: altera vero per causam materialē*, dicens: *demonstratio est syllogismus qui procedit ex premisis veris, primis, immmediatis, minoribus, prioribus, causisq; conclusionis*. Nunc ergo quod indu-

bium vertimus, est, an prima definitio sit recta, & essentialis? & pro illius decisione, sit.

§. II.

Conclusio.

2. **P**rima demonstrationis definitio est optima, & quidditativa. Sed pro intelligentia nostra resolutionis placet aduertere, quod in tali definitione ly *syllogismus* ponitur loco generis; in quo demonstratio conuenit cum ly *topico*, & *sophystico*; & ly *faciens scire* loco differentia: quia per illam ab alijs differt.

3. Secundo aduerte, quod in hac definitione ly *syllogismus* non accipitur pro tota demonstratione, ut constat ex praemissis, & conclusione; sed solum pro praemissis, quæ assensum caulant scientificū; alias ipse assensus scientificus se ipsum causaret.

4. His suppositis, probatur conclusio. Demonstratio est instrumentum, quod intellectui nostro deferuit ad sciendū; ergo illius quiditas optimè, & essentialiter explicatur per ordinē ad istum actum.

§. III.

Obiectiuntur aliquæ.

5. **O**bijcies primo. Scire, est demonstrationis effectus; ergo non est demonstrationis essentia: cum effectus causæ efficiētis

Disputatio prima. Questio quarta.

tis sit ab illa realiter distinctus; ergo hæc definitio, quæ solum explicat effectum demonstrationis, non est quidditativa. ¶ Respondeatur concedendo totum, usque ad ultimam consequentiam; nam ex eo quod scire sit esse etus à demonstratione distinctus, non sequitur quod non sit de essentia demonstrationis hoc quod est illumin respicere, vel hoc quod est cum illo commensurari: non aliter ac de essentia potentiarum, & scientiarum est respicere obiectum quod illas specificat, & cum quo potentia, & scientia commensurantur.

6. Obijcies secundo. Definitio essentialis debet explicare essentiam definiti; sed hæc definitio tantum explicat demonstrationem quoad an est, non vero quoad quid sit; cum ex effectu solum colligatur an sit; non vero quid sit causa; ergo praedicta definitio non est essentialis. ¶ Respondeatur concedendo maiorem: & negando minorem: nam quando res aliqua per se primò ordinatur ad operandū, optimè explicatur eius essentia per operationem; ita ut ex operatione non solum colligatur quod, sed quid sit res definita.

7. Obijcies tertio. *Faciens scire*, (quod in hac ponitur definitione) solum est exercitium demonstrationis, & non differentia essentialis illius; ut videre est in operationibus aliarum rerum; ergo hæc definitio non datur per partes essentiales; ergo non est essentialis. ¶ Respondeatur distinguendo an-

tecedens: faciens scire non est essentialis differentia, sed demonstrationis exercitium; si accipiatur pro actu scientifico, seu pro conclusione ex præmissis causata, concedo antecedens; si accipiatur pro coaptatione essentiali in præmissis reperta in ordine ad conclusionem, nego antecedens: & consequentiam: nam in hac definitione faciens scire solum ponitur ad explicandam coaptationem huius instrumenti, in ordine ad assensum scientificum, tanquam ad finem, & mensuram propriam. Quare talis coaptatio intrinseca, & essentialis est ipsi instrumento: ita ut demonstratio sit syllogismus ex natura sua coaptatus, & commensuratus cum ipso scire: nam propter hoc dixi, §. 2. antecedenti nu.

3. *Syllogismum* in præfata definitio ne non accipi pro tota demonstratione coalescente ex præmissis, & conclusione; sed solum pro præmissis ipsum scire caulantibus.

8. Obijcies quarto. Scire est actus intellectus; ergo ab ipso producitur, & non à demonstratione; ergo intellectus, & non demonstratio facit scire. ¶ Respondeatur distinguendo antecedens: scire est actus intellectus, & demonstrationis, concedo antecedens: intellectus tantum, nego antecedens: & utramque consequentiam: nam (ut dixi quæst. antecedenti per totam) assensus scientificus dimanat ab intellectu tanquam à causa effectiva propria, & à demonstratione tanquam à causa for-

An secunda demonstrationis definitio sit legitima? 135
formali extrinseca; & esse sua im-
propria.

Q V A E S T I O . V .

*An secunda demonstrationis definitio
sit legitima?*

S. I.

Explanatio prime particule.

1. **P**ro luce huius questionis notandum venit secundam definitionem demonstrationis (in initio præcedentis questionis apposicam) quinque constare partculis, in præmissis necessario adiunueniendis, ad demonstrationis cōstitutionem, has sigillatim explicare oportet. Prima est, quod sit *ex veris* nā ad hoc ut in intellectu humano sit demonstratio, præmissæ debent esse veræ. Constat hoc ex doctrina Philosophi in præsenti; nam ex falso non est scientia; quia non est; & quod non est, sciri non potest; ergo præmissæ ex quibz est conclusio vera, & scientifica, debent esse veræ.

2. Dices primò. Ex falso sequitur aliquando verum: vt in hac; *omnis homo est Deus*; *Christus est homo*; ergo *Christus est Deus*; ergo falsum est, quod verum nō potest sequi nisi ex vero; ergo & quod cōclusio vera debet sequi ex solis præmissis veris. Respondetum distinguendo antecedens: ex falso aliquando sequitur verum in syllogismo prioristico, concedo ante-

cedēs: in posterioristico, nēgo antecedens: & cōsequētiā in codē sensu: nam licet certum sit, quod ex falso aliquādo sequatur verum, quantum ad vim illatiuam in syllogismo prioristico: (de quo egimus in libro. 3. summularum: (non tamen quantum ad vim demonstratiuam in syllogismo posterioristico, de quo disputamus in p̄senti. Constat hoc ex his quæ subdit Aristoteles post prædictā definitionem: *veram* (ait) *p̄t est syllo-*
gizari ex falso; nō tamen demōstrari. & ratio est: nam veritas in syllogismo prioristico sequitur solū ex dispositione præmissatum; in syllogismo autem posterioristico sequitur ex veritate præmissarum, quæ est causa veritatis conclusio-
nis: cū ergo cōclusio ex demōstra-
tione illata sit necessaria, & ve-
ra; & effectus non possit superare
perfectionē cause, opus est, quod
præmissæ conclusionis veræ, sint
veræ.

3. Dices secundò. De vacuo, &
infinito non existentibus datur
scientia; ergo falsum est dicere
quod ex falso, quod non est, nō po-
test dari scientia. Respondetur ne-
ganda consequētiā: nam legiti-
mūs Philosophi sensus est, falsa
non posse sciri: quia non sunt, nec
quoād existentiam, nec quo-

ad possibilitatē: qualiter
autē sit scientia de-

vacuo, & infinito
proprijs expli-
cabitur
locis

Disputatio prima Qua^stio quinta?

§. I I.

Duo sequentes exponuntur
particulae.

4. Secunda huius definitionis particula est quod sit *ex primis* id est, quod præmissæ sint conclusionis principia: ita explicat hanc dictiōnēm Diuus Thomas ex ipso Aristotele; cum ait: *idem dico primum, quod principium*; nam si per *primum* intelligeret priora, ut aliqui interpretantur, otiosè postea repeteret particula *ex prioribus*: & quod hoc modo debeat exponi, probatur; nā præmissæ sūt conclusionis causa; sed causa, respectu sui effectus, est principium; ergo per ly *primum* intelligit ly *principium*.

5. Tertia particula est, quod sit *ex immediatis*. Pro huius particula intelligentia obseruandum est, quod propositio immediata est illa, quæ medio vacat, ut docet Philosophus in praesenti. cap. 2. Quid autem sit propositionē medio vacare nō valet rebus explicari, cum importet negationem, quam per affirmationē oppositam, sicut priuationes solent per oppositos habitus manifestari; ea igitur propositio dicitur habere mediū, quæ constat ex præmissis, & extremis, inter quæ est aliquid medium, quod est ratio, vel causa coniunctionis ipsorum: ut hæc propositio *homo est risibilis*, est media: quia esse hominam admirati-

num necessario mediat, ut homo sit risibilis.

6. Ex hoc facile coliges, propositionem medio vacare, siue esse immediatam, non esse aliud, quam constare extremis, quæ ita immediatè sunt coniuncta, ut nulla sit alia ratio, vel causa talis cōiunctionis: unde sequitur quod propositio immediata non excludat medium propter quod à posteriori, sed propter quod à priori demonstratur.

§. I II.

Quarta declaratur particula.

7. Quarta particula est, quod sit *ex notioribus*; hoc est quod præmissæ sint notiores conclusionē: ad quod nō est necessum, quod sint notiores quo ad nos; sed sat est, quod sint notiores ex se, seu ex natura sua; ut est causa respectu sui effectus.

8. Dices. Causa naturalis non impedita producit effectum sibi æqualem: cùm agat secundum ultimum suæ potentiarum; sed præmissæ non impeditæ sunt causæ naturales conclusionis; ergo causant cōclusionem sibi æqualem in certitudine, & evidentia; ergo conclusio non procedit ex notioribꝫ. Respondetur concedendo maiorem: & distinguendo minorē: præmissæ sunt conclusionis naturales causæ æquinoctiales cōcedo minorem: æquinoctiale nego nō inorē: & duas consequencias: nam causa æquinocta-

An secunda demonstrationis definitio sit legitima? 136
ut Sol, non causat effectum aequaliter sibi in perfectione; cum ergo præmissæ sint causa & quiuoca cōclusionis; (cum ex eisdem principijs inferri possint diuersæ cōclusions,) ideo non producunt tantam certitudinem, & evidentiam, quantum in se habent.

§. I V.
Quinta, & ultima manifestatur particula.

9. **Q**uinta particula est quod sit ex prioribus; id est, quod præmissæ sint priores cōclusione: nam omnia principia est prius suo principiato, & ideo præmissæ, que sunt cōclusionis principia, debent esse priorēs conclusione.

10. Ultima particula est quod sit ex causis, id est, quod præmissæ sint causæ conclusionis: quoniam scire est rem per causam cognoscere: hec particula debet intelligi de causis in essendo sive formaliter, sive virtualiter.

11. Et pro intelligentia huius, discriminis, nota quod in praesenti, causa formalis est illa; qua verè causat, seu verè influit in effectu: causa vero virtualis, (quæ etiam solet appellari ratio à priori,) est illa, quæ de se sufficiens est ad causandum illum: cuius dicitur ratio à priori, seu causa virtualis; si ille effectus talis posset habere causam: ut immutabilitas Dei est virtualiter causa, seu ratio à priori æternitatis, quia si æternitas Dei posset aliquā permittere causam,

immutabilitatem ipsius Dei pro causa haberet.

12. Dices contra has duas particulas. Omnis causa est prior suo effectu; ergo cum modo dictū sit demonstrationem esse ex causis superflue fuit posita illa particula ex prioribus. Respondetatur distinguendo antecedens: Omnis causa est prior suo effectu; omnis causa in essendo, concedo antecedens: in cognoscendo tantum, nego antecedens: & consequentiam: nam respectu conclusionis possunt assignari duo causarum generæ; quædam in essendo, quæ sunt priores effectu, seu conclusione; & quædam in cognoscendo tantum, quæ sunt posteriores rebus, quarū sunt causæ: ut est sumus respectu ignis: ut ergo demonstraret Aristoteles demonstrationem non procedere per qualecumque genus cause, sed per causam in essendo; ideo addit particulā ex prioribus. Ex genuina huius definitionis expositione non obscurè colligitur rectitudo illius, quæ ex dictis manet manifestè approbata.

Q V A E S T I O VI.
An due præcognitiones, & tria præcognitiones sint rectè a Philosopho assignata ad conclusionis scientifica illationem?

§. I.
Notantur aliqua.

1. Pro questionis captu notandum est primo, dubia hoc pro-

Disputatio prima. Questio sexta.

procedere de sola demonstratio-
ne propter dignitatem, qua alios
syllogismos superat; etiam sicer-
tum ut apud omnes easdem pre-
cognitiones, & præcognita, an-
recellere omnē syllogisticum dis-
cursus, seu omnem doctrinā, vel
disciplinam.

2. Notandum est secundo, præ-
cognitiones esse illas cognitio-
nes, quæ presupponuntur ad con-
clusionis assensum, ut excitantes,
seu mouentes ad conclusionis il-
lationem: & præcognita esse ob-
iecta præmissarum, quæ supponū-
tur cognita ante obiectum scien-
tificæ cognitionis. Loquor de
prærequisitis ad conclusionis as-
sensum, & nō de prærequisitis ad
demonstrationem, ut communiter
omnes loquuntur Doctores: quia
nomine demonstrationis solum in-
telligunt conclusionis actum: in
quo demonstrationis assignant
essestiam. His ergo suppositis, sit.

§. II.

Prima conclusio.

3. **A**d cognitionis scientificæ
illationem duæ tantum præ-
cognitiones sunt possibles in or-
dine ad tria præcognita. Est com-
munis: & probatur. De obiecto,
quod supponitur ante conclusio-
nis scientificæ assensum, seu de tri-
bus præcognitis, solum potest co-
gnosci an sint, & quid sint, vtique
quia aliæ duæ cognitiones à Phi-
losopho assignatae z. Posterior. cap.

1. videlicet quales sint, & propter
quid sint in ipso assensu scientifico
essentialiter reperiuntur; ergo so-
lum duæ istæ cognitiones, scilicet
an sint, & quid sint tria præcog-
nita sunt possibles, ante conclusio-
nis scientificæ actum.

4. Dices pri nō. De subiecto, de
quo est quæritio, non potest præco-
gnosci essestia ante conclusionis
assensum: vtique quia plures sci-
entie quæ de subiecto proprio pro-
prietates demōstrant illius assignan-
t definitionem; ergo essentia
subiecti non est præcognita ante
conclusionis actum. ¶ Responde-
tur negando antecedens: nam es-
tentia subiecti non demonstratur
à scientia; sed supponitur cognita
antecedenter ad discursum demō-
stratum, qui proprietates infert
de subiecto iam quidditatè co-
gnito; et si aliquando demonstra-
tur, est ex discursu desumpto ex
alia scientia, cui subalternatur: &
tunc subiectum non exercet titu-
lum subiecti, sed passionis.

5. Dices secundo. Præcognitio
dicitur in ordine ad præcognitū;
sed sunt tria præcognita (vt ex se-
cunda constabit conclusione. §. 3d
nu. 6.) ergo erunt tres præcogni-
tiones. ¶ Respondeatur distinguē-
do maiorem: præcognitio dicitur
ex diuerso modo quo cognoscitur
præcognitum, concedo maiorem:
absolutè ex ordine ad præcogni-
tum, nego maiorem: & concessa
minori, nego consequentiam: nam
numerus præcognitionum solum
oritur ex diuersis modis quibus
ipsa

ipsa præcognita valent cognoscit
vnde cum tantum sint duo modi
cognoscendi illa, tantum erunt
duæ præcognitiones.

§. III.

Secunda conclusio.

6. TRIA tantum sunt præcog-
noscenda ante scientificæ
conclusionis actum: videlicet sub-
iectum, principium, & passio. Pro-
batur: quia in aliqua proposicio-
ne, de qua dubitatur, duo sūt ex-
tremæ: videlicet subiectum, &
passio: ut quando queritur: an
homo sit visibilis? non sufficit præ-
dictæ extrema apprehendere, sed
oportet etiam aliquomodo illa
cognoscere; ergo iam ante con-
clusionem necessarium est præcog-
noscere subiectum, & passionem:
hominem, scilicet, & risibilitatem.
Rursus verò ad cognoscendum;
vtrum hæc habeant inter se con-
nectionem, necessarium est assume
re aliquid medium, quod cū vtro
que extremo habeat manifestam
connexionem, comparando pas-
sionem cum medio, & medium cū
subiecto; sed hæc comparatio nō
potest fieri nisi formando propo-
sitiones ex principijs conclusio-
nis; taliter ut in una prædicetur
passio de medio; & in alia me-
dium de subiecto; ergo ante con-
clusionis actum supponitur cog-
nitio principiorum: quia supponi-
tur ut certa connexio mediij cum
vtrique extremo; & subiecti, de-

quo est lis; & denique passionis in
conclusione inferenda; ergo tria
tantum, scilicet, subiectum, pas-
sio, & principium sunt præcogni-
ta, seu præcognoscenda ante con-
clusionis actum.

7. Secundo probatur assertio.
In toto discursu demonstratio
solū reperies subiectum, passionem,
& medium, quod vt identificas ex-
tremæ, seu vt cum illis formans
propositiones, concurrit proximi-
mè, per modum principij, ad con-
clusionis illationem; ergo tātum
tria præcognita, videlicet, subie-
ctum, passio, & dignitas, seu prin-
cipium, (ex medio, & ex extremitate
coalescens) supponuntur ad illa-
tionem conclusionis scientificæ.

8. Dices primò, Præter illa tria,
scilicet subiectum, passionem, &
principium debet etiam præco-
gnosci ante conclusionem bonitas
illationis, seu consequentia:
ergo non sunt tantum tria præco-
gnita. Respondetur distinguendo
antecedēs: præter hæc tria de-
bet præcognosci bonitas illatio-
nis ad simpliciter posse nego ante-
cedens: ad melius; iterum subdivi-
si quo antecedēs: debet præco-
gnosci in assensu prioristicō, con-
cedo antecedens in posterioristicō,
nego antecedens: & cōsequē-
tiam: nam quamvis præcognitio
bonitatis consequentia cōducat
ad melius, ad scientiæ acquisitio-
nem; tamen in præsenti Philoso-
phus non disputat de præcognitis
prioristicis, quæ pertinent ad for-
matum, sed de posterioristicis, quæ

Disputatio prima. Questio sexta.

spectant ad materiam. Secundo potest responderi, Philosophum solum loqui in praesenti de praecognitis simpliciter necessarijs; non vero de his, quæ solum ad melius conducunt ad assensum scientiæ cum conclusionis.

9. Dices secundo. Antecedenter ad cognitionem præmissatum datur præcognitio subiecti, & passionis; etiam si subiectum, & passio præmissas constituat; ergo etiam antecedenter ad præmissatum cognitionem debet dari præcognitio medijs; etiam si hoc intret in præmissatum constitutionem. Respondeatur concedendo antecedens: & negando consequētiam: nam medium coniunctum cum subiecto, velcum passione, constituit de formali principiū, seu præmissam: & ideo superflue supponeretur cognitum antecedenter ad præmissarum cognitionem.

§. IV.

Tertia conclusio.

10. De passione, ante conclusiōnis assūmū, non est necessarium præcognoscere an sit; neque quid sit quidditatius, seu quid ad quid rei; sed sat est præcognoscere illam quād quid nominis. Pro conclusiōnis luce nota; quod nomine passionis non venit vera proprietas, sed prædicatum de quo valet dubitari an alteri conueniat; sicut nomine subiecti

nō venit veram, & proprium subiectum, sed potest esse propositionis logiæ subiectum, vel quod potest esse ratio à priori alterius formalitatis.

11. Prima pars probatur: quia esse passionis ostenditur per demonstrationem, in assensu ultimo conclusionis; ergo non debet præcognosci ante conclusionis assensum.

12. Secunda pars probatur: nam quid rei passionis accipitur per ordinem ad proprium subiectum; sed ante conclusionis assensum non constat cui tanquam proprio subiecto conueniat passio; ergo ante conclusionis assensum nō potest præcognosci quid rei passionis. Confirmatur. De passione non præcognoscitur, ante conclusionem, an sit; (et constat ex prima parte nostræ assertionis) ergo nec quid sit; cum hæc præcognitione necessario supponat illam.

13. Tertia pars probatur: quia nisi scias risibilitatem v.g. significare potentiam quandam ad intendendum, non poterit tibi deseruire demonstratio ad acquirendam scientiam huius conclusionis: homo est risibilis: utique quia non intelliges quid significant voces istæ, & ita tantum apprehendes voces, non tamen formales conceptus rerum; ergo præcognitione quid nominis est in passione necessaria ad assensum scientiæ cum conclusionis.

14. Dices primo. Quādo de passione dubitatur an conueniat reæliter

liter subiecto, tunc debet supponi ut præcognita possilitas, & realitas praedicatur, seu passionis; ergo cognitio quidditatina passionis supponitur præcognita, antecedenter ad cōclusionis actū, in quo infertur quod realiter conueniat subiecto. Respondetur negando antecedens: nam idem est passionem realiter conuenire subiecto, & esse realem: seu possibilem: & ita sicut primum non cogaoletur antecedenter ad conclusionis actuū; sic nec secundum.

15. Dices secundo. Passio est in præmissis identificata cū medio; sed præmissæ sunt antecedenter ad actum conclusionis quidditatina cognitorum; ergo & passio. Respondetur concedendo maiortē: & minorem: & distinguendo consequens: passio est in præmissis cognita, ut pars præmissarum, cōcedo consequentiam: ut conueniens subiecto, nego consequentiam: nā ex eo quod passio identificata cum medio sit cognita ut pars præmissarum, non sequitur, quād sit cognita ut passio, subiecto (de quo est questio) conueniens: nam optimè stat, quod res sit possibilis, seu existēs, & quod non sit conueniens subiecto, de quo est difficulta: quando ergo dicimus, passionem non præcognoscere antecedenter ad cōclusionis assensum, debet intelligi de passione ut ratiō, vel de illa ut conueniente subiecto; quod idem est; nam in tantum est passio, in quantum cōvenit subiecto questionis.

Tom. I.

16. Dices tertio. Quando de passione dubitatur an existat, tūc supponitur possilitas passionis; utique quia existentia possilitatem rei supponit; ergo in tali casu passio est quidditatina præcognita, ante conclusionis actū. Respondetur negando suppositum antecedentis: nam tunc possilitas passionis exercet manus subiecti, de quo dubitatur, an sit existens.

§. V.

Quarta conclusio.

17. De subiecto, antecedenter ad assensum scientificum conclusionis, præsupponendum est quid sit, quoad quid rei, in demonstratione propter quid. Probatur primò. Medium, quod assumitur in demonstratione propter quid, est definitio quidditatina subiecti; sed definitio quidditatina subiecti explicat quid rei subiecti; ergo de subiecto, antecedenter ad assensum scientificum conclusionis, debet præcognosci, quid sit, quoad quid rei, in demonstratione propter quid.

18. Sed pro hac ratione aduerte; quod quāuis in aliquibus demonstrationibus à priori, & propter quid, non accipiatur pro medio definitio quidditatina subiecti; sed interdum alia causa: ut quando demonstramus secundam passionem per primam, aut per primæ definitionem) absolute tamē dici potest semper supponendam

Disputatio prima. Quæstio sexta.

esse definitionem quidditatiū subiecti, in demonstratione propter quid: (de qua in præsenti præcipue agit Philosophus) nā cū demonstratio propter q id procedat ex immediatis principijs formaliter, vel virtualiter, semper præsupponenda est definitio quidditatiū subiecti, vt causa prima illius passionis, quæ per eam demonstratio ostenditur.

19. Secundò probatur assertio à simili in physicis. Generatio supponit existentiam materię, seu primi subiecti, & tendit ad existentiam formę, seu unionis; quia generatio ex se producit essentiam rei in actu; ergo in discursu demonstratio, ubi assensus scientificus abstrahit ab existentia rerum, supponit essentiam, seu quidditatem subiecti, ut tendat ad cognitionem scientificam passionis.

20. Dices. Subiectum solū supponitur in præmissis cum prædicato, seu cum passione, de qua est quæstio; & tamen in prædicato, seu passione, hęc suppositio non sufficit, ut passio sit quidditatine præcognita; ergo nec in subiecto sufficiet ut sit quidditatine præcognitum. ¶ Respondetur negando maiorem: nam (ut dixi conclusione 3. §. 4. per totum) nec passio in præmissis præcognita exercet munus passionis, nec subiectum munus subiecti; alias in eis esset passio reduplicative ut talis præcognita: cum impossibile sit, quod cognoscatur homo v. g. ut

subiectū risibilitatis, & quod risibilitas nō cognoscatur ut subiectata in homine, seu ut homini conuenies: quare subiectū præter hanc cognitionē, habet aliam antecedentem, seu remotiorē, in qua cognoscitur subiectum quidditatiū, & passio quoad significacionem nominis; ut ex his excitetur intellectus ad querendum medium, ex quo fermentur præmissæ, seu principia, quæ immediate causant scientificum conclusionis assensum.

21. Replicabis; ergo antecedenter ad cognitionem præmissarum cognoscitur quidditatine subiectum, ut tale: v. g. homo, ut subiectum risibilitatis; ergo antecedenter ad cognitionem præmissarum cognoscitur passio, seu risibilitas ut hominis propria: utique quia cognoscitur ut ei conueniens. ¶ Respondetur negando primam consequentiam: nam antecedenter ad cognitionem præmissarum solū cognoscitur quidditatine homo, non ut subiectum risibilitatis; cum hoc sit quod dubitatur, & quod in conclusione inseritur, sed solum secundum se. Discremen ergo quod datur inter subiectum, & passionem, respectu huius cognitionis remotę, est, quod subiectum est à tali cognitione prævia quidditatine cognitum; at verò passio solum quoad nominis significacionem: ut de illa dubitatur an essentia subiecti conueniat? si ergo essentia subiecti, saltim specificatiōne non

non esset cognita, non posset de illa dubitari, an passio sit ei conueniens? & è cōtra; si essentia passionis esset quidditatū præcognita, non posset de illa dubitari, an sit subiecto conueniens? cum in tali conuenientia illius consistat essentia.

22. Non quiesces. Essentia passionis, nec secundum se valet quidditatū præcognosci, quin cognoscatur in ordine ad subiectum, cuius est passio; ergo nec essentia subiecti valet quidditatū præcognosci, quin cognoscatur in ordine ad passionem, cuius est subiectum. ¶ Respondetur concedendo antecedens: & negando cōsequentiam: discriminis ratio est, quia passio essentialiter, seu secundum se, ordinatur ad subiectum, cuius est passio; & ideo non valet cognoscere, nisi in ordine ad illud: at vero subiectum ex se est independens; & ideo illius essentia valet quidditatū cognoscere, sine ordine ad passionem: non aliter ac accidens commune non valet quidditatū cognoscere sine ordine ad substantiam; etiam si substantia quidditatū possit cognoscere, sine ordine ad accidentia communia.

23. Dices secundo. De subiecto nullo modo est necessarium præcognoscere existētiā; utiq; quia scientia abstrahit ab existentiā subiecti: licet enim nō sit rosa actu existens in hyeme, est scientia de illa; & impertinē videtur præcognoscere illius quidditatē; ergo de subiecto nullo modo præco-

gnoscitur, an sit, & quid sit. Antecedens constat, quoad primam partem. Quoad secundam probatur. Essentia subiecti est causa proprietatum; sed cognita essentia causæ cognoscitur effectus; ergo si præcognoscitur essentia subiecti in pertinenter traditur demonstratio, per quam cognoscatur effectus subiecti, seu propria passio. ¶ Respondetur negando antecedens, quoad secundam partem: ad probationem concedo maiorem; & distinguo minorem: cognita essentia causæ cognoscitur effectus consuē, concedo minorem: clare, nego minorem, & consequentiam: nam cognitio demonstrativa est evidens, & clara qualis non est cognitio effectus in causa.

24. Dices tertio. Quando quid sit de possibilitate subiecti, tunc essentia subiecti non valet supponi quoad quid est cognita: alias impertinens estet assensus conclusionis, per quem cognoscetur subiecti possilitas, seu subiectum quoad quid est; ergo subiectum non supponitur quidditatū cognitum ante conclusionis assensum. ¶ Respondetur negando suppositum antecedentis: nam quando de possibilitate subiecti dubitatur: tunc possilitas subiecti non exercet munus subiecti, sed passionis respectu essentię, que abstrahit à possibili, & impossibili.

25. Ex dictis manifeste liquet, præmissas esse præcognitas ante conclusionis assensum quoad an-

Disputatio prima. Questio septima.

est: ratio est; nam præmissæ, ut præcognitæ, mouent ad conclusionis assensum; utique quia absētimat cōclusioni propter præmissas; ergo præmissæ ut veræ, vel quoad an est, præcognoscuntur ante conclusionis assensum..

QVÆSTIO VII.

Qualiter prima principia presupponantur præcognita ad demonstratiuum discursum?

§. I.

1. **N**ota primò pro questionis intelligentia, quatuor esse principiorum genera. Primum est illud quod omnibus adaptatur scientijs, & sunt generalissima principia, que dignitates solent appellari; quia absq; auxilio aliorum sunt notis: ut, *quodlibet est, vel non est: dici de omni: totum est maius sua parte.* Secundum est illud quod pluribus conuenit scientijs: ut, *si ab equalibus aequalia subtrahantur, que remanent sine aequalia.* Tertium est illud quod determinate competit scientiæ: ut, *omne ens naturale est mobile.* Quatuor est illud quod peculiari deseruit conclusioni.

2. Nota secundo, habitum primorum principiorum dici ab omnibus naturalem; vel quia est cum natura cōgeitus: (ut aliqui existimant) vel quia intellectus per illum assentitur principijs sine discursu; hoc est, independenter à præmissis. Quod ergo nunc inqui-

rimus est, an prima principia sint præcognita per primam intellectus operationem medio actu apprehensiō: an vero per tertiam medio discursu demonstratio; taliter, ut licet sint præcognita respectu conclusionis ex illis illustratae, sint etiam demonstrata per modum conclusionis, auxilio alterius principij.

3. **N**ota tertio nullum primum principium esse à priori demonstrabile: ratio est evidens: nam demonstratio à priori, seu propter quid, est in qua demonstratur aliquid per suam propriam causam; sed prima principia sunt resolutilia in alia, tanquam in causam; alias non essent prima; ergo à priori nullum primum principium est demonstrabile. His prænotatis, & suppositis, sit.

§. II.

Prima conclusio.

4. **N**ullum principium, ex ap- positis in exordio questionis, est ex se demonstrabile. Est Philosophi in præsenti: vbi docet principia prima esse indemostrabilia. Et probatur ratione. Omnia principia, in exordio questionis apposita, sunt ex se primæ; ergo ex se sunt indemonstrabilia à priori; & alias effectus ex illis dimanantes sunt ex se ignotiores; ergo omnia principia, in exordio questionis assignata, sunt ex se indemonstrabilia. ¶ Confirmatur effe-

Qualis prærequiratur cognitio principiorum? 140.

effectus ex se ignotior est sua causa, cum causa sit ex se ratio demonstrandi effectum; ergo effectus ex se nunquam demonstrat causam: ni velis in demonstrationibus circumstylum admittere: ita ut effectus demonstraret ex se causam, & causa ex se demonstraret effectum.

5. Secundo probatur ad hominem, contra Petrum à Serua, qui docet principia tertij, & quarti generis esse ex se à posteriori demonstrabilia: nam ipse defendit in ultimâ conclusione disp. 4. se ct. 1. n. 484. principia tertij, & quarti generis ex se esse à posteriori demonstrabilia, quia licet principia hæc sint per se, & nō per aliud nota: tamen non sunt quoad nos per se nota; sed ipse in fine primæ conclusionis asserit principia primi, & secundi generis posse esse per accidens ignota ex indispositione, & rudi intellectus tarditate; ergo in re admittit omnia principia esse ex se indemonstrabilia, & notiora suis effectibus. Nec ei fauet distinctio assignata; videlicet quod principia tertij, & quarti generis nō sunt per se quoad nos nota; & quod primi, & secundi generis solum sunt quoad nos per accidens ignota. Non (inquit) fauet nā hæc distinctio solū stat in vocibus; vtique quia in re idem est esse ignota per accidens, ac esse ignota ex defectu nostri intellectus; & idem, esse ignota quoad nos, ac esse per accidens ignota; ergo in re assignatum discrimen est nullum.

Tom. 2.

§. III.

6. De omnibus primis principijs debet præcognoscari terminorum significatio, & etiam ipsorum quidditas quoad quid est. Prima pars est euidens: quia intellectus non potest principium cognoscere, quin prius præcognoscatur terminorum significacionem: nisi enim cognoscatur quid significet totum, & quid pars non poterit cognoscere totum esse sua parte maius; ergo præcognitione terminorum est necessaria ad principiorum apprehensivam cognitionem.

7. Secunda pars probatur: nam ut intellectus cognoscatur totum esse sua parte maius, necessarium est quod præcognoscatur quidditatem totius, & partis, quoad quid est: male ergo apprehenderet totum, ve maius sua parte, si nō præcognoscit quid totius, & quid partis; ergo talis præcognitione est simpliciter necessaria ad principiorum cognitionem.

8. Dices: Principiorum cognitione supponit cognitionem suarum quasi partium, quoad quid est; ergo talis cognitione non est apprehensiva, sed discursiva: cū ex pre-existenti fiat cognitione. Respondetur distinguendo antecedens: principiorum cognitione supponit cognitionem suarum quasi partium, per apprehensionem terminorum cōcedo antecedens; ve per causam cōclusionis, nego au-

S 4

tece-

Disputatio prima. Quæstio septima.

recedens; & consequentiam: nam non omnis præexistens cognitio est sufficiens ad formandā demonstrationem; ut cōstat in cōgnitionibus definitionēm antecedentibus, quæ non inferunt cognitionē definitionis, per modum conclusionis: quia tales præcognitiones non se habent ut causa, vel ut antecedens, respectu conclusionis, seu consequentie.

9. Et quod cognitio principiorum non spectet ad tertiam intellectus operationem, per modum discursus, sed ad primam, per modum apprehensionis, constat, pri-mò, ex eo quod a Philosopho appellatur suprema nostri intellectus cognitio, naturalis principiorum cognitio; sed secundum Diuum Dionysium cap. 7. de diuinis nominibus; supremum infini attingit infinitum (supremi); ergo suprema nostra cognitio attingit modum intelligendi naturæ Angelicæ, quæ sine discursu intelligit. Secundò ex eo quod Aristoteles. 6. Ethic. cap. 3. habitum principiorum appellat intellectum; sed hec vox intellectus, (teste Diuo Thoma. t. p. q. 79. a. 8.) differt à ratione in hoc, quod intellectus ut talis apprehendit, & indicat: ratio vero infert, & demonstrat; ergo habitus principiorum, qui intellectus nominatur ab Aristotele, non est discursivus.

Q V A E S T I O . VIII.
An demonstratio debeat esse de permanenti, incorruptibilibus, & necessarij?

S. I.

Notabilia propositio.

1. Pro questionis luce nota priuio perpetua, incorruptibili, & necessaria non vocari ea quæ essentiam in individuo re ipsa incorruptibile habent, nec ea quæ necessario existunt; sed quæ intrinsecam prædicati cum subiecto important connexionem, prout in enuntiationibus, & præmissis demonstrationis significatur, in sensu, in quo Hominē esse animal, aut esse visibilē, necessarium, & aeterna veritatis dicimus esse; eo quod quotiescumque, & vbiunque homo sit, necessarium est, ut sit animal.
2. Nota secundò illam dici propositionem necessariam, quæ cōstat prædicato per se: unde cu quatuor sint modi essendi per se, quatuor etiam modis dicitur prædicatum de subiecto necessario: Primus modus dicendi per se est quādo id quod prædicatur est quid substantiale, seu est aliquid ad prædicamentum substantie spectans. Secundo modo dicitur aliquid per se per modum causæ; quando non per accidēs, sed per se insuit in effectum. Tertio modo dicitur aliquid per se de alio quando prædicatum est de essentia subiecti. Quartio & ultimo modo dicitur aliquid per se de alio, quando habet necessariam connexionem cum illo; & in hac acceptione passiones dicuntur per se de subiectis. In

pre-

presenti; ergo inquirimus: an demonstratio proueniat ex necessarijs in tertia, & quarta acceptione. His suppositis, sit.

§. II.

Conclusio.

3. **C**ommunis Dialecticorum sententia, cum Philosopho pluriibus in locis, & praecipue cap. 4. huius libri, ut primum principium Dialecticae admittit, enuntiationes ex quibus syllogismus demonstratiuus concidetur necessario esse necessarias, & aeternae veritatis: in quorum gratiam nos id ipsum pro conclusione defendimus. Fundamentum huius est evidens: nam de monstratio, ut talis, generat scientiam; scientia vero (in omnium ore) est de his quae semper sunt, & aliter se habere non possunt; ergo demonstratio est etiam de ipsis: alias inclinaret scientia ad actus dissimiles his quibus fuit genita.

4. Secundò probatur: Syllogismus constans ex propositionibus contingentibus, quae nunc vere, nunc falsè esse possunt, est syllogismus probabilis; at syllogismus probabilis est à demonstratio specificè distinctus: quia probabilis est de contingentibus; demonstratiuus vero de necessarijs; ergo demonstratiuus nequit esse de contingentibus, ~~quae~~ sunt, ut possint non esse. Confirmatur haec ratio: Demonstratio eidēter ostendit.

Tom. 2.

dit effectum per causam, vel causam per effectum; sed effectus contingens in nulla causa per se determinate continetur; ergo in nulla valet eidenter cognosci: neque ex illo causa potest eidenter ostendi; ergo solus effectus necessarius est à demonstratio e eidenter demonstratiuus; ergo solus iste est demonstrationis materia.

5. Obijcies primò: Si propter aliquam rationem præmissæ sunt necessaria, maxime quia conclusio est necessaria; sed conclusio necessaria valet dimanare ex præmissis contingentibus: utique quia effectus necessarius multoties dimanat ex causa contingentí: nā vulnus letale accidit homini; & tamē necessario causat mortem; ergo ex eo quod demonstratio cauet esse effectum necessarium, non sequitur quod debeat esse de necessarijs. Respondetur concedendo maiorem, & negando minorem: si loquantur de necessitate simpliciter dicta: nam ille effectus nō est necessarius absolute, sed solum secundum quid: ratio est evidens; nam effectus absolute non potest esse nisi precedat causa; sed causa, ex qua sequitur mors, est contingens: utique quia potest non ponere vulnus; ergo & effectus, scilicet mors, est solum necessaria ex suppositione talis vulneris.

6. Obijcies secundò: Sicut se habet verum respectu falsi; ita necessarium respectu contingentis; sed ex falso multoties sequitur verum: nam ex his præmissis falsis:

Disputatio prima. Quaestio octana.

omnis substantia disgregat vi-
sum; albedo est substantia; sequi-
tur hæc conclusio vera; ergo al-
bedo disgregat visum; ergo ex
contingenti potest sequi necessa-
rium. ¶ Respondeatur conce-
dendo maiorem: & distinguendo
minorem: ex falso sequitur verū,

ratione formæ, concedo minorē:
ratione materiae, nego minorem:
& consequentiam, in eodem sen-
su. In præsenti ergo loquimur de
necessitate posterioristica, quæ
sequitur ex necessitate materiae,
& nō ex posterioristica, quæ se-
quitur ex recta formæ dispositione.



DIS

DISPV TATIO
SEC V N D A
DE DIVISIONE DE,
MONSTRATIONIS VT SIC.

1. **N** hac disputatione obseruandum est, demonstratio-
nem, ut sic, abstrahentem à demonstratione produ-
cente assensum per causam propriam, vel impro-
priam, sc. super eff. & cū, esse quid superius, & com-
mune ad demonstrationem *quia & properter quid*: ex eo quod cuilibet
harum demonstrationum competit generare assensum certum, ve-
rum, & euidentem, conuincere intellectum, ab eoque omnem ex-
pellere formidinem. De his ergo demonstrationibus presens pro-
cedit disputatio, & inquirit.

QVÆSTIO VNICA.

*An differentia ab Aristotele assignata, inter demonstrationem quia, & properter quid sit in eadem scien-
tia essentialis?*

§. I.

Veriora suppono.

1. **P**ro questionis resolutione
obseruadū est primo, quod
Philosophus assignat duas diffe-
rentias inter demonstrationem,
quia, & properter quid. Prima est,
quod demonstratio *properter quid*

procedit à causa immediata: de-
monstratio vero *quia à causa re-*
mota: vt si ad probandum parie-
tem non respirare, ita argumen-
temur: quidquid respirat est ani-
mal; sed partes non est animal; et-
go partes non respirat: hæc enim
est demonstratio *quia*: *quia* proce-
dit à causa immediata, seu remota;
nam non esse animal causa remo-
ta est huius quod est non respira-
re: cum causa proxima sit non ha-
bere pulmonem.

2. Sed vt intelligas discrimen
assignatum obserua secundo cau-
sam mediatam (*in præsenti*) non
accipi pro causa remota, quæ est

Disputatio prima. Quæstio unica.

Causæ proximæ immediatas; quælis est illa inter quam, & effectum, alia mediat causæ; sed accipi pro causa impropria, seu extrinseca. Quid autem sit hoc modo esse causam mediatam non potest melius explicari, quam eo signo quo vius vñus est Aristoteles ab probandū non esse animal esse causam extraneam non r. strandi. Dicitur ergo ista causa mediata à Philosopho; quia inter illam, & effectum, quodammodo interiecta est causa propria: quare verè explicat has causas mediatas, siue non proprias; & immediatas, siue proprias, qui dicunt: mediatam, seu impropriam, esse illam, quæ cum effectu non conuertitur; quamvis demonstratio hæc sit à posteriori: quia prius est causam aliquam esse non propriam, quam cum effectu non conuerti: & immediatas, seu propriam esse illam, quæ conuertitur cum effectu demonstrato. Et etiam verè explicant has causas mediatas, & immediatas, qui docent: mediatam esse illam, quæ tantum demonstrat effectum, seu conclusionem quoad an est; immediatam verò, quæ illum demonstrat, ne- dum quoad an est, sed etiam quoad quid, & propter quid est.

3. Secundum discrimen est, quod demonstratio quia nō semper procedit per causam, sed aliquando per effectum: at verò demonstratio propter quid semper per verā, propriam, & legitimam progre- ditur causam. Ex his colliges (cū Magistro Sernalib. 8. post q. 9.

n. 2) non esse idem demonstratio nem propter quid, & demonstratio nem à priori: nam licet omnis demonstratio propter quid, sit à priori; tamen non omnis demonstratio à priori, est propter quid: quia demonstratio quia per causam remotam, seu mediatam est à priori; non secus ac non est idem demonstratio à posteriori, & demonstratio quia; etiam si omnis demonstratio à posteriori sit demonstratio quia: nam demonstratio quia per causam remotam non est à posteriori, sed à priori.

4. Tertio obseruandum est, quod de omni demonstratione possumus bifariè loqui; primo in communi, considerando tantum ea, quæ per se illi conueniunt, ratione debitæ materiæ, & formæ, secundò in particulari, considerando ipsam, vt constat tali materia, vel tali forma, ad hanc, vel ad illam scientiam spectatæ: priori modo demonstrationi propter quid v.g. solum competit ex parte formæ quod sit benè disposita in modo, & figura, & ex parte materiæ quod procedat ex præmissis veris, immediatis, primis, &c. quod verò istæ præmissæ ve- ræ immediatæ, primæ, &c. sint in hac, vel illa materia, hoc est in hac, vel illa scientia, conuenit illi secundo modo, seu in particulari sumptæ.

5. Sed magna in his demonstracionibus primò, & secundo modo sumptis reperitur differentia: nam distinctio specifica illarum venâ-

De differentia demonstrat. quia & propter quid? 143

da est, non ex parte materiæ, cui demonstratio applicatur, seu penes ea, quæ eis per accidens conueniunt: sed penes ea, quæ per se illis competit: ratio huius sumitur ex fine ad quem demonstratio ordinatur: nam finis demonstrationis *propter quid* est describere intellectui ad acquirendam sciētiā *apriori*; sed ad hunc finem per accidens se habet, quod applicetur ad hanc, vel illam materiam determinatè; ergo hoc non conuenit demonstratiōi per se; ergo impertinet se habet ad distinctionem specificam vnius demonstrationis ab alia. Confirmatur primò hæc ratio. Quando aliquid instrumentū ordinatur per se ad aliquem finē, solum conuenit illi per se id quod ei fuerit necessarium ad consequēdum talem finem; sed diuersitas scientiarum in instrumento logico demonstrationis *propter quid* per accidens se habet ad acquirendā scientiam *apriori*: vtq; quia quando plures materiæ instrumento deferantur ad aliquem finem; nulla illarum determinatè sumpta conuenit per se tali instrumento; ergo talis diuersitas materiarū per accidens se habet ad distinctionem specificam demonstrationis *propter quid*. Confirmatur secundò: Definitiones quidditatiax omnium scientiarum sunt eiusdem speciei; etiam si explicet quid ditates valde diuersas, & etiam si coalesceant ex terminis specificè distinctis: quia omnes conueniunt in modo explicandi illas; ergo à simili de-

demonstrationes *propter quid* in distinctis sciētijs reperiuntur eiusdem speciei etiam si cōsistat ex materijs specificè distinctis: quia omnes conueniunt in modo demonstrandi à priori ex principijs primis, & immediatis.

6. Vnde ut certum tenendum est, diuersitatem specificam materiarum non causare diuersitatem specificam in instrumento; nisi talis diuersitas materiæ causet diuersitatem in modo attingendi finem illius instrumenti: & ideo duæ s̄t: & cōfert ex diuersis materijs sunt eiusdem speciei in genere artificij; dum modo aliqua ex materijs nō causet diuersitatem in serua in modo attingendi finem artis.

§. I I.

Illata ex notabilibus.

7. EX his sequitur primò: Omnes demonstrationes *propter quid* esse eiusdem speciei sūne spectet ad vnam, sūne ad diuersas sciētias. Constat ex dictis: quia non differunt in eo quod per se eis conuenit: cum omnes procedant à priori ex principijs veris, primis, immediatis, &c. sed solum in materia cui applicantur: quia diuersitas per accidēs se habet ad rationem specificam demonstrationis; ergo omnes demonstrationes *propter quid* etiam si in diuersis sint scientijs sunt eiusdem speciei.

8. Dices. Demonstrationes *propter quid* in diuersis scientijs gene-

Disputatio secunda. Quæstio unica.

tant assensus specificè distinctos: alias omnes sciætiæ eiusdem essent specie; ergo ipse demonstrationes differunt etiam inter se specie. Respondeatur cōcedendo antecedens; & negando consequentiā: vel distinguendo illam, claritatis causa: demonstrationes differunt specie per accidens, & materialiter, concedo consequentiam: per se, & formaliter, nego consequentiam: nā distinctione horum assensuū nō oritur ex distinctione formalī, & per se demonstrationis propter quid; sed ex diuersitate materiali, & per accidens principiorum ex quibus colliguntur: nō aliter ac definitio-nes quidditatius non sunt forma-liter, & per se diuersæ, etiam si di-uersas explicent essentias.

9. Replicabis. Præmissæ, & principia demonstrationum prop-ter quid, ad diuersas speiant sciætias, & eorum assensus sunt specie diuersi; ergo demonstrationes quæ ex illis constituuntur sunt etiam specie diuersæ. Respondeatur con-cedendo antecedens, & negando consequentiam: quia præmissæ, & assensus solum differunt materia-liter, seu quoad substantiam; non tamē formaliter in modo causan-scientiam; cum omnes conuenient in hoc quod est illam causare à priori ex principijs proprijs, & immediatis.

10. Ex hac sequela infertur se-cunda; videlicet quod omnes de-monstrationes quia siue à causa re-mota, siue ab esse & u procedant, sunt eiusdem speciei: quia in ordi-

ne ad hinc demonstrationis eo-dem modo concurrunt: nam tām causa nō propria, seu remota, quā effectus, causant eodem modo sciæ-tiam: cum ratione utriusque de-monstrationis solum cōclūsio scia-tur quoad an est; ergo discrimē in-ter has demonstrationes repertū solum est accidentale; utique quia discrimē formale solum reperitur in diuerso modo consequendi fi-nem demonstrationis. His preli-batis pro quæstionis resolutione sit.

§. III.

Prima conclusio.

11. O Mnis demonstratio prop-ter quid differt (specie à qua cumque demonstratione equa. Et coniunctis, & expresse inuenies il-lam in Aristotele. i. post. cap. 10. ubi distinguit duplex scire, quia & propter quid; constatque ex §. anteCEDENTI: nam omnis domostra-tio est instrumentum logicum, cu-ius finis est scientia; sed demonstratio propter quid differt à demonstra-tione quia in modo attingendi fi-nē, seu in modo faciédi scire: utiq; quia demonstratio propter quid pro-cedit semper ex causis, & princi-pijs proprijs, & immediatis, pene trando quid, & propter quid con-clusionis: demonstratio vero quia solum procedit ex causis media-tis, seu ex esse & u, attingendo tan-tum conclusionem quoad an est; ergo istæ demonstrationes sunt in

De differentia demonstrat. quia & propter quid? 144

ter se specifice diuersæ : quia omnis demonstratio specifica rei, essentialiter ad aliam ordinata, debet accipi ex diuerso modo, quo respicit finem proprium, & intrinsecum. Confirmatur. Assensus à demonstratione *quia* genitus est solum *quoad an est*; assensus verò à demonstratione *propter quid* genitus, est *quoad quid & propter quid sit*; sed generari diuersos in specie assensus supponit media, & principia essentialiter, & specificè diuersa; ergo supponit etiam demonstrationes specie, & essentialiter diuersas. Confirmatur secundo. Syllogismus topicus est à demonstratō, seu analytico specificè distinctus: etiam si circa eandem versentur materiam: quia diuersos in specie generant assensus; sed syllogismi demonstrationis *quia*, & *propter quid* circa eandem materiam diuersos etiam in specie generant assensus; ergo sunt specificè distincti.

12. Obijcies primò. Duæ demonstrationes *propter quid* ad diuersas scientias spectantes constat præmissis, & medijs magis distinctionis, quam duæ demonstrationes pertinentes ad eadēm scientiam, quarū una sit *quia*, & altera *propter quid*, & tamen de illis diximus esse eiusdem speciei; ergo ex distinctione præmissarum, & mediumrum non valet colligi distinctione specifica inter demonstrationem *quia*, & *propter quid*. Respondetur negando maiorem: nam (ut dixi) non sufficit distinctione secundum

materiam, (qualis reperitur inter præmissas demonstrationum *propter quid*, pertinentium ad diuersas scientias) ut demonstrationes distinguantur inter se specificè; sed opus est, quod distinguantur in modo causandi scientiam, per se à demonstrationibus inspectam.

13. Obijcies secundo. Demonstratio cōstructa ex præmissis mediatis formaliter, & immediatis virtualiter, si sumatur dumtaxat quoad ea ex quibus formaliter constat; non est demonstratio *propter quid*, sed *quia*: & tamen ista nō differt specie à formali demonstratione *propter quid*; cum conueniat cum illa in modo causandi scientiam, videlicet à priori; ergo non est vniuersaliter verum, quod omnis demonstratio *quia* differt specie à demonstratione *propter quid*. ¶ Respondetur concedendo maiorem: & negando minorē: scilicet, quod illa demonstratio, quæ èatūm virtualiter est *propter quid*, sit eiusdem speciei cum demonstratione formaliter *propter quid*; si ignorentur illa, quæ in tali demonstratione continetur: nam id quod virtualiter in præmissis cōcinetur, & ignoratur, est causa propria, & immediata necessario petita à demonstratione *propter quid*.

14. Obijcies tertio. Minor distinctione reperitur inter syllogismum demonstrationis, & topicum, quam inter demonstrationem *quia*, & *propter quid*; sed syllogismus demonstratiūs non dis-

Disputatio secunda. Questio unica.

Singuitur à topico specificè, & essentialiter; cùm tota horū distinctione solū sit ex parte materiae: quatenus demonstratio constat ex materia necessaria; topicus vero ex probabilitate tantum: ergo multo min⁹ demonstratio quia, & propter quid. Respondetur dilia-
guendo maiorem: minor distinctione reperitur inter syllogismum demonstrativum, & topicum, quām inter demonstrationem quia, & propter quid, quantum ad rationem genericam, concedo maiorē: quātum ad specificam, nego maiorē: & distingo minorem: syllogismus demonstrativus non distinguitur à topico specificè, quantum ad vim illatiuam, concedo minorem: quantum ad probatinā, nego minorem: & consequentiam: nam licet syllogismus demonstrativus non differat specie à topico in via illativa, benē tamen in probativa: qualiter etiam differt demonstratio quia à propter quid.

15. Nec valet dici, quod solū differunt in materia his syllogismi. Non (inquam) nam quamvis diversitas in materia principiorum non causet distinctionem specificam inter syllogismos, quantum ad vim illatiuā, benē tamen quantum ad probatiuā: neque est speciale in syllogismis, quod ex diversitate materiae colligatur specifica distinctione; imo cōmune est omnibus instrumentis: nam omnia instrumenta accipiunt specificam distinctionem ex parte materiae; quādo diversitas in materia cau-

sat diuersum modum attingendi finem ipsorum: sicut duo mallei, quorum unus sit cōfensus ex ferro, & alter ex cera specie differunt propter diuersitatem materiae, quāuis eadem sit in utroq; forma: quia cera inutilis, & inepta est ad mallei finem.

16. Obijcies quartò. Si admittatur diliatio specifica inter demonstrationem quia, & propter quid, sequitur, quod etiam sit admittenda inter duas demonstrationes quia, quarum altera procedat abesse &cū, & altera à causa remota cùm eadem sit distinctionis ratio. Respondetur negando, quod in utraque demonstratione par sit ratio distinctionis: nā omnes demonstrationes quia, siue procedant abesse &cū, siue à causa remota, cōuenient in modo causandi sciētiā; at vero demonstratio propter quid nō conuenit in modo causandi cū demonstratione quia; vt dixi in discurſu questionis.

§. IV.

Secunda conclusio.

17. **H**abitus qui acquiruntur per huiusmodi demonstrationes quia, & propter quid sunt specificè diuersi. Probatur ex Divo Thom. t. 2. q. 54. art. 2. in sol. ad. 1. vbi docet, distinctionem specificā habitus accipi ex distinctione formalis obiectorum; sed habitus acquisiti per has duas demonstrationes respiciunt obiecta formaliter

De differentia demonstrat. quia & propter quid? 145

ter diueria; ergo inter se distinguantur specie. Minor (in qua est difficultas) probatur. Habitus acquisitus per demonstrationem propter quid respicit suū obiectū, ut cognoscibile quo ad quid, & propter quid, à priori per medium immediatum, & proprium; habitus vero acquisitus per demonstrationem quia; etiam si materialiter idem respiciat obiectū; illud respicit, ut tantum cognoscibile quo ad anest, & à posteriori, vel solum à priori per medium remotum; sed talis diuersitas est formalis, & in esse scibilis, cùm sit in modo attingendi proprium specificatiū; ergo habitus acquisiti per has duas demonstrationes respiciunt obiectū formaliter diuersa.

18. Nec valet dici, quod hæ demonstrationes possint ad eandem scientiā spectare. Non (inquam) valet; nam licet valeant spectare ad idem obiectum materiale; non tamen ad idem formale: quia una scientia non valet respicere diuersos in specie actus; non aliter ac licet, actus demonstratiui, & probabiles possint ad idem obiectū materiale spectare; non tamen ad eundem in specie habitum, propter rationem iam insinuatam: nā vnu tantum habitus non potest respicere media, & actus formaliter distinctos. Quare male in præsenti Petrus à Iesu Maria disp. 4. de tertia intellectus operatione. sect. 2. a. 2. defendit has duas demonstrationes quia, & propter quid ad eundem habitum pertinere; quia

idem habitus valet respicere actus specie diuersos, si inter le sunt naturaliter subordinati. Male (inquam) nam actus subordinati ab eodem habitu inspe&i idem formaliter debet attingere obiectū; sed obiecta harum demonstrationium (vt dixi supra in ratione nostræ conclusionis. n. 17. precedenti.) sunt formaliter diuersa; ergo illorum actus non seruant subordinationem. Ex quo nō sequitur, quod habitus non sint qualitates simplices: nam habitus ab his demonstrationibus geniti, etiam si ad idem materiale spectent obiectum, non constitunnt, nec componunt vnum habitum (vt aliqui volūt) sed disparatè se habent respectu talis obiecti, ut vhusquisque in sua linea seruet simplicis qualitatis perfectionem: non secus ac habitus demonstratiuus, & topicus nō componunt vnum habitū; etiā si circa idem versentur obiectum materiale.

§. V.

Primum corollarium.

19. Ex his manifestè sequitur, demonstrationem quia recte, & proprie participate ratione demonstrationis ut sic. Constat primò ex Philosopho. i. post. cap. 10. vbi cōcedit duplex scire; quia, & propter quid; sed scire est ab instrumento propriè demonstratio; (vt ex illius constat definitione); ergo demonstratio quia generans

Disputatio secunda. Quaestio unica.

Seire est verè, & propriè demonstratiq.

20. Ratione probatur secundò. Demonstratio quia, saltim quoad anct, generat assensum certū, verum, & evidentem, conuincētem intellectam, ab enone omnem expellentem formidinem: sed rotum hoc est proprium demonstratio- nis verè, & propriè, ergo demonstratio quia propriè, & verè est demonstratio. ¶ Confirmatur. De monstratio quia est essentialiter distincta à probabili, & sophisti ca argumentatione; ergo est vera, & propria demonstratio.

21. Dices. Demonstratio (ut constat ex Philosopho) est syllogismus procedens ex causis primis, & immediatis: sed demonstratio quia, que est à posteriori nō procedit ex causis, & que est à priori non procedit ex immediatis; ergo demonstratio quia propriè non est demonstratio: alias ei cōueniet definitio demonstrationis vt sic. ¶ Respondetur concedendo maiorem: & negando minorem quoad utramque partem: nam licet certum sit, quod nulla demonstratio quia procedat ex causis primis, & immediatis in iesello, procedit tamen ex illis in cognoscendo: nam effectus, vel causa remota, in præmissis rectè dispositis, exercet munus cause: cum à præmissis causetur actus scientificus conclusionis.

22. Nec valet dici, syllogismum sophisticum procedere etiam ex causis in cognoscendo; etiā si non

exerceat munus demonstrationis. Non (inquam) nam licet syllogismus sophisticus procedat ex causis in cognoscendo: tamē nō quilibet causa in cognoscendo genera- tet scientiam; sed certa, & evidens, qualis reperitur in demonstracione quia.

§. VI.

Sesundum corollarium.

23. Ex precedenti, §. sequitur manifestè, demonstratio ne ut sic dividì, tanquam proprium genus, in demonstrationem quia, & propriè quid. Probatur. Tūc ratio superior se habet ut genus, quando æqualiter descendit ad inferiora; sed demonstratio ut sic æqualiter descendit ad demonstracionem quia, & propriè quid cum quia demonstratio quia essentialiter generat scientiam, sicut propter quid: tum quia demonstratio quia non ordinatur ad demonstracionem propter quid; ergo talis divisione est generis in species.

24. Dices. Demonstratio proper quid simpliciter est demonstratio ne quia perfectior: tu quia perfectius est reddere causam propriam, quam remotam conclusio nis: tum quia perfectius est cognoscere evidenter conclusionem quātum ad quid, & propriè quid est, quam quantum ad an est: ergo iste demonstrationes non participant æqualiter rationem demonstrationis ut sic. ¶ Respondetur dis tin-

Dedifferentia demonstrat quia & propter quid? 146

tingendo antecedens: demonstratio propter quid est demonstratione quia perfectior, in ratione specifica, concedo antecedens: in ratione generica, nego antecedens: & consequentiam: nam hoc quod est cognoscere euidēter cōclusionem quoad quid est, ex causa immediata, & proxima, non dimanat ex eo quod sit demonstratio, sed ex eo quod sit talis demonstratio, videlicet propter quid: quare in ratione demonstrationis, ut sic, vniuocē conueniunt: ratio est: nam hoc quod est generare scientiam simpliciter conuenit demonstrationi quia: cum ex se, & non ratione alterius, conueniat ei.

§. VII.

Terium corollarium.

25. **E**X tōto quæstionis discursu constat diuisionem demonstrationis in *quia*, & *propter quid* esse exactam, & adæquatam. Ratio est: nam medium quod in præmissis assumitur ad cōclusionis illationem, vel habet rationē prioris, seu cause, vel posterioris, seu effectus: cum inter præmissas, & conclusionem demonstrationis debeat esse aliqua infallibilis connexio: ergo tota demonstrationis latitudo clauditur in his duabus speciebus.

26. Dicēs, aliquando dari in præmissis medium æquale, quod respectu conclusionis non habet rationem prioris, nec posterioris; ergo non omne medium habet respectu conclusionis rationem cause, vel effectus. Respondetur negando antecedens: nā medium æquale cum conclusione convertibile etiam habet rationem causæ, vel effectus, vnde rationale cū ratiabili convertibile (secundum omnes) habet rationem causæ, & ratiabile, rationem effectus.

27. Et vt omnibus respondeas obiectionibus, nota: nullum esse medium in præmissis appositum, quod propriè, vel impropriè non sit causa, vel effectus: nam medium essentiale, quod demonstrat quiditatē rei constituit demonstrationem propter quid: quia licet tale medium non sit causa efficiens conclusionis: est tamen causa formalis, seu essentialis mouens intellectum ad conclusionis illationem: medium vero quod demonstrat per signum rem quoad an est, constituit demonstrationem quia: & similiter omne medium sive negotium, sine posituum sit. si est per causam remotam, vel per effectum, constituit demonstrationem quia: & si est per causam immediatam constituit demonstrationem propter quid.

DISPUTATIO
TERTIA
DE DEMONSTRATIO-
NIS EFFECTIV.

I.  VM instrumentorum notitia ex sine sit desumenda, ad exactam demonstrationis cognitionem, (de qua principaliter disputat Philosophus in hoc opere) necessarium erit explicare aliquid de scientiæ quiditatem, quæ est finis per demonstrationem acquisitus; & licet aliqui in præsentí disputatione de specificatiōne scientiarum, à quo accipiunt scientiæ speciem, & unitatem, tamen quia de hoc est à nobis diffusæ agendum in libris de anima, ideo usque ad illos specificam scientiarum omitto unitatem.

QUESTIO I.

An scientia essentialiter differat ab opinionē, & fidei.

§. I.

Prælibantur certiora.

1. Ver inter extrema perse & cognoscatur distinctio, quæ in illis reperitur: oportet premittere illorum naturam, & essentiam: cum ergo in præsenti inquiramus qualiter scientia, & opinio distinguantur inter se, & à fide: prius discutiendum erit, in quo-

horum consistat essentia. Et in primis iam ex supradictis in his libris, & in prima parte Logicæ, disputat. 1. quest. 4. §. 1. num. 1. constat, scientiam ex principijs naturalibus ortam, essentialiter coalescere ex certitudine, & eviden-

tiæ.
2. Opinio autem definiri solet per hoc quod sit, *Affensus obscurus, incertus, & formidolosus*: vel per hoc quod sit, *Affensus unius partis cum formidine alterius*. Sic D. Thomas 1. 2. quest. 13. art 9. videlicet, de ratione opinionis sic, quod accipiatur unum, cum formidine alterius oppositi. Dicitur *Affensus unius*.

An sc̄ientia essētialit. differat ab opinione, & fide? 147

vnū partis, vt distinguatur à du-
bio, quod non includit assensum
vnū partis, sed negationem al-
sensus: nā intellectus dubius ap-
prehendit rationes, quē pro vtra-
que parte & qualiter militant, &
nulli parti determinate adh̄ret:
at verō opinans determinate vni
adh̄ret parti: dicitur *obscurus*, vt
distinguatur à scientia, quæ esen-
tialiter includit assensus eviden-
tiā: dicitur *formidolosus*, vt dis-
tinguatur à fide, quæ ex se est as-
sensus certus, omnem excludens
formidinem.

3. Ex hac definitione colligunt
quam plurimi Doctores formidi-
nem esse de intrinseco conceptu
opinionis. D. Thom. in 3. dist. 2. 3.
q. 2. art. 2. q. 1. docet dari latum
discrimen inter *sc̄ientem*, *credētem*,
opinan̄tem, & *dubitantem*: quia sc̄iēs
plene assentitur veritatibus de-
monstratis: ita vt absque illa hæ-
sitatione omnino determinet in-
tellectum ad earum assensum ex
evidentia, & certitudine princi-
piorum; quæ ita clara, & manifes-
ta sunt, vt intellectum (adhuc re-
luctantem) ad sui, & conclusionis
assensum cogat. Credens autem
etiam assentitur rebus reuelatis,
seu testificatis ita certe, vt de illis
nullo modo dubitet: hoc tamen
non prouenit ex evidentiā rei re-
uelata, seū ex eo quod videat in
suis causis, vel effectibus rem tes-
tificatam; sed ex eo quod talis res
testificatur ab aliquo veraci, seu
siderigno; & etiam ex pia volun-
tatis affectione determinante in-

tellec̄tum ad assensum rei testifi-
catæ. Opinans vero taliter, assen-
tit propositioni opinatæ: vt ma-
neat cum quadam hæsitatione:
quia neq; huiusmodi proposicio-
nes sunt ita certæ, & evidentes, vt
cogant omnino intellectum ad il-
larum assensum; neque est volūtas
tanta pia affectione affecta circa
has propositiones, vt firmiter, &
constanter iubeat intellectui eis-
dem adh̄rere. Dubitans denique
neutri parti adh̄ret, nec in alicui
assensum determinate inflecat
intellectum, sed fluctuantī animo
iam in vnā, iam in aliam declinat
partem.

4. Ex his liquet, opinionem (in
sententia Angelici praeceptoris)
esse habitum formidinem essen-
tialiter includentem: nam si opin-
ans cum formidine, & timore
fertur in propositiones opinatas,
necessario ipsa opinio secum ha-
bebit essentialiter formidinem, quā
tribuit assensui.

5. Alij vero (inter quos est Du-
randus in 3. dist. 3. q. 6. art. 2.) af-
firmant, de ratione opinionis non
esse formidinem: nam ex se solum
dicit esse assensum productum ex
principijs probabilib⁹, quæ (quā-
tu⁹ est ex se) non causant om-
nimodam certitudinem: quia non
conuincunt omnino intellectum;
& ideo non admittunt predicati
opinionis definitionem; sed aliam
ex verbis Aristotelis desumptam:
nimirum, opinio est, assensus verus,
vel falsus obiecti contingentis: vbi ly
contingentis non est tantum condi-

nom

Disputatio iuxta tertiam. Quæstio prima.

tio tenet se ex parte obiectis sed ex parte intellectus opinantis: ita ut intellectus iudicet, quod illud quod intelligit potest esse, & non esse.

6. Vtraque sententia relata probabilis est; sed probabilius prima; quia Divi Thom. & quia ratione nititur efficaciori: nam eo ipso quod intellectus assentitur alicui propositioni, iudicando, quod potest esse, & non esse vera, habet formidinem; si quidem iam timet, quod oppositum potest esse verum; ergo formido est de essentia opinionis.

7. Pro intelligentia vero adiquata huius definitionis, nota, formidine (pro essentia opinionis assignatam) non accipi pro certetia certitudinis, & evidentiæ: tum quia hæc carentia consequitur ad essentiam opinionis: tum (& maxime) quia opinio est habitus realis, & positivus, cui non valet conuenire negatio pro essentia: quare formido essentialiter inclusa in opinionis habitu consistit in quadam imperfectione, seu debilitate, ratione cuis imbecilliter, seu absque firma, & evidenti ratione tendit in suum obiectum: vel (ut formalius loquar) consistit in hoc quod tendat ad suum obiectum, per medium solum verisimile, seu probabile, vnde imbecillitas opinionis dimanat ex imbecillitate medijs inferentis conclusionē tantum probabilem; sicut firmitas scientie ex stabili principiorum oritur firmitate.

8. Fides vero (vt ex supradictis constat: nu. 3.) est habitus quo intellectus alicui assentitur propositioni, propter salam dicentis veracitatem; sed quia duplex est dicentis veritas, divina, scilicet, & humana: ideo in nobis duplex est fides: altera diuina, qua assentimur veritatis à Deo Ecclesiæ reuelatis: (de qua Theologi in initio 2. 2.) alia humana, qua assentimur aliquibus propositionibus propter testimonium humanum.

9. Hoc supposito, seu prænotato, vt certum tenendum est fidem diuinam differte essentialiter ab omniorum opinione, & scientia. Prima pars est evidens: quia fides diuina est à Deo infusa, & omnino certa; sed opinio est à nobis acquisita, & probabiliter incerta; ergo fides diuina essentialiter differt ab opinione.

10. Secunda pars eadem pollet certitudine: nam fides diuina essentialiter excludit discursum, & solum nititur in veracitate Dei reuelantis, seu testificantis; sed scientia essentialiter exigit discursum: cum sit habitus per demonstrationem acquisitus, & in principiorum nititur evidentiæ; cum sit ex evidentiis: ergo fides infusa essentialiter differt à scientia.

11. De fide vero humana: an scilicet distinguatur ab opinione, est maior difficultas: nam aliqui assertunt, quod si assensus fidei sit ita certus, vt excludat omnem formidinem: rūc essentialiter differt ab opinione, de cuius conceptu est for-

An sciētia esſentialit. differat ab opinione, & fide? 148

formido: si vero talis assensus tertiū non sit omnino certus: ita ut perfectè determinet intellectum ad unam partem, sed relinquat illum cum aliqua hæc sitatione; tunc fides, & opinio non distinguuntur essentialiter, sed ad summum accidentaliter.

12. Sed pro luce huius sententiae, notandum est cum Vega super Concilium Tridentinum cap. 4. quod in fide humana sunt tres certitudinis gradus. Primitus est, qui excludit omnem formidinem: talis reperitur in fide humana qua credimus esse Romanum. Secundus est, qui magis habet de certitudine, & minus de formidine; & hic reperitur in fide, qua credimus aliquam propositionem; ut Paulum esse baptizatum: quia maior, & senior pars hominum, hoc docet. Tertius est, qui minus habet de certitudine, & magis de formidine; & iste insenit in fide, qua credimus Matrem filium sumum diligere.

13. Quo prænotato defendit hæc sententia, quod si fides humana sumatur iuxta primum gradū certitudinis differt essentialiter ab opinione, de cuius ratione est formido: ceterū si accipiatur iuxta secundum, & tertium gradum solum differt accidentaliter ab illa.

14. Alij vero contrariam tenet viam, & docent distinctionem esentialiem inter fidem humanam, & opinionem non esse accipientiam ex parte obiecti: tunc quia

veraque versatur circa idem objectum contingens: tum quia ambæ possunt falso subesse: nec ex parte subiecti: siquidem per se loquendo neutra excludit formidinem ab intellectu; cum utraq; sit ex parte modi defectibilis, & incertus: sed ex parte modi procedendi: nam fides sine discursu, opinio vero cum illo propositionibus assentitur: & quod haec differentia sit esentialis, constat; nam sciētia esſentialiter (in omnium ore) differt ab habitu primorum principiorum; quia illa cum discursu; hic vero sine illo propria respiciunt obiecta; sed fides humana absque discursu procedit: cum intellectus immediate credit propter auctoritatem dicentis, & non propter alias præmissas prius cognitas; & opinio è cōuerso procedat per discutsum: cum assentiatur conclusionibus probabilibus propter principia probabilia, quæ sunt in præmissis prius cognitis; ergo fides humana esſentialiter differt ab opinione.

15. Respondebis cum Petro à Iesu disp. 4. de tertia operatione intellectus sc̄. 2. ar. 2. prædictum fundamentum esse verum, loquendo de fide divina, in qua auctoritas diuina est motuum ad eum quatuor assentiendi, absque eo quod aliud præcedat principium per modum maioris, aut minoris; secus vero in fide humana: ubi auctoritas quæ mouet ad assensum est ita debilis, ut ex vi illius non possit in-

Disputatio tertia. Quæstio prima.

tellectus quiescere: quare tenet, intellectum ad assentium inuari alijs rationibus, & conjecturis, informam discursus dispositis. Sed contra est: nam licet verū sit, quod propositio credita ab assensu fidei humanae valeat rationibus, & conjecturis demonstrari; tamen talis demonstratio non concurrit ad assensum fidei; sed opinionis, si principia sunt probabilia, vel scientiae, si sunt evidentia.

16. Et si iterum respondeas cum eodem Auctore assensum illatum ex auctoritate dicentis, & ex ratione naturali, spectare ad fidem: quia assensus sequitur debiliorem partem; & humani auctoritas est debilior ratione naturali. Contra est primò: nam fides (ut ab alijs distincta habitibus) solùm mouetur ab auctoritate dicentis; ergo humana ratio ad fidem conducens assensum per accidens se habet ad tam assensum. Contra est secundò. Assensus fidei, cum sit simplex, & in specie unus, non valet specificari a duplice in specie ratione motiva; sed ratio naturalis est specificè distincta ab auctoritate humana; ergo assensus fidei humanae non potest oriiri simul ex naturali ratione, & humana auctoritate. His ut certioribus prælibatis, sit,

§. II.

Conclusio.

16. Scientia essentialiter differt
ab opinione, & fide huma-

na. Quoad primam partem probatur. Scientia est habitus certus, & evidens; opinio vero est dispositio incerta, & formidolosa; (ut ex proprijs constat definitionib;) ergo scientia differt essentialiter ab opinione. Confirmatur. Scientia ex se nititur principijs certis, & evidentiis; opinio vero incertis, & verisimilibus; ergo distinguuntur essentialiter. ¶ Quoad secundam partem probatur. Scientia essentialiter est clara, & evidens; fides vero humana obscura, & incaudens; ergo scientia essentialiter differt a fide humana.

18. Probatur secundò eadem pars: quia quamvis fides humana, & scientia, importent essentialiter certitudinem; est tamen maxima differentia ex parte principijs, a quo utriusque dimanat certitudo: nam certitudo scientiae ex principijs proprijs rei, & ex ipsa evidencia, & manifestatione veritatis ortu habet; certitudo tamen fidei humanae ex extrinseca dicentis auctoritate, & ex ipsa pia voluntatis oritur affectione; ergo scientia undeque est a fide humana distingueatur.

QVÆSTIO. II.

An scientia, & opinio de eodem obiecto
valeant esse in eodem intel-
lectu pro eodem nunc
tempore?

§. I.
Preambulum questionis lucem.
¶ Cœ

1. **C**elebre (licet commune) aggredimur certamen, in quo non dubitamus; an scientia, & opinio possint esse simul in eodem intellectu circa diuersa obiecta; nec è conuelto; an in diuersis intellectibus possint esse circa idem obiectum; nec an in eodem pro diuersis temporibus: quia totum hoc experimento demonstratur; & absque controversia ab omnibus admittitur: sed an idem obiectum possit simul attingi ab eodem intellectu per scientiam, & opinionem? Et ut certa ab incertis sint discreti, suppono ut certant, eundem intellectum posse pro eodem nomine temporis plures elicere actus specie distinctos: dummodo rationes specificæ inter se non repugnant; alias repugnantia non diminuaret ex rationibus proprijs scientiæ, & opinionis; sed ex pluralitate actuum intellectualiū: quod absque dubio est fallum.

2. Secundò supponunt omnes, tripliciter posse comparari scientiam, & opinionem, circa idem obiectum: nam potest comparari actus scientiæ cum actu opinionis; & habitus cum habitu: & denique habitus unius cum actu alterius; sed quia ex coexistentia simultanea actuum sequitur infallibiliter coexistentia habituum inter se; & similiter habitus, & actus: ideo primum disputandum est, de possibiliitate actu, que valet accipi in ordine ad potentiam Dei ordinariam, & absolute: sed quia admissa possibilitate, seu non repug-

nantia, in ordine ad potentiam Dei ordinariam, non manet locus dubitandi, tibi petui potest Dei absolute, ideo etiam in primis est decidenda difficultas in ordine ad ordinariam Dei potentiam.

3. Sed antequam ad Doctorum accedamus placita, oportet ante oculos proponere opinionis essentiam, quam aliqui sine formidine constituant in carentia certitudinis, & evidentiarum: sine fundamento (inquam) nam, (ut q. præcedenti diximus. §. 1. n. 7.) nulla carentia potest esse de essentia entis positivi: cum omne positivum debeat constitui ex solis positiviis; sed opinio ex se (sive sumpta pro actu, sive pro habitu) est intra lineam entis positivi; ergo carentia certitudinis, & evidentiarum, essentialiter non constituit opinionem; etiam si talis carentia per modum negationis ad essentiam sequatur opinionis. Notanter dixi permodum negationis, & non permodum priuationis; (ut aliqui sentiunt) nam priuatio est carentia formæ in subiecto apto nato ad illam habendam; sed opinio est subiectum incapax certitudinis, & evidentiarum; ergo talis carētia non sequitur ad opinionem per modum priuationis, sed tantum per modum negationis. Constatnatur. Priuatio est carētia formæ debita subiecto cui abest; sed nec omnino da certitudo, nec evidentia est debita opinioni: (ut ex se constat); ergo talis carentia non est in opinione per modum priuationis, sed solum per modum negationis.

Disputatio tertia. Questio secunda.

sionis; ut est carentia discursus in Angelo.

4. Ex hac ratione sequitur, quā sinistre aliqui docēt, imperfectio-
nem esse de essentia opinionis: quia ei deficit certitudo, & eu-
dientia. Sinistre (inquam) nam sicut perfectum est illud, cui nihil deficit ex debitibus; ita imperfectū est, cui aliquid debet ex debitibus; sed essentia opinionis non debe-
tur certitudo, nec euidentia; ergo opinionis essentia non est im-
perfecta, ex eo quod ei deficit certitudo, & euidentia. Confir-
matur. Homo nō est imperfectus ex eo quod ei deficit simplex co-
gnitio; non alia ratione, nisi quia ita ei non debetur; sed opinioni non debetur certitudo, nec euidentia; ergo ex carentia horum non est opinio imperfecta.

5. Consilit ergo essentia op-
inionis actualis in cognitione po-
sitiva minus perfecta sc̄ientiæ, qua attingit obiectum per mediū pro-
babile: quare licet opinio nō va-
leat absolute, & simpliciter dici imperfetta; valet tamen dici im-
perfetta secundum quid; hoc est relatiuè ad actum scientiæ: quia minor perfectio respectu maiorū valet dici imperfectio.

§. II.

Doctorum placita.

6. F *Ere omnes Thomistæ af-*
firman^t, actum scientiæ nō posse simul cōpati cum actu opi-

nionis in eodem intellectu circa idem obiectum: nēdūm inspecta potentia Dei ordinaria, sed nec absoluta.

7. Secunda ex diametro oppo-
sita sententia docet, actum sci-
entiæ posse simul esse cum actu op-
inionis in eodem intellectu circa eandem veritatem. Pro hac stant Durandus lib. 3. dist. 31. q. 3. 4.
& 5. Scotus dist. 25. q. 1. Gabriel art. 3. concl. 4. Suarez 22. dispu.
3. sect. 9. Petrus à Iesu disput. 4.
de tertia operatione intellectus sect. 3. quest. 3. pre eaque citat Diuum Thomam. In huius ob-
sequium, sit.

§. III.

Conclusio cum primaratione.

8. S *Cientiæ actus de facto, &*
*secundum potentiam Dei ordinariam valet esse simul cum actu opinionis in eodem intellectu, circa idem obiectum. Probatur. Impossibilitas coexistendi in eodem subiecto ostendit ex opposi-
tione; sed nulla datur oppositio inter actum scientiæ, & opinionis: ergo defacto nullam habent inconpossibilitatem. Maior, & eō-
sequentia sunt certæ. Miror probatur. Omnis oppositio vel est contradictoria, seu priuatina, (ut volunt aduersarij) vel contraria, seu positiva; sed prima non datur inter actum scientiæ, & opinionis; & secunda non obstat; ergo inter actum scientiæ, & opinionis nulla*

An scientia & opinio possint esse simul? 150

nulla datur oppositio, quæ iafe-
rat incompossibilitatem.

9. Prima pars dilemmatis pro-
batur primo. Oppositio contra-
dictoria, seu priuativa reperitur
inter positivum, & negativum;
cū sit affirmatio, & negatio eius-
dem de eodem; sed actus opinio-
nis, & scientia sunt per se, & es-
tentialiter intra lineam entis positi-
ui; ergo inter illos non datur con-
tradicitoria oppositio.

10. Probatur secundò eadem
pars. Oppositio contradictoria
est affirmatio, & negatio eius-
dem de eodem circa idem; sed actus
scientia, & opinionis non versan-
tur circa idem obiectum forma-
le; sed solus circa idem obiectum
materiale: cum tendant in moti-
va diversarum rationum; ergo
inter illos non datur contradic-
toria oppositio.

11. Secunda pars dilemmatis
probatur ad hominem, cōtra Tho-
mistas: nam ipsi contra Scotū do-
cent, similitudinem cōtrariè dis-
similitudini oppositā reperiri de-
facto in eadem entitate virtualiter
multiplici: (vt vidimus in 1. p.
Logica: disp. 3. q. 3, §. 10.) sed in-
tellectus, respectu actuum scien-
tiae, & opinionis, est virtualiter
multiplex: cum pars scientifica
intellectus sit saltim virtualiter
à parte opinativa distincta; ergo
adhuc admissa, & non concessa,
oppositione contraria inter actus
scientiae, & opinionis, non sequi-
tur, quod non valeant reperiri si-
mul in eodem intellectu, respectu

eiusdem obiecti. Notantei dixi
admissa, & non concessa, oppositione
contraria: nam sentio nullam op-
positionem dari inter nos actus;
sed se habere disparatē: ita vt nec
se inferant, nec fibi repugnant, in
eodem intellectu: non aliter ac
actus scientiae abstractiae nō in-
fert visionē, nec ei repugnat, res-
pectu eiusdem obiecti.

§. IV.

Fundamentum aduersariorum, quod
simul est huīus ratiōnis solutio.

12. PRincipium contrariorum
asylum negat, primam di-
lemmati partem: non quia hi ac-
tus sint essentialiter incompossi-
bles oppositione priuativa, seu
contradicitoria; sed quia inferunt
in subiecto esse etus priuatiū op-
positos: quod probat ex eo quod
certudo priuatiū opponit
formidini, seu carentia certitudi-
nis: & similiter evidens, & obser-
vatum opponuntur contradictoriē
penes videre, & non videre, &
tandem vinci, & nō convinci op-
ponuntur etiam contradictoriē;
sed effectus à scientia formaliter
causati in intellectu sunt, certitu-
do, evidētia, & conuictio intel-
lectus; & effectus ab opinione
procedentes sunt carentia certi-
tudinis, obscuritas, & non con-
uinctio: ita vt hic effectus insepa-
rabilis sint ab ipsis actibus; ergo
hi actus inferunt esse etus contra-
dictoriē oppositos; videlicet,
quod

Disputatio tercia. Quæstio secunda.

quod intellectus simul dicatur certus, & non certus, de eadē veritate; videns, & non videns idem obiectum: conuictus, & non conuictus ab eadem materia.

13. Aliqui (ex his qui nostram defendant conclusionem) non inueniunt repugnatiā iā hoc, quod idem intellectus per diuersa media hos exerceat oppositos effectus circa idem obiectum: ita ut per vnum videat, & per aliud non videat idem obiectum; & per vnu sit conuictus, & per aliud sit non conuictus de eadem veritate; & denique per vnum sit certus, & per aliud non certus de eadē materia.

14. Sed certè non inueniunt repugnantiam in maiori repugnantia: nam hi effectus sunt omnino incompossibiles, respectu eiusdem intellectus: etiā si exerceantur per diuersa media: quia negatio, cum sit malignantis naturæ, removet à toto intellectu, quod affirmatur per alia prædicta positiva: & ideo prædicta solutio, ut à veritate aliena, debet omitti: (vide quæ dicta sunt à nobis in r.p. Logicæ, disp. 3.q. 3. §. 10. à nu. 45. usque ad nu. 52. ubi latè probauit oppositionem contradictionem, seu priuatiuam, non posse reperiri in eodem subiecto, etiā si sit virtualiter multiplex.)

15. Quare aliter respondetur, negando hos effectus consequi ad actus scientiæ, & opinionis: nam licet verum sit, quod intellectus per scientiam sit videns, certus, &

conuictus: tamen per opinionem non est non videns, non certus, & non conuictus; sed minus clare videns, & nō adæquate, sed aliquatenus certus, & conuictus: ex quo nulla sequitur incompatibilitas, seu repugnacia: unde de ratione opinionis nō est, quod intellectus non videat clare, sed quod minus clare videat per ipsam opinionem, quam per scientiam.

16. Dices. Per opinionem minorē clare videt: ergo ratione huius medij est non videns clare: sed ratione scientiæ est clare videns: ergo iam ex coniunctione duorum actuum sequitur contradictionis oppositio. ¶ Respondetur negando consequentiam: nam aliud est, quod minus clare videat: & aliud, quod non videat: visio nāque minus clara, opinionis propria, semper est intra lineam entis positivū: ut dixi supra n. 9.

17. Replicabis. In visione, & non in opinione est claritas: ergo in opinione est nō claritas. ¶ Respondetur negando consequentiam: nam talis negatio non sequitur opinionem, quando est in subiecto, quod ratione virtualitatis vallet accipere formā negationi oppositam: & ne in hac parte immoratur, vide quæ dicta sunt loco supra citato prime partis Logicæ.

§. V.

Secundo probatur à simili eadem assertio.

18. Secundo probatur exéplo valde simili. Actus cōtrariè

riè oppositi, qui inferant ex iei il-
lam priuatiuam oppositionē, quā
aduersarij assignant, possunt si-
mul reperiti in voluntate respectu
eiusdem obiecti; ergo & in intel-
lectu. Conseguētia non potest ne-
gari. Antecedens probatur. In
voluntate possunt esse simul actus
tristitiae, & gaudij respectu eiusdē
obiecti: vtique quia de facto fue-
runt in Christo Domino respectu
sue passionis; sed hi actus sunt cō-
trariè oppositi, & vnuis infert ex se
negationem alterius; ergo in vol-
luntate possunt simul reperiti ac-
tus contrarij, qui priuatinam op-
positionem inferat; eo modo quo
defendunt aduersarij scientiam, &
opinionem, priuatiuā inferre op-
positionem in intellectu.

19. Ad hanc rationem respon-
det Magister Hortiz. tit. 6. con-
ser. 5. §. 4. n. 790. actus tristitiae, &
gaudij in Christo Domino non
respicere idem obiectum formale:
nam Christus respiciens suam pas-
sionem, vt bonum generis huma-
ni, gaudebat; & considerans illa,
vt malū natura, tristabatur. Qua-
re hi actus, non in idea obiectum
formale, sed solum in idem mate-
rialē, quod est mors, tendebant:
in nostro autem casu, supponimus
eandem esse veritatem obiectiuā:
& ideo non tenet simile.

20. Facilis, sed falsa solutio: Nā
obiectum formale scientię (in om-
nium opinione) est distinctum ab
obiecto formalē opinionis: ni di-
cas scientiam esse ab opinione in-
distinctam; ergo non potest in hac

quæstione iuppoai, quod scientia,
& opinio versentur circa idē obie-
ctum formale; sed ad summū circa
idem materiale.

21. Iohannes à sancto Thoma. q.
26. a. 5. in solutione argumentorū
inspexit nostram rationem; sed nō
vt benē opinaretur: nam post so-
lutionem (desumptam ab ipso ex
Parte Hortiz,) ait: quod si media
scientia, & opinionis, cōstituerēt
diuersa obiecta formaliter, absq;
dubio cōset eodem modo philoso-
phandum de his actibus, ac de ac-
tib⁹ tristitiae, & gaudij. Ceterum
in intellectu, ex eo quod vna veri-
tas inspiciatur per medium eu-
dens, & per medium probabile,
non mutatur in ratione veritatis
obiectua; sicut mutatur obiectū
voluntatis in ipsam ratione bo-
ni, ex solo respectu, seu habitudi-
ne ad diuersa.

22. Vedit (inquam) solutionē;
sed perseverauit in sua opinione:
ignoro qua ratione: nam si veritas
inspicta per media sciētia, & opi-
nionis non mutatur formaliter,
manet eadem in sensu formalē, &
specificatissima; ergo specificatissimum
scientia, & opinionis est idem; er-
go scientia non est formaliter ab
opinione distincta: cum habitus
(in sua, & omnium opinione) dis-
tinguantur penes diuersa obiecta
formalia.

§. VI.

*Tertio probatur à simili eadem
conclusio.*

23. Tertiō probatur nostra cō-
clusio. Strictior oppositio
vet,

Disputatio tertia. Quæstio secunda.

versatut inter actus fidei, & scié-
tiz, ac inter actus opinionis, &
scientiz: & ramè de facto in Phi-
losopho Christiano dantur actus
scientiz, & fidei circa hanc veri-
tatem: *Dens est: utique quia Phi-*
losophus habens evidentiam de
existentia Dei; si accedat ad Ec-
cclesiā, ut iustificetur habebit
etiam fidem de illius existentia:
Ciuxta illud Pauli ad Hebræos
(1. Accedentem ad Deum oportet
credere, quia est) ergo & potio-
ti iure poterunt dari opinionis, &
scientiz actus circa eandem veri-
tatem. ¶ Quod vero de facto va-
leant dari scientiz, & fidei actus
circa Dei existentiā: constat: tum
ex experimento: tum quia alias Phi-
losophus Christianus, quoad cer-
titudinē illius veritatis, esset de-
terioris conditionis, quam rusti-
cus fidelis, qui scientia caret: tum
quia Philosophus fidelis habens
evidentiam actualem de exis-
tentia Dei, potest actu elicere fidei
assensum circa eādem veritatem;
cum fides existēs in illo valeat ad
actus reduci circa veritates, quā
à veritate testificantur diuina.

24. Primo respondent Docto-
res oppositæ sententiz cum solu-
tione prime rationis iam impug-
narè secundò respondent aliqui,
cum Petro à Serna disp. 4. de ter-
tia operatione intellectus lect. 3.
art. 1. actum fidei non esse incom-
possibilem cum actu sciētiz: quia
fidei sit obscurus, & inevidēs; sciē-
tiz clarus, & evidens: sed quia im-
plicat intellectū liberè, & neces-

sario determinari ad cognitionē
alicuius obiecti: utique quia impa-
citorium est, necessario opera-
ri sine libertate ad oppositum: &
finaliter, seu contingenter, cū
libertate ad oppositum: cum er-
go intellectus determinatur ne-
cessario, & independenter à volu-
tate ad actum scientiz, ex ipsis
principijs evidētibus, & ad ac-
tum fidei liberè ex pia voluntatis
affectione: sit quod hi actus ex na-
tura rei repugnant respectu cuius-
dein obiecti.

25. Sed contra est: nam Doctor
iste loco supra citato docet, actus
scientiz, & opinionis posse versari
circa idem obiectum; etiam sī in
iphius doctrina quæsl. 2. art. 1. actus
opinionis sit liber, & dependens à
pia affectione voluntatis; ergo in-
consequenter docet, actum fidei
non posse esse simul cum scientiz
actu, ex eo quod ille est liber, &
iste necessarius. ¶ Contra est se-
cundò: nam in rati Magistri op-
pinione, de potentia Dei absoluta
possunt compati duo actus; etiam
si unus sit liber, & alius necessa-
rius; ergo libertas unius non op-
ponitur necessitatì alterius: alias
nec de potētia Dei absoluta, pos-
sent esse simul, seruando vnu li-
bertatem, & alius necessitatem.
Quare nec ex hoc capite nascitur
incompossibilitas: nam optimè
stat, quod idem obiectum mate-
riale sub testimonio extrinseco di-
centis non necessitet intellectum
ad assensum, vel dissensum: & quod
sub evidētia præmissarum neces-
sario

Iarior determinet illum ad assen-
sum, vel dissensum.

§. VII.

Mens Dini Thome expeditur.

26. **V** Alde asceps est in hac
questione D. Tho. mēs:
nā illius doctrina omnibus fāuet:
sed ni fallor magis accedit ad no-
strā resolutionis partē: nā 1. 2. q.
66. a. 3. in corp. h̄c habet verba.
Potest enim unus homo cognoscere ēā.
dem conclusionem per medium pro-
babile, & demonstratiūm: ergo ex
mente D. Thom. scientia non ex-
cludit opinionem.

27. Nec valet dicere, quod Di-
uus Thomas infra in eodem loco
ait: *esse impossibile*, quod cognitio
perfecta, & imperfecta, ex parte sub-
iecti, sint simul in eodem subiecto si des
autem sui ratione habet imperfectio-
nem, que est ex parte subiecti; & scilicet
credens non videns id quod credit.
Non (inquam) valet nam expres-
se loquitur ratione vnius medij;
vt resoluit 2.2. q. 1. ar. 5. ad 4. vbi
sic fatur: *quod de eodem, secundum*
*idem, non potest in uno homine esse si-
mul scientia, neque cum opinione, ne-
que cum fid:* alia tamen, & alia ra-
tione: ergo non negat scientiam, &
opinione posse esse simul in uno
homine de eodem secundum di-
uersa media: alias non diceret
quod de eodem, secundum idem, non
possunt simul dīri.

28. Expressius eandem seruat
doctrinam in 3. dist. 31. q. 2. art. 1.

quæst. 2. ad 4. per h̄c verba. Opi-
nio, & scientia, quamvis sint de opere;
non tamen secundum idem medium;
sed secundum diuersa: & ideo possunt
esse simul. Hoc idem docet 3. p. q.
9. ar. 3. ad 2. his verbis: & similuer
opinio, ex syllogismo dialektico causa-
ta, est via ad scientiam, quæ per de-
monstrationem acquiritur: quia tamen
acquisita potest remanere cognitio,
quæ est per syllogismum dialepticum,
quasi consequens scientiam demonstra-
tionem, quæ est per causam; ergo iux-
ta mentem Dni Thom. actus
opinionis à syllogismo dialektico
causatus non evanescat ab actu
scientie.

29. Magister Lerma respōder,
ex Ioanne à Sancto Thoma, Do-
ctorem Sanctum consulto mutas-
se terminos; dum in initio testi-
monij vocat opinionem illā, quæ
causatur ex syllogismo dialektico;
& in fine quando loquitur de
similitate cum scientia, nominat
cognitionem per medium proba-
bile: opinio enīm nō est idē quod
cognitio per medium probabile
quo modocumque acceptum; sed
per medium probabile exercitè;
sēu per illud vt est ratio assentien-
di cum formidine alterius partis;
quo modo ait non posse esse cum
scientia: vnde afferit posse démo-
strationem elicere non ab opinione;
sed à scientia; qua reflexè cognos-
citur, quod medium probabile ha-
bet connexionem probabile cum
tali obiecto, ex euidentibus cau-
sis demonstrato.

30. H̄c solutio, (vt bene no-
tauit

Disputatio tertia. Questio secunda.

tauit Magister Hortiz. tit. 6. cōfser. 5. n. 786. est contra mentem Angelici preceptoris : nam utitur hoc ex. uero, ad demonstrandum, quod in Christo Domino sunt de facto, & in exercitio dux scientia, beata scilicet, & infusa; ergo ut teneat simile, opus est, quod maneat in exercitio medium opinio nis cum medio scientie : & quod de facto opinio sit cum scientia. Secunda pars consequentie contat ex prima. Prima probatur: nam in opinione Diu^s Thomae scientia beata est ab infusa specificè distincta; & consequenter obiectum formale vnius distinguatur essentialiter ab obiecto formaliter alterius; ergo ut totum hoc probetur per simile, opus est, quod medium opinionis in exercitio specificet actuū à scientia distinctum; & quod obiectum formale vnius distinguatur ab obiecto formaliter alterius.

31. Secundo impugnatur eadē solutio: nam Diu^s Thomas, ut inferat per modū consequentię cognitionem habitam per syllogismū dialecticum posse remanere cum scientia, assignat pro antecedenti hæc verba: *quod opinio ex syllogismo dialectico causata est via ad scientiam;* sed iuxta regulas Dialecticorum, termini antecedentis debet ponи in consequenti; ergo Diu^s Thomas non potuit inferre ex medio probabili in actu signato, sed in actu exercito: alias consequentia non esset illata ex antecedenti; ergo in præsenti testimonio idem est opinio ex syllogismo dialectico

cavata, ac cognitio per syllogismū dialecticum habita.

32. Nec contra nostram assertiōnem est Diu^s Thomas. 1. post. lect. 44. dum docet: manifestum est se quod non contingit omnino simul idem sciri, & opinari: quia simul homo haberet existimationē, quod posset alter se habere; & quod non posset alter se habere. Non ergo est contra nostram conclusionem: nam in hoc, & similibus testimonijs loquitur ratione vnius medijs; scilicet, quando per unum medium, & actum, non potest idem sciri, & opinari: sic explicat Doctor Sanctus Aristotelem. lect. 26. his verbis: posse habere opinionem, & scientiam simul de eodem secundum quid, & non secundum idem: hoc est, scientiam, & opinionem, posse simul dari secundum diuersa media, seu secundum diuersa obiecta formalia, de eodem obiecto materiali, quod secundum quid vocat idem: quia solum obiectum formale est quod tribuit esse simpliciter.

§. VIII.

Thomistarum argumenta.

33. Arguitur primò. Implicitur eundem intellectum esse simul certum, & incertum de veritate alicuius obiecti; sed per actuū scientie intellectus est certus, & per opinionis actuū incertus; ergo hi actus sunt simul inco possibles. Respondetur distinguendo maiorem: implicitat intel-
lect-

Iectum esse simul certum, & incertum, ratione unius medij, vel obiecti formalis motui, concedo maiorem; ratione diversorum negotiorum maiorem: & concessa minori negotio consequentiam: nam de ratione opinionis non est, quod intellectus non sit absolute certus; sed quod non sit certus per opinionis actum: nec ex hoc sequuntur duas contradictiones: (ut dixi supra. h. 4. n. 15. & 16.) Et ut videas improbabilitatem huius oppositionis, aduerte, simile argumentum posse fieri de scientia infusa, & acquisita: quæ de facto sunt in Christo Domino: nam actus scientie acquisitæ essentialiter importat cognitionem rerum per species acquisitas, cum negatione specierum infusarum: nam iste, ut condistatus ab actu scientie infusa, saltim concomitater, seu per modum sequelæ, talem importat carentiam, & tamen ex eo quod hic actus sint simul circa idem obiectum, non sequitur in eodem intellectu oppositio contradictionis, videlicet, quod sit intelligens per species infusas; & quod non sit intelligens per species infusas: tum quia talis carentia in actu scientie acquisita est per modum negationis, & non per modum privationis: tum quia talis negatio non sequitur in subiecto virtualiter multiplici; ergo propter eandem rationem non debet sequi talis oppositio in intellectu, ex actibus scientie, & opinionis: etiam si unus careat perfectione, vel imperfectione alterius.

Tam. 2.

34. Dices. Actus scientie, & erroris, sunt positivi, & respiciunt per diversa media idem obiectum materiale: utique quia scientia, est per medium demonstrativum; & erroris, per sophysticum; & tan non possunt simul compatiri in eodem intellectu respectu eiusdem obiecti: ergo nec scientia, & opinionis, respectu unius obiecti, etiam si sint positivi: & per diversa teneant media. Respondeatur concedendo antecedens: & negando consequentiam: ratio est: nam intellectus non potest simul assentiri, (nec per unum, nec per diversa media) duabus contradictionibus; sed ex similitudine horum actuum sequitur manifestè hoc: nam si per scientiam assentiretur huic propositioni: *homo est animal:* & per errorem huic: *homo non est animal:* simul assentiretur duabus contradictionibus; ergo hic actus non possunt esse cum similitudine in eodem intellectu, etiam si sint positivi: at vero ex similitudine scientie, & opinionis non sequitur quod idem obiectum sit, & non sit; sed quod sit evidenter, & opinionem cognitum & ideo possunt simul comparari absque aliquatenus pugnantia. Huic solutioni faveat Aristoteles. cap. 2. de breuitate, & longitudine vita, ubi ait: *scientiam corrupti per deceptionem, seu errorē.*

35. Arguitur secundò. In eodem intellectu non possunt esse simul duo iudicia practica de eodem acto, seu obiecto, etiam si sint per diversa media; ergo nec de eodem obiecto possunt esse per diversa

Disputatio tertia. Quæstio secunda.

media scientia, & opinionis actus. Respondetur concedendo antecedens: & negando consequiam: nam iudicia practica, cum efficacia sint, inferunt positionem, & non positionem eiusdem actus: videlicet, quod sit fornicatum hic, & nunc, propter bonitatem apparentem delectationis sensitum, & quod non sit hic, & nunc fornicatum propter bonitatem veram castitatis: at vero

actus scientia, & opinionis non inferunt aliquam oppositionem contradictioni, nec contrariam: cum non inferant negationem, & affirmationem alicuius propositionis: (ut late dixi in discursu questionis) unde possibilitas existendi simul in eodem intellectu respectu eiusdem obiecti non tantum colligitur ex diversitate mediorum; sed etiam ex eo quod nullam inferunt repugniam.



LIBER

LIBER SECUNDVS POSTERIORVM.

IN hoc libro disputat Philosophus de demonstrationis medio, quod est huius operis materia: non ergo sat est, (vt ait idem Philosophus 1. Priorum cap. 28) formam syllogismorum cognoscere; sed oportet habere potestatem ad illorum efficientiam, quæ per inuentionem acquiritur medijs; sed quia definitio est unum, & potissimum demonstrationis medium: & de illa, & de alijs demonstrationis medijs hucque actum est, consultò remittitur hæc disputatio, tanquam parum necessaria ad nostrum intentum, & finem, anxie desideratum, in honorem, & gloriam Dei omnipotentis, eiusque Deiparæ Matris, ab omni labe originalis maculæ immunis, Patriarchæ Benedicti Magistri Anselmi, & Adelelmi Burgensis Patroni.

OR:

RABII

PIEDRA DE CUNDAS

ORDO ET SERIES

LIBRORVM DISPUTATIONVM quaestionum ac capitum secundæ partis Primi Tomi.

DISP. I.

De procœmialibus Me-
taphysicæ.



Væstio vnica. Quid
sub se dire thè cōpre-
hēdat obiectum Metaphysicæ specifical-
tiuum? pag. 1.

DISP. II.

Procœmialis de Ante
prædicamentis.

Q Væstio vnica. De vniuocis,
Aequiuocis, & denominatiuis, pag. 6.

DISP. III.

Procœmialis de Analo-
gia entis.

Q Væst. i. Quid, & quotuplex
sit Analogia? pag. 10.

Quæstio 2. An obiectius entis
conceptus à suis inferiori-
bus præscindi valeat simpli-
citer? p. 15.

Quæst. 3. Constituta in prædi-
camentali serie entis, quæ,
qualiterque sint? pag. 24.

DISP. IV.

De substantia, & Acci-
denti in communi.

Q Væst. i. Transcendentialis,
& prædicamentalis substâ-
tie constitutius conceptus
qualis sit? pag. 32.

Quæst. 2. Quid suprà naturam
addat suppositum? pag. 37.

Quæst. 3. Vtrum accidentis ana-
logicè, vel vniuocè de suis
prædicetur inferioribus? p.
45.

Quæst. 4. An inherentia sit de
accidentis essentia? pag. 49.

Index secundæ partis Logicæ.

DISP. V.

De quantitate.

Quest. 1. Quænam sit forma-
lis, & essentialis ratio præ-
dicamenti quantitatis con-
tinuæ? pag. 56.

Quæst. 2. An partibus absque
quantitate entitatis ex se
materialis gaudeat substanc-
tia? pag. 59.

Quæst. 3. An sunt quantitatis cō-
tinuae species linea, superfi-
cies, & corpus? pag. 69.

Quæst. 4. Vtrum locus sit species
quantitatis à superficie distin-
cta? pag. 68.

Quæst. 5. Vtrum motus sit species
quantitatis? p. 71.

Quæst. 6. An inter species quan-
titatis veras numerandas nu-
merus sit? pag. 74.

DISP. VI.

De his quæ sunt ad aliquid.

Quest. 1. Vtrum dentur rela-
tiones reales huius prædi-
camenti constitutive? pag. 82.

Quest. 2. De divisionibus rela-
tionis realis, & de natura, seu

de ratione formalis relationis
realis prædicamentalis? p. 86.

Quest. 3. An rectè dividat Aris-
toteles relationem per tripli-
cem rationem fundandis? p. 89

Quest. 4. An una relatio prædicamen-
talis valeat esse alterius
fundamentum? pag. 92.

Quest. 5. An prædicamentalis res-
pectus à proprio distinguatur
fundamento? pag. 93.

Quest. 6. An relationis prædicamen-
talis essentia in actuali,
vel aptitudinali consistat res-
pectus? pag. 98.

Quest. 7. An prædicamentalis res-
pectus terminetur ad abso-
lutum, vel respectuum? p. 105.

Quest. 8. An prædicamentalis res-
pectus sumit unitatem speci-
ficam à termino, vel à funda-
mento? p. 111.

DISP. VII.

De qualitate.

Quest. 1. An qualitatis defini-
tio ab Aristotele tradita sit
exacta? p. 116.

Quest. 2. An qualitatis species
sint rectè à Philosopho nu-
meratae: & quomodo inter se
distinguuntur? p. 118.

Quest. 3. An divisione ab Aristot-
ele

Index secundæ partis Logicæ. 156

tele tra lita sita de quata? p. 123

DISP. VIII.

De sex vltimis prædicamentis.

Quest. vnica. An sex prædicamenta sunt formæ absolute, & intrinsecæ? p. 125.

DISP. IX.

Et vltima de post Prædicamentis.

Cap. 1. de oppositione, p. 127.
Cap. 2. de prioritate, p. 127.
Cap. 3. De similitate, p. 127.
Cap. 4. de modo habendi. p. 127.

PARS III.

Logicæ.

LIBER I.

Posteriorum.

DISP. I.

An, & quid sit demonstratio in communis?

Quest. 1. An omnis scientia fiat ex præexistenti cognitione? p. 129.

Quæst. 2. An actualis scientia per demonstrationem acquisita eandem, ac habitualis præquirat cognitionem? p. 130.

Quæst. 3. An assensus præmissarum efficienter ad assensum concurrat conclusionis? p. 131.

Quæst. 4. An prima demonstrationis definitio sit exacta? pag. 134.

Quæst. 5. An secunda demonstrationis definitio sit legitima? p. 135.

Quæst. 6. An duæ præcognitiones, & tria præcognita sint rectè à Philosopho assignata ad conclusionis scientificæ illustrationem? p. 136.

Quæst. 7. Qualiter primæ principia præluponantur præcognita ad demonstrativum discursum? p. 139.

Quæst. 8. An demonstratio debet esse de perpetuis, incorruptibilibus, & necessarijs? p. 140.

DISP. II.

De divisione demonstrationis ut sic.

Quest. vnica. An differentia ab Aristotele assignata inter demonstrationem quia, & propter quid sit in eadem

Index secunda partis Logicæ.

Scientia essentialis p. 142.

ne, & fides p. 146.

Ques. 2. An scientia, & opinio
de eodem obiecto valeant
esse in eodem intellectu pro
eodem nunc temporis? p. 148

DISP. III.

De demonstrationis
effectu.

LIBER II.

Væst. 1. An scientia essen-
tialiter differat ab opinio-

Posteriorum. p. 154.

ELEN.

157

ELENCHVS COPIOSIS-

SIMVS RERVM, AC VERBORVM.

OBSE RVA in hoc Indice littera maiuscula,
L. libros designari, D. Logica disputationes,
Q. questiones, §. questionum diuisiones.

Primus Arithmus indicat disputationis numerum;
secundus numerum questionis: tertius paragraphi nu-
merum: quartus numerum marginalem paragraphi.

Abstractio, & abstractere.

Vide entis analogia.

Abstracta, & Concreta.

SVbstantia creatæ in abstracto
acceptæ indirecτe ad prædicamen-
tum spe & tant, in concreto ve-
ro directe, ac per se. D. 3. Q. 3. §.
3. n. 16. Concreta accidentalia
iuxta Thomistas nullo modo per
se, ac directe in prædicamento se-
dem habere possunt. §. 6. n. 21.

Abstracta accidentalia per mo-
dum per se stantis, & alteri adia-
centis significant. §. 7. n. 33.

In ordine ad propria inferiora
sunt metaphysicæ completa intra
lineam entis. n. 35.

Accident ut sic.

Haud vniocē prædicatur de
his, quæ ad diuersa attinent præ-

dicamenta. D. 4. Q. 3. §. 3.

Duplex est, logicum, & meta-
physicum. D. 4. §. 1. n. 1

Metaphysicū, seu prædicame-
tale actualiter, & aptitudinaliter
à subiecto dependet. n. 2.

Aliqua ut res à re, aliqua ut mo-
dus à re à subiecto distinguitur.
n. 3.

Inherentia actualis est de es-
sentiâ accidentis completi quod
in concreto significatur. n. 5.

Aptitudinalis inherentia est de
conceptu formalis, & primario for-
mæ accidentalis, à substantia, ut
res à re distinctæ. §. 3.

Actualis inherentia non exer-
cita, sed signata, est de accidentis
essentiâ, quod se habet ut modus,
realiter tamen ob nimiam debili-
tatem non valet à subiecto separati
mediatè, vel immediatè. §. 4.

Essentia accidentis ut sic, abs-
trahit ab actuali, & aptitudinali

Elenchus rerum.

inherentia, n. 18.

Analogice prædicatur de accidenti intrinseco, & extrinseco. §. 6.

Esse in alio per modum inherentie, & permodum informationis ex esse etibus formalibus discriminantur. §. 6. n. 29.

Accidentis inexistentia non est actualis eius inherētia, sed modus ab accidentis essentia, & ab eius actuali inherētia realiter distinctus. §. 7. n. 32.

Non inexsistit per existentiam subiecti quod afficit. §. 8. n. 38.

Alio, & passio

Quid sint. D. 4. Q. vni. §. 1. n. 1.
Sunt formæ absolutæ. §. 2. n. 2.
Eorum forma constitutiva est intrinseca ex adiacentia ad aliquid, extrinsecum proueniens. §. 3. n. 4.

Eorum forma per se & rationem rei fortitur. n. 6.

Modi nuncupantur. n. 7.

Aditus.

Aliquam exercent Causalitatem in assensum scientificum conclusionis. D. 1. posteriorum. Q. 3.
§. 1. n. 1. & 3.

Qua ratione ad assensum Conclusionis concurrant. Vide conclusio.

Æquiuoca.

Æquiuoca quid, & quomodo ab vnuocis differant. D. 2. q. vni.
§. 2. n. 2. Æquiuocatio versari nequit, nisi ad minus inter duas res per ordinem ad unam nomen. n. 3.

Analogia, & Analogia.

Analogia idem quod proportionatio. D. 3. Q. 1. §. 1. n. 1.

Ad minus in duabus entitatibus reperiri debet n. 2.

Analogia ut sic definitio. n. 4.

Analogia species §. 2. n. 5.

An metaphoriæ analogia proportionalitatis dicenda sit attributionis, nec ne; problematicè defendi potest. n. 9. 10. & 11.

Conditiones analogie attributionis, seu proportionis. §. 3. n. 6. 12.

Ratio analogia analogia attributionis est intrinsecè in uno, in alijs vero extrinsecè nu. 14. cum seq.

Aliæ leges pro analogia proportionalitatis §. 5. & 6.

Sola transcendentia est adequata Causa analogia proportionalis. §. 7. n. 25.

Analogia ut sic analogicè in attributionis, & proportionalitatis analogias partitur. §. 9. & 10.

Diversitas ad analogia requisita non ex differentijs, sed ex ratione communis simplicitet præcisa ortuim ducit. q. 2. §. 11. n. 57.
Si à rebus, & modis accidentalibz abstrahatur aliquid prædicatum commune ratione ordinis, & dependentiæ incertem, & modum repertæ, tale prædicatum erit analogia media, nec nō attributionis, & 4. q. 3. §. 4.

Analogia proportionalitatis prædicatur de accidentibus intrinsecis eiusdem, vel diversorū prædicata-

dicamentorum. §. 5.

Vide entis analogia.

Angelus.

Per speciem entis materialis cognitus per se spectat ad metaphysicam. D. 1. q. vnic. §. 2. n. 10.

Artificioſa dispositio.

Attacta per se à logica est umbra entis realis, non quia artificioſa est dispositio, sed quia talis dispositio est rationis, ibi. n. 11.

Assensus.

Premissarum obiectuē, usurpatus solum in genere cause materialis concurrit ad obiectum ab assensu conclusionis attactum. D. 1. posteriorum. q. 3. §. 1. n. 1.

Assensus præmissarum in omnium ore aliquam exercet causalitatem in conclusionis assensum, ibi.

Assensus præmissarum obiectuē acceptus non causat efficiēter assensu formalem præmissarum. ibi. h. 4.

Assensum præmissarum, nec in genere causa formalis, nec materialis concurrit ad conclusionis assensum. ib. n. 5.

In assensu præmissarum respectu conclusionis assensus datur causalitas formalis extrinseca propria, & riguosa, & efficiēs impropria ibi: §. 3. n. 9.

Assensus Causa.

Obiecti Metaphysicæ est Deus. ibi: §. 6. n. 28.

Adæquata analogia proportionalityatis, est sola transcendentia. D. 3. q. 1. §. 7. n. 27.

Omnis entitas creata sive absolute, sive relativa accipit suum esse ab aliqua causa effectiva. D. 6. q. 8. §. 2. n. 6.

Demonstratio.

Bifariè à Philosopho definita; D. 1. posteriorum. q. 4. §. 1. n. 1.

Quod prima demonstrationis definitio sit exacta. n. 2.

Veritas secundæ demonstratio- nis definitionis. q. 5. per totam.

Ad cognitionis scientiæ illa- tionem duæ tantum præcognitio- nes sunt possibiles in ordine ad tria præcognita. q. 6. §. 2. n. 3.

Tria tantum sunt præcognos- cenda ante scientiæ conclusio- nis actum. §. 3. n. 6.

Enuntiationes, ex quibus syl- logismus conficitur demonstrati- uis necessario sunt necessariae, & aeternæ. q. 8. §. 2. n. 3.

Discrimen, quod versatur inter demonstrationem quia, & propter quid, disp. 2. posteriorum. q. vnic. §. 1. n. 1.

Non est idem demonstratio propter quid, & à priori, nec demo- stratio à posteriori, & quia. n. 3.

Omnes demonstrationes prop- ter quid, sive in eadem sive in diuer- his scientijs efformatae sunt eiusde- rationis specificæ. §. 2. n. 7.

Et similiter dicendum est de de- monstrationibus, quia, sive à cau- sa remota, sive ab effectu dimi- nent. n. 10.

Elenchus rerum.

Omnis demonstratio propter quid differt specie a quacumque demonstratione quia. §. 1. n. 11.

Idem dicitur de habitibus, qui ex his duabus acquiruntur demonstrationibus. §. 4. n. 17.

Demonstratio quia vera, ac propriè rationem demonstrationis utile participat. §. 5. n. 19.

Demonstratio ut sit in quia, seu à posteriori; & propter quid, seu à priori scinditur. §. 6. n. 23.

Quæ diuisio adequata, & exacta est. §. 7. n. 27.

Præcognita ad demonstrationem.

Quatuor sunt principiorū genera. 3. p. D. 1. q. 7. §. 1. n. 1.

Habitus primorum principiorū ab omnibus naturalis nancipatur. n. 2.

Nullam primum principium est à priori demonstrabile. n. 3.

Nullū ex quatuor principiorū generibus est de se demonstrabile. §. 2.

De omnibus primis principijs præcognoscere debet terminorum significatio, nec nō ipsorum quiditas quoad quid est. §. 3.

Denominatio extrinseca.

Aītu non terminat relationem. D. 3. q. 7. §. 1. n. 2. & 11.

Non est ratio constitutiva alienius prædicamenti: D. 8. q. vnicā. §. 3. n. 4.

Denominatio.

Denominatorum definitio. d. 2. q. vnicā. §. 6. n. 21.

In denominatiōnis datur tria; ibi: Denominatiōnum solū casu à forma denominatiōe differt. n. 22.

Dens, natura diuina.

Per se à Metaphysica attingitur. D. 1. q. vnicā. §. 3. n. 13.

Est in supremo immaterialitatis gradu, quia Deus, nō quia ens. n. 17.

Est simul obiectū, & causa Metaphysica. §. 6. n. 18.

Inter Metaphysicę obiecta prestantiore possidet locum. §. 8. n. 33.

Compositio rationis simpliciter ei repugnat. D. 3. q. 3. §. 3. n. 6.

Intra lineę prædicamentalis carceres non cōtinetur, nec reducitur. n. 7. & 8. & §. 4. n. 11. & 12.

Incommunicabilitas in diuinis nō ad subsistentiam sed ad formā relatiūm, ut tales se requirunt. D. 6. q. 6. §. 6. n. 28.

Multiplicatio perfectionum in Deo substantiē, & adiectiūe sumuntur. n. 19.

In diuinis subsistentia ex se est absolute, non relatiua §. 7. n. 20.

Relationes in diuinis inter se substantiē distincta, adiectiūe personas multiplicat, & personalitates, non vero naturam, aut alias perfectiones absolutas §. 8. n. 25.

Ratio constitutiva personæ, & personarum distinguuntur. §. 9. n. 29.

Eadem in diuinis est ratio constitutiva, & distinctiua personę n. 30.

Persona in diuinis solū est una substantiē, idem dicitur de subsistence.

Assentia. n. 32.

Natura divina absque subsistētia concepta est nostro modo cōcipiēdi incompleta, & imperfetta. n. 33.

Verum Deo, & creaturis sit entis ratio analogus. Vide ens.

Discursus.

In intellectus discursu unus quo assentimur praemissis secundum se sumpcis, & alius conclusioni ut sabel p̄missis. D. 1. posteriorū. q. 3. §. 3. n. 10.

Distinctio.

Plusquam rationis datur inter suppositum, & naturam. D. 4. q. 2. §. 3. n. 20.

Ens.

Est in omnium ore ratio formalis que Metaphysicæ. D. 1. q. vnic. §. 1. n. 1.

Ratio formalis que Metaphysicæ abstrahit tanquam à partibus subiectiis direcțe, & per se atra. Etis ab ente reali, & rationis. ibi. §. 2. n. 6.

In rebus duplex esse reale repetitur. D. 2. q. vnic. §. 4. n. 12. 13. & 14.

Ens reale ad equata diuiditur in decem prædicamenta. D. 3. q. 3. §. 21. n. 18.

Ens per se tripliciter accipitur. D. 5. q. 6. §. 1. n. 4.

Entis Analogia.

Transcendentia dum taxat est ad equata causa analogia proportionaliatis. D. 3. q. 1. §. 7. n. 25.

16. & 27.

Ens proportione substantia, & accidentis Dei, & creaturæ haud est analogum ratione dependentiae, attributionis, vel proportionaliatis. §. 3. n. 28.

Dependentia formalis, differetiarum ex ratione entis dimanat, supposita transcendētia. §. 3. n. 35.

Sublata transcendētia ens non est analogum, esto inter inferiora dependentia repertiatur. n. 32. 33. & 34.

Conceptus obiectiū entis non valet partiali præcisione à suis quasi differentijs simpliciter prescindi, bene tamen abstractione totali, licet in illis imbibatur. q. 2. §. 3. 4. 5. & 6. vide analogia.

Ens rationis.

Non constituitur in predicatione. D. 3. q. 3. §. 2. n. 3.

Fides.

Fidei definitio. D. 3. posteriorū. q. 1. §. 1. n. 8.

In divinam, & humanam scinditur, ibi.

Divina essentialiter ab omni opinione, & scientia differt. n. 10.

In fide humana tres certitudinis gradus inueniuntur. n. 12.

A actu fidei de facto, & secundum potentiam ordinariam componi potest cum actu scientie in eodem intellectu circa idem obiectum. q. 2 §. 3. n. 8.

In Philosopho Christiano datur de facto actu fidei, & scientie circa

Elenchus rerum

circa Dei existentiam. §. 6. n. 23.

Forma.

Formæ accidentales in abstra.
cto bisarie usurpari possunt, d. 3.
q. 3. §. 7. n. 28.

Aptitudinalis, & virtualis in-
herentia formæ accidentalis illi
competit ex ratione comuni ac-
cidentis ut sic, & ex ultima ratio-
ne differentiali. n. 29.

Vtrum accidentales formæ in
predicamento collocentur.

Vide verbo predicamenta.

Figura & forma species qualitatis.

Vide qualitatis predicamentum.

Formido.

Formido pro essentia opinio-
nis constituta, non accipitur pro
parentia evidentiarum, d. 3. posterio-
rum, q. 1. §. t. n. 7. Item, q. 2. §. 1.
n. 3.

Vide opinio.

Habitus, & predicamentum.

Habitus est accidens de adia-
centia vestimenti resultans in cor-
pore vestito, d. 8. q. vnic. §. 1. n. 1.

Adscribendus est inter rela-
tiones secundum dici, §. 2. num. 2.
Eius forma constitutio, §. 3. n. 4.
Perfectione rei nanciscitur n. 6.
Modus censetur. n. 7.

Habitus ut est species qualitatis.

Vide qualitatis predicamentum.

Metaphysica.

Habet pro obiecto ens, quod

abstrahit ab ente reali, & ratio-
nis, d. 1. q. vnic. §. 2. n. 6.

Per se attingit Deum, & crea-
turam ibi. §. 3. n. 13.

Per se etiam respicit tam ens
naturale quam supernaturale. ibi.
§. 4. num. 1.

Per se etiam attingit substan-
tiam & accidens, ibi. §. 5. n. 23.

Deus est simul obiectum, &
causa obiecti Metaphysica, ibi. §.
6. num. 28.

Entia realia per accidens dire-
ctè non cadunt sub obiecto Me-
taphysica. ibi. §. 7. n. 31.

Inter Metaphysica obiecta
Deus principalitatis obiectum.

Negatio.

Essendi in alio non constituit
conceptum subsistit in commu-
ni. d. 4. q. 1. §. 3. per totum.
Suppositum supra naturam non
addit solam negationem essendi
in alio tanquam in supposito, sed
aliquid positivum, quod subsiste-
tia, vel suppositalitas nominatur.
q. 2. §. 6. n. 31.

Obiectum.

Vide Metaphysica, Ens.

Quædam obiecta à scientia at-
tinguntur per se primo, alia per
se secundo. q. 2. §. 1. n. 1.

Vide artificium Logicum.

Opinio.

Quid sit. d. 3. posteriorum, q.
1. §. 1. n. 2.

Discrimen inter scientem, cre-
denter opinantem, & dubitan-
tem

tem nu.3. Opinio est habitus formidinem essentialiter includens nu. 4. 5. & 6. Formido pro essentialia opinionis assignata consistit in hoc quod tendat ad suum obiectum per medium solum verisimile, seu probabile n.7.

Imperfectione non est de eius essentiali. q.2. §.1. n.4. Essentialia opinionis actualis sita est in cognitione positiva minus perfecta scientia, quæ attingit obiectum per medium probabile n. 5.

De compositione, & oppositione opinionis, & scientiarum.

Vide scientiam.

Oratio.

Varie usurpatur. d.5. q.6. §.8. num. 43. Syllabæ huius orationis *Do minus* sunt aliqua parva quiete, discrete. n.45. Plura dantur in oratione, quæ ex quinocatione parviant. nu. 46. Oratio resultat ex durationibus, seu existentijs unitatum. §.9. n.48.

A numero realiter differt, num. 50. Probabiliter dici potest creationem resultare ex durationibus quantitatibus n.51. 52. & 53.

Opposito.

Quadruplex est, d.9. cap. 1. nu. 1. Discrimen inter has oppositiones num. 2.

Passio.

Vide alio.

Passio ut est qualitatis species.

Vide qualitatis praedicamentum.

Persona.

Vide suppositum.

Potentia species qualitatis.

Vide qualitatis praedicamentum.

Præmissio.

Conceptus obiectius entis simpliciter abstractione totali potest à suis inferioribus prescendi, esto in illis includatur. d.3. q.2. §.4 5. & 6.

Vide conceptus, & entis analogia.

Prædicamenta.

Prædicamenti definitio, d.3. q. 3. §. 1. n. 1.

Triplaciter valet res in prædicamento collocari, directe scilicet, indirecte, & reductivè n.2.

Vt res aliqua rectam prædicamenti obtineat sedem nonnullas exposcit conditiones, §. 2. nu. 3. Deus in recta linea prædicamenti non continetur. §.3. n.7. Nec reductivè n.8. & §. 4. nu. 11. & 12.

Christus Dominus ut prima substantia collocatur in substantia prædicamento. §.4. n.10.

Substantia creatæ in concreto directe, & per se ad prædicamentū spectant, in abstracto vero solū indirecte, & reductivæ. §. 5. n.16.

Concreta accidentalia in opinione Thomistatum, nullo modo per se, & directe possunt poniri in prædicamento, §.6. n. 21. Formæ accidentales sunt directe, & per se in prædicamento, ut ab inferioribus abstractæ. §.7. n.27. Ex partibus physicis non valet constitui prædicantem directe. §.8. n.39. Partes integrales homogeneæ directe collidunt prædicamentum nu. 40. Exponuntur regulæ ante prædicamentales à Philosopho assignatae. §.9. & 10.

Elenchus rerum.

Prioritas.

Vnum est prius alio multipliciter, primo tempore; secundo in subsistendi consequentia; tertio ordine: quarto dignitate: quinto de mun natura. D. 9. C. 2.

Qualitatis praedicamentum.

Qualitatis definitio ab Aristotele tradita. D. 7. in proximo. n. 1.

Species qualitatis numerantur ibid. Eius proprietates ibid.

Ab alijs praedicamentis distinguitur. q. 1. §. 1. n. 2.

Proteguntur Aristotelica qualitatis definitio. §. 3. n. 8.

Aliorum definitiones referuntur, & refelluntur. §. 2. n. 2.

Qualitas aliquando differentia essentialē cuiuslibet rei, aliquando omne accidens praedicamenta le significat. §. 3. n. 8.

Prima species qualitatis ut genus est ad habendum, & dispositiō nem: per se primo conuenientiā, vel disconuenientiā respicit, nunc sit media qualitate ad operationē ordinata, nunc media qualitate ad esse ordinata. q. 2. §. 2. n. 4. cum sequentibus.

Habitus essentialiter specificē, à dispositione distinguitur. §. 3. n.

9. Potentia (qualitatis secunda species) ab impotentia accidentaliter tantum ab alijs vero qualitatis speciebus essentialiter differt. §. 5. n. 10. cum sequentibus.

Passio tertia species qualitatis, & passibilis qualitas inter se

accidentaliter, ab alijs essentialiter distinguuntur. §. 7. n. 29. cum seq.

Forma, & figura (quarta qualitatis species) ab alijs essentialiter, inter se accidentaliter differt. §. 8.

Divisio qualitatis ab Aristotele tradita est adquata, q. 3. §. 2. & 3.

De predicamento quando.

Quando est presentia in ordine ad tempus. D. 8. q. vnic. §. 1. n. 1.

Est relatio secundum dici. §. 2. n. 2.

Eius forma constitutiva est intrinseca ex adiacentiā ad aliquid extrinsecum desumpta. §. 3. n. 4.

Perfectionem rei præcontinet. n. 6.

Modus vocatur. n. 7.

Quantitatis praedicamentum.

Quanti divisio a Philosopho tradita. D. 5. q. 1. n. 1.

Omnis quantitas habet partes distinctas, & extensas. n. 2.

Continua habet partes in ordine ad se, & ad locum ibi: successiva in ordine ad se, & durationē. ibi: Discreta in ordine ad pluralitatem. ibi.

Quantitatis proprietates. n. 4.

Partium extensio duplex est. n. 3.

Quantitas à re quāta distinguitur. n. 4.

Ratio mensuræ non est de conceptu quidditatiō quātitatis, nec diuisibilitas, siue formalis, siue

Hic radicalis, nec extensio actualis in ordine ad locum, nec aptitudinalis. §. 2. n. 5.

Sola distinctio partium est eius primarius effectus, seu essentia. §.

3. n. 15.

Essentia quantitatis ut sit propria à quantitate continua, & discrete participatur. n. 16.

Extensio est proprietas quantitatis continua. n. 18.

Extensio tam in ordine ad se, quam in ordine ad locum supra existentiam quantitatis continua, addit ordinem, nec non confusionē tollit. n. 19.

Partes substantiae in aliquibus copartibus quantitatis conueniunt, & in alijs discoueniunt. q. 2. §. 2. n. 6.

Vide substantia materialis.

Vtrum locus, motus, tempus, & oratio sint quantitatis species? Vide illa in propriis verbis.

Quantitas discrete.

Vide numerus.

Relationis predicamentum.

Definitio relationis ab antiquis assignata. D. 6. n. 2.

Eius proprietates à Philosopho assignatae n. 3. Vera definitio. n. 4.

In relatione tria reperiuntur. n. 5.

Relatio alia creata, alia increata. q. 1. §. 1. n. 1.

Relatio secundum rationem constitutivam relationis non exceptavit formaliter in, sed solum esse ad. §. 2. n. 4.

Licet ad relationis praescindere valeat à relatione reali, & rationis, ad tamen huius prædicamenti includit transcendentaliter in. num. 5.

In rebus creatis dantur relationes reales hoc speciale prædicamentum constituentes. n. 6. cum sequent.

Relatio realis à relatione rationis discriminatur. §. 3. n. 12.

Numerantur variz conditiones relationis realis, & rationis. ibid. Relationis diuissio. q. 2. §. 1. num. 1.

Fundamentum relationis realis esse debet reale, & à termino realiter distinctum, saltim distinctione includentis ab inclusio. §. 2. num. 9.

Essentia, seu ratio formalis prædicamentalis relationis sita est in reali respectu subiecti ad terminum. §. 3. n. 10.

Referuntur conditiones aliquae relationis prædicamentalis, & transcendentalis. §. 4. n. 14.

In, relationis creatæ non est absolutum sed relativum. §. 4. n. 24.

In abstractum à relatione, & reliquis prædicamentis non explicat rationes peculiares horum prædicamentorum. n. 25.

Tria sunt relationum genera. q. 3. §. 1. n. 1.

Vitas, qua est fundamentum relationis primi generis non est unitas quantitativa, & multitudo illius opposita, sed similitudo, vel conuenientia rerum. §. 2. n. 4.

Numerus in relatione primi

Elencus rerum.

generis non stat pro relationibus mutuis sed pro relationibus fundatis in dissimilitudine unitati opposita. n. 5. & 6.

Relationes, quæ fundantur in actione, & passione ita nūcupantur, quia sunt rationes fundādi requisiæ, ut hæ relationes resultent. §. 3. n. 7. & 8.

In relationibus secundi generis datur fundamentum proximi, remotum, & ratio fundandi, quæ omnia necessaria sunt, ut resultet relatio paternitatis. n. 9.

Discrimen inter rationem fundandi huius generis, & alias aliorum generum. n. 10.

Diversitas, quæ inter relationes secundi generis versatur. n. 11. & 12.

Mensura in tertio genere relationis prædicamentalis sumitur pro mensura perfectionis. §. 1. n. 11. 14.

Discrimen inter relationē huius generis, & aliorum. n. 15.

Relatio prædicamentalis valet in fundamentali respectu fundati. q. 4. §. 2. & 3.

In creatis relatio realis realiter à suo fundamento distinguitur tamen res à re. q. 5. §. 2. 3. 4. 5.

Sola relatio multiplicat personam in diuinis. q. 6. §. 6. n. 16.

Ratio formalis constitutiva substantiæ, personalitatis, seu hypostasis explicatur per incomunicabilitatem ad illa in creatis immediate subsecutam. n. 17.

Incommunicabilitas, que datur in creatis consequitur imme-

diate ad subsistentiam naturę terminatiuam. n. 18.

Relationis conceptus est referre actu subiectum ad terminum, ita ut primarius effectus relationis cōsistat in actuali exercitio reperiendi. §. 10. & 37.

Terminus per se relationis non mutuæ est absolutus. q. 7. §. 3. n. 7.

Relatio scientiæ ad scibile, & creature ad creatorem nō terminatur ad relationem rationis in alijs extremitis ab intellectu constat. n. 8. & 9.

Terminus relationis non mutuæ nō est formaliter talis per denominationē extinsecum sumpta à relatione in fundamento existentem, ut docet Caétaus. n. 10. cum seq.

Terminus relationis mutuæ per se, & formaliter est absolutus. §. 4. n. 14.

Relatio maternitatis, qua virgo mater respicit Christū filium est mutua etiam si non terminetur ad aliquid respectuum. n. 15.

Relatio non resultat ex termino materiali, sed ex formali. n. 17. & 18.

Relationis extrema exercent munera principij, & finis. n. 19.

Bisarie accipitur relationis fundatum. q. 8. §. 2. n. 5.

Vnitas specifica relationum non ex terminis, sed ex fundamētis formaliter acceptis accipitur nec dum in genere cause efficiens, sed materialis extinsecus, similis generi cause formalis extinsecus. §. 3. n. 7.

Relatio adæquate accipit vni-
tatem individuam à subiecto. §.
5.n.21.

Scientia.

Essentialiter differt ab opinio-
ne, & fide humana. D. 3. posterio-
rum. q. 1. §. 2. n. 17.

Cum opinione valet esse in eodē
intellectu circa diuersa obiecta.
q. 2. §. 1. n. 1.

Idem intellectus potest pro eo-
deni nunc temporis plures elicere
actus specie distinctos. ibi.

Scientia, & opinio tripliciter
potest comparari circa idē obiec-
tum. n. 2.

Opinio astruens opinionis es-
sentiam in carentia certitudinis,
& evidentie consistere impugna-
tur n. 3.

Profertur essentia opinionis.
num. 5.

Scientiae actus de facto, & se-
cundum potentiam Dei ordinaria-
riam valet esse simul cū actu op-
inionis in eodē intellectu circa idē
obiectum. §. 2. n. 8.

Mens Doctoris sancti circa ho-
rum actuum compositionem. §. 7.
num. 26.

Suppositum.

Definitiones personæ supposi-
ti, & hypostatis. D. 4 q. 2. §. 1. n. 2.

Omnis personalitas est diuinis-
tus alteri incommunicabilis ut
supposito a. n. 3. ad 13.

Suppositū aliquid addit supra:
naturam. n. 13.

Suppositum, & natura in crea-

tis substantijs plusquam ratione
distinguantur. §. 3. n. 20.

Aliquid intrasecum suppona-
tur addit. §. 4. n. 24.

Non addit accidentis aliquod,
aut modum accidentalem. §. 5. n.
28.

Illud quod addit, est quid in-
trinsecum positivum, quod subsistit
tentia, vel suppositalitas nuncus-
patur. §. 6. n. 31.

Syllogismus.

Enunciationes, ex quibus de-
monstratiuus syllogismus confici-
tu sunt æternæ veritatis, & necel-
sariæ. D. 1. posteriorum. q. 8. §. 2.
num. 3.

Tempus.

Tempus variè accipitur. D. 5.
q. 5. §. 5. n. 18.

Eius definitio ibid. Eius diui-
sio. n. 19.

Non est species quantitatis. §.
6. num. 20.

Transcendent.

Videens, & entis analogia.

Ubi.

Ubi est presentia ex adiacen-
tia ad locū resultans. D. 8. q. vnic.
§. 1. n. 1.

Realiter à situ distinguitur. ibi.

Est forma absoluta. §. 2. n. 2.

Eius forma est intrinseca ex a-
diacentia ad aliquod ex trinsecum
desumpta. §. 3. n. 4.

Forma huius prædicamenti ha-
bet perfectionem rei. n. 6.

Elenchus rerum.

Modus nuntiatur. n. 7.

dicato, quod diversitate actuali
carent. h. i. t. n. 56.

Vniuocum.

Vera vniuocorum definitio. D.
2. q. vnic. §. 2. n. 2.

Ratio vniuoca in omnibus in-
terioribus eadem est. §. 4. n. 9.

Vniuocatio, seu vniuersalitas
simpliciter dicta non datur in præ-

Voluntas.

Respectu eiusdem obiecti valet
simil. canticæ, & gaudij affectus eli-
cere. D. 3. posteriorum. q. 2. §. 5. n.
18.

LAVS DEO.



Lamponia
Lamponia
Lamponia
Lamponia

20

2.007

2.007

2.007

2.007

2.007

2.007

2.007

2.007

2.007

2.007

2.007

2.007

2.007

2.007

2.007

2.007

2.007